ma eſt mors corporis, quæ multis modis inſertur. ff.
de pœnis, aut damna. §. uita, & l. ſupplicij, & l. capita-
lium. §. idem princeps, & §. famoſos. Secunda pœna
eſt morti proxima, ſcilicet pœna metalli. & no. quòd
quidam damnantur in metallum, & hi grauioribus
uinculis præmuntur, alij in opus metalli, & hi leuio-
ribus: ſed ambo hi & libertatem, & ciuitatem amit-
tunt. Alij autem damnantur in miniſterium metallo
rum, ideſt ut ſeruiant dānatis in metallum. & hi non
libertatem, ſed ciuitatem tantum amittunt, ſi ad tem-
pus damnantur. Si autem in perpetuum, ſcilicet dam
nantur, utrunque amittunt. ff. de pœ. aut damna. §. eſt
pœna, & §. ſe. Tertia pœna capitalis eſt deportatio, &
in opus publicum damnatio, ſed non in metallum; &
ii non libertatem, ſed ciuitatem tantum amittunt. ff.
de pœnis, quidam. Non capitales autem ſunt 4. prima
eſt relegatio ad tempus, uel in perpetuum: hi bona nō
amittūt. ſecunda eſt infamia: tertia eſt dignitatis amiſ
ſio, uel ad dignitatem, uel ad officium ſeu forum in-
terdicta aſpiratio. quarta uerberum experimentum,
ff. de pęnis, ſi quis forte, §. ult. & l. aut damna, & de in-
ter. & rele. l. ad tempus. ſecundū canones autem nun-
quàm imponiſ pœna corporalis mortis, ſupra ne cle.
uel mo. ſententiam. li. d. c. 1. & 2. Sed eſt quædam, quæ
quaſi ſimilis ei habetur, ſcilicet quia relinquitur ſecu
lari iudici puniendus, infra de cri. ſal. ad falſā. ſupra de
iudi. cum non 30. q. 1. illum. Secunda autem pœna dā
nationis in metallum non inuenitur ſæpe in canoni-
bus impoſita: ſed ſi imponeretur, non retractaretur,
infra de calum. c. 1. Sed ei æquiparari poteſt pęna car-
ceris, quam pro grauiſsimis criminibus eccleſia im-
ponit, infra de hære. c. 1. & quòd quis redigatur in ſer-
uitutem 32. d. eos. uel tradatur curiæ ſeruiturus 12. q.
1. ſtatuimus. uel quod uendantur 81. diſt. quidam cle-
rici. Item quod dicimus de ſecunda, dicimus de tertia
& hoc de capitalibus ſecundum canones. de non ca-
pitalibus autem prima ſecundum canones, ſcilicet re
legatio, nō eſt in uſu: ſed ei ſuccedit detruſio in mon.
de qua habes l. di. ſi epiſcopus autem 81. di. Romanus
Alia autem habet locum ſecundum canones ſcilicet
depoſitio, uel degradatio, ut hic 11. q. 3. epiſcopus au-
tem. & interdicitur, quòd ad nullam dignitatem aſſu
mantur, ſed in habita remaneant, ſupra de ſi. preſ. §. fi.
de elect. ſuper eo. uel quòd in certa eccleſia ordinen-
tur 2. q. 1. in primis, & quod ad ſuperiores non aſcen-
dant, ſupra de temp. ord. ex tenore. Item ſuſpenſio ad
tempus, uel in perpetuum. Itē ab officio, & beneficio

&

& ab ingreſſu eccleſiæ & multæ aliæ pœnæ conſimi-
les ſunt ſecundum eccleſiam. Alia autem. ſ. infamia
locū habet ſecundum canones, ut quicunque ſecun-
dum. l. eſt infamis, & ſecundum can. 2. q. 3. §. hic colli-
gitur, & 6. q. 1. infames. ſecundum canones etiam ali-
qui ſunt infames infamia canonica, ut no. ſupra de te
ſti. teſtimonium. Item alia pęna. ſ. uerbum, ſecundum
canones locum habet. 32. di. c. ulti. 45. di. cum beatus.
19 & no. quod† tres primæ pœnæ capitales: item non ca
pitales, & degradatio nunquam imponuntur, niſi qs
directè accuſatus conuictus fuerit, infra de ſi. dile-
ctus. 2. item ad prædictas pœnas præterquam ad de-
poſitionem proceditur contra abſentem & contu-
macē: ſed ad depoſitionem, & alias pœnas, quæ ſunt
uſque ad relegationem, non proceditur cōtra abſen-
tem. ff. de pę. abſentem. 3. q. 9. decernimus. non nega-
mus tamen, quòd ſi aliquis crimen cōfiteretur in iu-
dicio, quod etiam ſine prædicto & directo proceſſu
ſtatim quantuncunque grauior pęna imponi poſſet
ff. ad l. Aqui. proinde, ſupra de confeſ. c. 2. & 2. q. 1. & 2.
idem dicimus, & ſi non confiteatur, ſed notorium ſit
iuris, ut ſi accuſauerit dominum ſuum coram iudice
C. qui. ac. non poſ. ſi quis ex. aliæ autem pęnæ impo-
nuntur, etiam & ſi in modum inquiſitionis agatur,
infra de ſi. dilectus. 2. in auct. ut nulli iu. §. ſuper hoc.
Infamia autem quādoque in ciuilibus ac. irrogatur.
ff. de his, qui no. inſa. l. furti. §. pe. & fi. aliqua etiam ex
prædictis pœnis imponuntur in foro pęnitentiali. l.
d. ſi ille. Et aliquando ante li. conte. ad puniendā con
tumaciam, ſupra de of. dele. c. ſanè, & ſupra ut lit. non
20 cont. tuæ, quoniam Item no. quod† iudex aliquādo
in ſententia imponit pœnam, ſ. dicendo depono, uel
in monaſterium detrudo, uel in exilium mitto. Ali-
quando autem pęnam non exprimit, ſed tamen con
demnat de crimine, puta, cōdemno te de adulterio,
& tunc non eſt iudicis, qui ſententiam tulit, pęnam
moderari: ſed pœna in lege expreſſa infligetur. 2. q.
3. §. notandum, licet ante moderari potuiſſet. 45. d.
omnis qui. & ſi non eſt in crimine, pro quo condēna
tur, certa pœna inflicta, de ſimilibus àd ſimilia proce
21 det: uel minima pœna imponetur. Item no. q† ſenten
tia lata ſtatim ſortitur quoſdam effectus. uer. gra. ſi ſit
talis pœna impoſita, quæ libertatem auſert, ulterius
eius teſtamentum non ualet, neque aliquid ex teſta-
mento capiet. ff. de le. 3. l. 1. §. à præfecto. ff. de pœnis,
qui ultro, & l. ad beſtias. ſed nō idē dicimus in his, quę
ratione officii facit, puta ſi ſit prælatus, & ſententiam
ferat, tenebit, quamdiu toleratur. 8. q. 4. nonne. nam
ſi contrarium diceretur. abſurditas ſequeretur. nā cō
demnatus mandati. uel depoſiti, eſt infamis. ff. de his
qui no. inſa. l. furti. §. pe. & ul. nunquid dicimus etiam
ſententias ulterius non ualere propter hoc. 3. q. 7. c. 1.
abſit. Omnia enim tolerātur propter officium. quod
adminiſtrat. 19. di. ſecundum. ff. de off. præ. Barbarius,
niſi eſſet in eum lata ſententia depoſitionis, uel expo
liatus eſſet inſignibus dignitatis. tunc enim ſententia
a tali lata non tenet. ff. de his, qui no. inſa. l. 2. §. igitur
ff. de iud. cum prætor. nec poteſt dici, quòd toleretur,
h ſed intruſus[h] dicitur. Credimus tamen, quòd ex quo
ſententia de aliquo crimine lata eſt cóntra aliquem,
ſiue criminaliter, ſiue ciuiliter agatur, quòd epiſco-
pus, uel prælatus ſuus poteſt ipſum ſpoliare benefi-
ciis, quæ ſub eo habet. 2. q. 1. multi. Tamen eum debet
uocare, & ſententiam contra eum ferre, ſi inuenitur:
& ſi non inuenitur, eodem modo damnabit eum:
quia notorium eſt crimen per ſententiam, ut no. ſu-
i pra de co. cle. tua.[i] nec ob ſupra, c. ſuper his. ubi dici-
tur, quod non poteſt priuari aliis beneficiis, cum cri-
men in modum exceptionis probatur: ſed uerum eſt
quod ibi dicitur, quòd iudex, qui cognoſcit in modū
exceptionis, non poteſt ſuper alio iudicare, infra de
ſimo. licet. Sed hic iudex, de quo dixi, cognoſcet in
modum accuſationis, uel inquiſitionis, ubi bene ſe-
quitur pœna ablationis: & ſententia nō inducitur ad
probandum, ꝙ per eam dicatur priuatus, ſed induci-
tur ad probationem criminis, ſ. quòd ſit notorium,
ſicut & per eādem ſententiam de crimine latam pro-
baretur infamis. & repelleretur a teſtimonio, uel or-
dinibus, ſupra de teſti. teſtimonium. Clerici autem,
quorum eſt electio, nullum ſua auctoritate eligent,
niſi prius per ſuperiorem eis licentia detur, uel per
ſententiam amoueatur hoc modo, ſcilicet depono
talem prælatum, uel clericum: uel perpetuo eum a
ſua eccleſia remoueo, uel ſuſpendo, ſupra de cle. non
reſi. ex parte. & uide quod dixi, de conceſ. præ. cū no-
ſtris. in glo. multum ergo, per totum, & maxime ad
fi. uer. ſed quid ſi qualiter. Item ex ſententia, contra
quem eſt lata ſuper crimine, ſ. condemno te de homi
cidio, uel huiuſmodi criminibus, non poſſunt cano-
nici procedere ad electionem, uel epiſcopus, uel qui-
cunque alius: tamen ex quo imponitur ei pęna ex ta
li cauſa, quæ infamiam irroget, puta ſuſpenditur per-
petuò propter furtum, uel aliud publicum crimen,
de quo damnatus eſt, ſatis uidetur, quòd alius in lo-
cum eius eligi poſſit. ff. de decur. l. 2. & l. ad tempus, ſi
ex alia ſuſpenditur, puta quia tumultum fecit in con
cilio, non credo, quòd alius in locum eius poſſit eli-
gi. 5. q. 4. in loco. Idem dicunt quidam, & ſi pœna ſo-
la ſine ſententia infligitur, ex qua irrogatur infamia.
ff. ex qui. cau. infa. ir. l. ſi uilibus. Maior enim & euidē-
tior eſt infamia, quæ ex pœna procedit, quam quæ
ex ſententia eſt. & alia pœna, ſ. excommunicatio, quę
eſt his omnibus maior, & non ſolum eſt pœna. ſed &
medicina. 2. q. 1. multi, & ſtatim habet hunc effectum
ut ſibi ubique beneficia eccleſiaſtica licitè denegen-
tur, ſupra de ap. paſtoralis, in fi. & hunc effectum di-
cunt quidam habere quamlibet ſententiam de crimi
ne latam ſecundum Inno. cuius eſt glo. quam Hoſt.
22 nō poſuit [*Quiſquam*] prælatus, de quo præmiſit † [*Pe-
ricula*] adminiſtrationis, puta dilapidatorem. hoc ui-
tium inducit periculum: uitium incontinentiæ indu
cit ſcandalum, infra eod. c. fi. de co. cle. & muli. veſtra,
& c. tua, Inno. exemplificat de hæreſi, in qua eſt peri-
culum infectionis, uel eſt periculum occiſionis. dicit
autem, quòd ubi timetur periculum, procedi poteſt
ſine multa infamia, ar. 6. q. ulti. c. ul. 42. d. quieſcamus.
22. q. 1. ſi quis per capillum, de ſimo. ſicut ſimoniaca.
idem dixit in dec. licet Heli, in ſua. i. glo. ubi dicit ſibi
non placere illam rationem, ꝙ quiſque teneatur ſeda
re ſcandalum, quòd propter id, quòd debet fieri in-
quiſitio: quia poſſet eſſe, quòd per inquiſitionem au
geretur ſcandalum. Dicit ergo, quòd ſi ſcandalum ta
le eſt, quòd perturbare poteſt eccleſiam propter po-
tentiā unius, uel plurium, qui de prælato ſcandalizā-
tur, fieri poterit inquiſitio, ar. 23. q. 4. cum quiſque, &
l. d. ut conſtitueretur. Si enim ut remoueatur ſcanda
lum, indicitur purgatio. 2. q. 5. preſbyter, & inquiſitio-
nem ſequitur purgatio; ergo pro ſcandalo fieri po-
teſt inquiſitio. Idem arguit de ſuſpecto prælato ſuo,
uel principe, uel bonis uiris, licet non ſit infamatus:
quia ſi indicitur ei purgatio. 11. q. 5. omnibus. ergo ut
ſupra dicit, ꝙ aliqui negant, his duobus caſibus inqui
ſitionem fieri poſſe, licet in eis poſſit indici purgatio
nam, ut dicunt, non ſemper inquiſitionem ſequitur
purgatio, ſed quandoq; abſolutio, qñq; remotio ab
eccleſia, ſupra c. inquiſitionis. & uide, quod dicam, de
23 pur. can. nos inter, ſuper. j. gl. [*Puniendum*] parū teſſet in
quirere, & non punire. nam facilitas ueniæ &c. 23. q.
4. eſt iniuſta [*Grauis*] non tamen tantus, quòd poſt ſen
tentiam executionem impediat, de quo dic, ut ſupra
eod.

eo inquiſitionis.1.reſpon.ſecundum Hoſtien.& Io.&
Goff.[*debet*] Dicit Inno hoc intelligi, quando fit inq-
ſitio contra certam perſonam, & de certo crimine:ſe
cus, ſi fiat in genere, uel de ſtatu eccleſiæ,& uide infra
glo.3.dicebat ergo Gof.infra de ſimo.licet. ꝙ quādo
fit inquiſitio ſuper ſtatu eccleſiæ , non exprimuntur
capitula , ſed generaliter inquiritur de uita ho. cle.&
de officijs, & de ſtatu poſſeſsionum , & rerum eccle-
ſiæ.& uide, quod dicam ſuper prin.primæ glo.[*Igitur*]
ſ.quia dictū eſt uillico,ꝫ quē fieri debet inqſitio, Red-
de rationem &c.quod demonſtrat uillicum, quē do-
minus alloquebatur, fuiſſe præſentem.& ſic cōtinua
tur principio, uel proximo dicto, quo dicitur, remo-
uendum uillicū, qui non pōt &c.ergo debet eſſe præ
ſens:alias nō appareret, an poſſet reddere rōnē. & ſic
defenſiones etiam admittendæ ſunt ſm Hoſt.[*Contu-*
24 *maciam*] hoc includit † cū citatum, tunc aūt bene pro-
ceditur cōtra eum, ut li.non coui.quoniam.§.porrò,
& §.ſunt & alij.Contra abſentem ergo cauſa ſtudioſū
quem prius citatio non apprehēdit , non inquiritur,
de hoc in ſpe de inquiſi.§.1.uer.quæritur, an contra.
[*Et exponenda*] hoc eſt ſm, qđ requiritur in hac forma.
& dic [*exponenda*] quandoq; in gñe, qñq; in ſpecie ſecū
dum Ho.qui remittit, de pur.ca.c.pe.uer.ſi. Item hæc
traditio non fit teſti, cōtra quem crimen opponitur ,
ut dicam, de pur.ca.inter, ſuper gl.2.[*Illi*] contra quem
fit inquiſitio, uel eius procuratori, qui poteſt interue
nire, cum non ſit cauſa criminalis, ſup.e.ſuper his.qđ
intelligit Hoſt.niſi perſonaliter fuiſſet citatus.remitt.
de do.& contu.cum dilecti.uel niſi tale ſit crimē , qđ
executionem impediat, ſupra eod.inquiſitionis.1.re-
25 ſpon.[*Capitula*] ſi tamen † cōfeſſus fuerit crimina, cō-
feſsionem impugnate non poterit, quominus punia
tur ex ipſa, eo pꝛtextu, qđ capitula tradita nō fuerīt.
uel non fuerat infamatus.j.eo.ti.c.1.li.6.[*Fuerit*] ſi igiť
primò fieret inqſitio; & poſtea tradanť capitula , nil
agitur:quia peruertitur ordo, ſupra de elec.cum peti-
tam;. Hoſt.[*Facultatem*] ſi ergo grauaretur , admitten-
da eſt inſta appellatio.de hoc de pur.ca.nos inter.gra
uaretur autem , ſi fieret inquiſitio , uel cogeretur re-
ſpōdere ſuper occultis. & in hoc differt inquiſitus ab
accuſato, qui ſuper occultis reſpondere compellitur:
quia iurat de calumnia, de iu.ca.cap.1. nec ob.de pœ.
di.1.non tibi , quod poteſt intelligi ſm Hoſti. de non
infamato, nec accuſato: aliàs lex permittit acccuſato
mentiri.ff.de bo.corū, qui ſi.mor.con.l.j. Canon vult
aliud, ut patet ex not.ſupra, quod metus cauſa , ſacris.
Item illud capitulum intelligendum eſt in foro pęni
tentiali. unde & ponitur ſub tractatu de pęniťtia, ubi
quis inuitus peccatum ſuū prodere non tenetur , de
k pę.& remiſ.omnis[k], licet quandoque ad hoc inducē-
dus ſit, ut patet eo.titu.officij, Sed ubi quis eſt infama
tus, non eſt ſibi etiam in foro pęnitentiali dicēdum ,
ut occultet crimen in iudiciali, ut patet, de cri.fal.capi
tu.1.22.q.2.primum , & c.ſe. dicendo enim tunc ueri-
tatem nō prodit, ſed per famam iam proditum mani
feſtat, & animam ſuam liberat , & iudicem de miſeri-
cordia præcatur, de elec.innotuit.§.multa , ſecūdum
Hoſt.qui etiam remittit ad no.per Innocē.de conſeſ.
26 c.2.[*Non ſolum*] hoc eſt † tertium, quod circa formam
attenditur [*Nomina*] ſaluo eo, quod dr in crimine hæ-
reſis, infra de hæreti.c.ult.li.6.[*Quid à quo*] ergo nō ſuf-
ficit ſegregatim dare nomina, & dicta·quia tūc neſci-
ret, quid à quo dictum eſſet , ſed danda ſunt nomina
cum dictis. No.etiam per hoc Hoſtien. nomina non
debere dari per inquiſitorē ante receptionē , & hoc ,
ut uitetur corruptio, ad hoc, infra eod.olim, & quod
no.de teſti.fraternitatis.& ſecundum hoc nō eſſet ne-
ceſſe citare inquiſitum, ut ueniat uidere iurare teſtes,
qđ tamen cōmuniter ſeruatur [*Necnon*] hoc eſt quar-
27 tum de forma [*Replicationes*] exceptionē † ꝓponit is,
contra quē inquiritur:replicationem uerò is, qui pro
mouet inquiſitionem, alias iudex inquirēs , de ap.cū
ſpeciali [*Infamandi*] ex quo enim teſtis ſciret nomē ſub-
ticeri, audatius infamaret [*Falſum*] audacter enim fal-
ſum deponet, qui ſciret excipi nō poſſe de falſo [*Aſſur
gere*] deſcendere, & aſſurgere diuerſa ſunt, non cōtra-
ria. concor.de his, quæ fi.à præ.cum apoſtolica.aſſur-
git enim in mente, ſed deſcendit corpore, ſupra e.c.in
prin.& ſupra eod.cum dilecti, in prin. [*Dammabilius*] vt
ſupra patet.de of.or.irrefragabili, & infra ti.2.licet He
28 li. [*Taceatur*] † Præocupatio eſt.ſi. de of. or.inter cæte-
ra, ibi, Ne dicamus [*Tribus*] dicit hic Hoſti.in cu. Ro.
duobus modis agi de crimine, ſ.per modum iuſticię,
& per modum gratiæ.per modū uerò iuſticiæ.6.mo-
dis.primo per modum punitionis ex officio, ut in no
toriis. ſecundo per modum accuſationis. tertio denū
tiationis.quarto inquiſitionis.& de his hic , quinto ꝑ
modum exceptionis, ſupra e.ſuper his.ſexto per mo-
dum actionis, de reſcrip.ex parte, de iureiu.querelam
per modū uerò gratiæ proceditur his modis. primò
per modum prouiſionis, ſupra eo.ad petitionem. ſe-
cundò per modum compoſitionis, & diuiſionis. cō-
poſita uera. diuiſa falſa . Nam quandoq; diuerſi pro-
ceſſus diuerſo modo , & in diuerſis inſtātijs facti ſunt
contra aliquem, & nullus ſufficit ad condemnationē
ex his tamen omnibus recolligunt, quæ collectio ad
condemna.ſufficit. & ſic puniunt crimino ſum quo-
niam ſic affectant procedere, quaſi dulcis ſit mixtura
bonorum , adhoc.12.diſtinctio.nouit , & inſti.de re.
diuiſio.§.quòd ſi partim, & quia publicè intereſt &c.
de ſententia excommunicatione, ut ſamæ . Sed con-
tra hoc eſt, quia probatio unius modi agendi non fa-
cit fidem in alio articulò , de teſti.uenięs.2.& quia res
inter alios &c.de re iu.c.pen. & poteſt timeri, ne leue
compendium &c.ut ſequitur, & quia ſecundum for
mam iudicij formanda eſt ſententia , vt etiam ſequi-
tur. tertio per modum procedentem ex quibuſdam
latentibus . Timor enim precium, amor , turbat ue-
ritatis iudicium, de re iu.cum ęterni, libro ſexto, quar
to, quia ſi quid opponatur, totum deletur ex plenitu
dine poteſtatis, de uſu pal.ad honorem , de elect.illa
29 [*Compendium*] leue † compēdium uocat peruerſum &
& præcipitatum iudicium leuis iudicis forte prætēn-
dentis, quòd vult abbreuiare lites [*Diſpendium*] pęnam
auctoritate talis proceſſus inflictam, & concordā.de
reſcr.diſpendia, libro ſexto, uel ſecundum Abba.hoc
dicit : quia ſi nimis perfunctoriè admitteretur accu-
ſatio , damnificari poſſet accuſatus [*Legitimam*] Legi-
tima accuſatio dicitur, cum accuſator eſt idoneus, li-
bellus bene formatus, & ſuo iudici oblatus, ſupra ca-
pitulo primo.2.quæſt.8.libellorum , de iudi. at ſi cle-
rici. alias [*legitima*] & hæc cōmunior [*Monitio*] triplex
de quo dic , ut ſupra de iudi. nouit [*Iudicij*] ideſt peti-
30 tionis, & modum procedendi: ut † ſi agitur ciuiliter ,
conſequatur intereſſe. & quandoq; æſtimantur iniu-
riæ, de hoc, de iniur.olim.ſi in modum accuſationis,
ſi inuenitur certa pœna , ſiue ſit corporalis , ſiue di-
gnitatis remotio , uel famæ læſio , illa imponitur . C.
qui accuſa. non poſſ.l. non ignorat , & l. de crimine ,
& l. penul. non durior , nec leuior . alias erit arbitra-
ria, de offi.dele.de cauſis, de tranſac.capitulo fina. Si
per inquiſitionem & crimē eſt graue, ab adminiſtra-
tione conuictus remouetur , niſi miſericorditer aga-
tur : ſed ſi ſit tale , ꝙ poſt pœnitentiam executionem
impediat, quid iur.uidiſti, ſupra eo.inquiſitionis.1.re-
ſpon. In denuntiatione uerò ſm quod diuerſa eſt, di-
uerſæ ſniæ formabuntur. In euāgelica iniungeť pnīa
ſi iudicialis, ad ſatisfactionē condemnabitur. ſi cano-
nica, pęna imponeť, vel peccatū fieri ꝓhibebiť, vł ali-

ter, ut requirit nunciationis modus, ſententlabitur
ſi in in modum exceptionis, impedietur ille actus.
quod dic, ut ſupra eod, ſuper his. Si autem inepta fuiſ-
ſet petitio, abſoluitur reus ab inſtantia iudicij, de iudi.
31 examinata [*Vſquequaque*] ideſt ad unguẽ † quò ad ſub-
tilitatem, licet ueritas non ſit omittenda, facit Clem.
de uerbor. ſign. ſæpe, & de hoc dixi ſupra. ſuper verſ.
peruenerit [*Facilius*] leuiores cauſæ, & leuiores proba
tiones ſufficiunt [*Liberius*] quia nec tot exceptiones
recipiuntur, nec cogitur ſic ad unguem formam ſer-
32 uare. Hoſti. ¶ † Prima gloſſ. primo tractat tria, ſcilicet
quando prælatus inquirat: & qualiter, & de pœna in-
quiſiti. & recitanda eſt hoc ordine, ut uerſic. penult.
Item & illud recitatur poſt princ. gloſ. ibi. ſi ex officio
ſuo &c. & uerſic. crimine uerò, uſque ad uerſic. ſi ue-
rò infamatus, reſeruetur ante uerſicu, ſi uerò crimen
probetur, & primum, ſcilicet quando inquirat planũ,
quia ſcilicet quãdo infamatus eſt, & à fide dignis &c.
Circa ſecũdum diſtinguit, aut inquirit ex officio, aut
alio promouente. primo caſu præfigit terminum ac-
cuſare uolentibus, nullo ueniente deſcendit ad locũ,
uocat inquiſitum, qui contra iudices, & teſtes excipe
re poteſt, tradit capitula &c. ut §. debet, eo autem cõ-
tumace procedit, de qualitate teſtium dat duas remiſ
ſiones, & de compulſione ipſorum remittit ad capi-
tulum, dilectorum. ſi altero proſequẽte, recipit illius
teſtes, & ſi negetur infamia, uterque probat, nec pu-
tat glo. monitionem tũc neceſſariam. Circa tertium
diſtinguit, aut probatum eſt crimen, aut non. primo
caſu ſi eſt prælatus, remouetur. Si non, aut crimen im
pedit poſt pœnitentiam &c. ſi non eſt probatum, in-
dicitur purgatio, & punitur promouens, ſecũda pars
glo. ibi, Item nunquid, format, & ſoluit duas quæſtio
nes. ¶ Gl. 3. quærit, & ſoluit. ¶ Quarta arguit, & ſignat
contrarium. ¶ Pen. glo. tractat de triplici modo pro-
cedendi ſuper criminibus, & eorum pœnis, circa ſecũ
dum ſignat duo iura in contrarium, & utrobique re-
33 mittit. ¶ [*In glo. 3, ibi l. 2.*] uide de libell. obl. c. 2. in 1. glo.
in fin. primæ partis [*& ibi. l. pen.*] ſufficit iuramentum
eius, qui adminiſtrat relicta pro redemptione capti-
uorum, quod ſine diminutione, uel dolo in eũ uſum
illa concurrerit [*Et ibi, ſi quando*] ponit caſum decret.
34 infra proxim. alleg. ¶ [*In † glo. 1. ibi, diſtingue*] Io. & Goff.
hic aſſignabant has differentias inter hæc duo mem-
bra. prima, quia primo caſu iudex facit reum iurare,
& reſpondere, & ſic intelligatur, quod dixi ſuper uer-
ſic. redde, in princ. cap. & dec. cum dilecti, ſupra eod.
ſecus, cum alio promouente, & hoc, ne per id aduer-
ſarius inſtruatur, ſecundùm Ioã. & forſan hoc uoluit
glo. infra uerſic. ſi uerò procedat. Item primo caſu pu
blicatis atteſtationib. iterum iudex recipit teſtes etiã
ſuper eiſdem capitulis. ſecus. cum productio facta eſt
à promouente, de hoc plenè dixi, ſupra de teſti. cum
35 clamor. ¶ [*In † gloſſ. apud iudicem*] alia dicam ſecundum
Innocent. infra eodem, gloſſ ſuper prædicto, uerſicu.
ſi uerò. Aſſignant etiam differẽtias inter generalem
inquiſitionem ſuper ſtatu eccleſiæ. & ſpecialem con-
tra certam perſonam. primam dixi, ſupra §. debet, in
prin. alia eſt, quia primo caſu recipiuntur teſtes, qua-
les inueniuntur, ſupra de teſti. ueniens. 2. C. de repu.
conſenſu. contra ſingularem perſonam non recipiũ-
tur, niſi idonei, ſupra de re iu. cũ I. & A. & uide quod
dixi, ſupra eo. qualiter. ſuper uer. occultis. ex hoc ſeq-
tur, quod primo caſu non excipitur cõtra teſtes. dice
bat tamen Goſ. infra de ſimo. licet, quòd denuncia-
tores, qui collegium infamauerunt, excipi poterit, &
quòd poterit inquiſitor ut ſuſpectus recuſari. ſubde-
bant, uel dic, ꝙ collegio iſta non competunt eo, ꝙ in
quiſitio ſuper ſtatu de plano, & ſine ſtrepitu fieri de-
bet, infra eodem titu. olim [*& ibi, recuſare*] no. quod in
correctione remoueatur appellatio, ergo & recuſa-
tio. de hoc in ſpe. de inquiſi. §. 1. Item quod eſt ſibi [*Et
ibi, criminoſus*] Idem Io. T. & Vinc. & Goſ. quod tu dic,
quòd ſi eſt ordinarius. quãdiu toleratur ratione cri-
minis, ſubditi non poſſunt ipſius iudicium declinare.
8. quæſtio. 4. nonne. ad hoc, de cle. ex. cap. fina. & hoc
tenet Guil. in ſpe. de inquſitione, ad fi. 1. col. [*Et ibi, unam
tantum*] uel ſi eſt officialis, qui non habet ad hoc man
datum, de offi. vica. capitulo ſecundo, libro ſexto [*Et
36 ibi, utrum ſit † infamatus*] uaria & interdum contraria de
hoc locuti ſunt moderni. Dixerunt autem hic Pe. &
Abb. quòd licet inquiſito negante infamiã non pro
cedat iudex in inquiſitione ueritatis, quã facit altero
promouente inquiſitionem, niſi primò probetur in
famia per eum, qui promouet, tamen ubi inquirit ex
puro officio, poſtquam ſibi conſtat de infamia, de ve
ritate inquiret, licet inquiſitus neget ſe infamatũ. nec
tenetur iudex ipſe de hoc facere fidem, cui enim hãc
faceret, cũ ipſe ſit iudex, ſi tamen ille propter hoc ap-
pellaret. prælatus coram ſuperiore fidem faciet de in
famia. iſtud etiam placet ſpeculatori de inquiſi. §. nũc
tractemus, uer. hoc autem ſcias. & hoc, ne illudatur
correctio. placet etiam Abb. ſup. c. inquiſitionis. Plus
ibi dicit Roſ. dixiſſe, ꝙ licet cum proſecutor vult pro
bare infamiam, inquiſitus poſſit probare cõtrarium,
non ſic tamen cum ſuperior ex officio teſtes recipit,
cum ad ſui inſtructionem ſummatim id cognoſcat,
nec præſumatur contra iudicem, ſicut contra promo
uentem. hoc idem infra repetam poſt Io. iſtud dictũ,
quòd nõ ſit neceſſe recipi teſtes ſuper infamia, tenet
hic Hoſtien. in ordinario, dicens ſecus in delegato. qđ
dic, ut dixi, ſupra eo. cum oporteat, & no. infra eod.
capitulo ſecundo, libro ſexto, & ut no. Hoſtien. ſupra
cap. cum oporteat, non debet ſimul cognoſci de ue-
ritate, & infamia, ſupra de iudi. exhibita. Conſuluit ta-
men Hoſtiẽ. ibi ordinarium, ut appellationes euitet,
ꝙ inquirat, & teſtes prius recipiat ſuper infamia, & ſic
communiter ſeruatur. pro qua obſeruantia bene fa-
cit clem. de appellatio. appellanti. 2. reſpon. Imò nota
uit Hoſtien. ſupra eo. qualiter, quòd in cauſa inquiſi-
tionis fit conteſtatio, uel quaſi cõte. cum infamia, ſi-
cut in accuſationis cauſa fit cum accuſatore, in cauſa
denuntiationis cũ denuncia tore. Si ergo uocato ſub-
dito dicat ſuperior, intendo cõtra te inquirere ſuper
tali crimine, ſuper quo es infamatus, & ſubditus con
fitetur utrunque. ſ. crimen, & infamiam, procedit ſu-
perior ad pœnam criminis: ſed mitius punit propter
confeſſionem. de elec. innotuit. Si negat utrunque,
ſ. crimen, & infamiam, uel ſolam infamiam, ſi noto-
ria eſt infamia, poteſt procedere ad inquiſitionẽ ue-
ritatis, non laborando tunc circa inquiſitionẽ famæ,
de accuſa. euidentia, licet tutius ſit aliquos teſtes ad
cautelam recipere, ut eſt dictum: tum quia dictum fa
cile ſequitur multitudo, infra de pur. ca. cum in iuuẽ-
tute. §. 1. tum quia ſequitur, ꝙ infamatus ſit apud bo-
nos & graues, nec ortum habuerit à maleuolis, vt hic
tum quia multa dicuntur notoria, quæ non ſunt, er-
go ad cautelam teſtes recipiat, de elec. bonæ. alias, ſi
appellaretur, in periculo eſſet proceſſus, cum ſit ne-
ceſſe coram ſuperiore probari infamiam negatã, ut
dixi. ſed ſi ſubditus confitetur infamiam, uel ſufficiẽ-
ter probatur, ſecurè proceditur, dũmodò in actis ca-
nonicè redigatur, quibus creditur, de probati. quo-
niam, & appareant, ut ibi: aliàs contra, eod. titu. c. fin.
& hoc modo dicebat Hoſti. cum infamia litem qua-
ſi conteſtari, ſicut aliàs dicitur, de do. & contu. prout.
& adde quod not. de reſtit. cum olim. non tamen di-
cit hanc quaſi litis conteſtationem eſſe neceſſariam,
ſed de ipſa per ſimilitudinem, & comparationem ſic
loquitur, nec enim infamia uiſibiliter, & uocabiliter
apparet

apparet in iudicio, nec iure aliquo hæc quaſi conte-
ſtatio eſt expreſſa. nec porrigitur petitio, & ſine his
uera litis conteſta. fieri non poteſt, de lit.conte.capi-
tulo uno, quo conſiderato dicitur in cauſa inquiſi-
tionis lite non conteſt.procedi, ſupra ut li.non cont.
quoniam.§.ſunt & alij. Quid ſi ſubditus auditis prædi
ctis uerbis. petit diem ad deliberandũ, uidet̃ non dan
dus. cum de facto ſuo quæratur, de quo certus eſt, de
reſcrip.ab excommunicato. Hoſti. dicit contrarium,
cum & de fama dubitare poſsit, & expedit peritos cõ
ſulere, ar.C.de inge.ma.ſi auiam, ut li.non conte.c.1.
in prin. Si uerò quis inquiſitionem proſequitur, tunc
cum ipſo fit vera litis conte. ſicut cum accuſatore, vel
denunciatore, de pur.ca.c.pe. & contra ipſum exce-
ptiones legitimæ admittuntur. ſ. c. cum oporteat [*&
ibi, poteſt probare*] hoc intellexit Io. in hoc membro tã-
tum, non in ſuperiori, quando nullo promouente iu
dex procedit: quia non ſic præſumitur contra iudicẽ,
ſicut contra aduerſarium. uide quod ſupra dixi, & ſu-
pra c.cum oporteat, poſt primi. ſuper uer. famam [*Et*
37 *ibi, non † credo*] Vin. contra in ſpe. de inquiſitio.§.1.uer.
ſed nunquid, & illud teneas, quando uia denũciatio-
nis proceditur: imo, ſi non eſt euangelica, ſed cano-
nica denunciatio, requiritur maior monitio. ſ. trina,
ut ſatis dixi de iudi.nouit. Sed ſi nõ incedatur per uiã
denunciationis, ſed inquiſitionis, licet aliquis officiũ
illud inquiſitoris coadiuuet, tunc puto uetam hanc
glo. [*Et ibi, dicas quod non*] idem Io. & Goff. & quid dixe
rit Vin. de B. & Compo. ſupra eod. qualiter, uide in t.
uer. ſed nunquid, & uer. ſe. [*Et ibi, ſi nec*] ſuple, fieri põt
[*Et ibi, ex tutum*] de hoc eo. ti. inter, in 1. glo. & hoc te-
38 nent † Ioan. & Goſ. iudicem inquirere poſſe, etiam ſi
petat reus præfigi terminum accuſare uolẽtibus. of-
ferens ſe purgare, ſi nullus appareat [*Et ibi, melius eſt*]
idem Gui. in ſpec. de inquiſitio.§.nũc tractemus, uer.
porro, in fi. & uide quod ibi dixi, & quod prædixi ibi,
habetur in uer. ſe. [*Et ibi, interſit*] idem hic Goſ. & Guil.
in ſpe. de inquiſitio.§.1.uerſi. ſed nunquid extraneus
[*& ibi, credo*] ſecundum Io. cuius ſecundum mentem
fuit hęc glo. [*& in fi.*] vide, quod ibi dixi ſuper. 1. gloſſ.
¶ [*In glo. 3. ibi, cutori*] quod dic ut, no. 5. q. 3. cap. ult. in fi.
39 primæ glo. [*& ibi, fletur*] Hoc † dicit Hoſti. ſub dubio,
forte in rectoribus hoſpitalium, & ſimilium locorũ
non haberet hoc locum: quia tenẽtur ſingulis annis
his, quibus loca ſubſunt, reddere rationem ut in cle.
de rel.do. quia contingit.§.illi etiam. ¶ [*In gl. arg. famam,
in fi.*] ubi de hoc, & ſupra de teſti. ueniens. 1. & c. præ-
l terea,[l] ut refert Goſ. Hug. dixit, famam probationem
facere. & ſecũdum hoc poteſt huic reſponderi, ꝙ ubi
fama defert, tunc non probat, ne ſit actor, & teſtis. 4.
40 q. 4. cap. primo. ¶ [*In † glo. 11. q. 4. in fi.*] infra de adulte. ſi-
gnificaſti. non tamen inquiſitio fieri, ut hic, & ſupra
eo. inquiſitionis, in fi. T. & Goff. Phi. ſupra eo. licet, in
fi. dicit, ꝙ ſi infamia ortũ habuit à leuibus, ſuſpectis,
uel æmulis, non fiet inquiſitio, nec indicetur purga-
tio, all. de pur. ca. cum in iuuẽtute, hic declarat, quod
dixit de purgatione non indicenda uerum eſſe, niſi
ob cauſam, puta propter ſcandalum, ut ibi. Dicebat
Hoſti. ꝙ ſi omnino conſtaret, quòd à maleuolis eſſet
orta, nec eſſet multum ſparſa, nec ſcãdalum immine
ret, non eſſet de neceſsitate indicenda purgatio. j. de
pur. c. cum in iuuentute. Dicit Innoc. quòd ſi ab uno
tantum, uel à maledicis orta ſit infamia, uel potius
ſcandalum, procedi poteſt ad inquiſitionem. 2. quæ-
ſtio. 5. mandaſtis, ad hoc quia ſi ſoli epiſcopo ſuſpe-
ctus eſt, poteſt indici purgatio. 2. queſtio. quinta, om-
nibus, in fi. ergo ab uno & ſemel tantum poteſt pro-
cedere infamatio. de hoc ar. uide, quod dixi. de of. or.
ex parte, ſuper ulti. glo. & uide quod in tex. dixi ſuper
uer. periculum, & de hoc in ſpe. de aboli. & purga. c.
fi. circa fi. ¶ [*In glo. pe. ibi, deponatur*] ſi crimen eſt tale, qđ
depoſitionẽ requirat, qđ dic, ut ſ. de iudi. at ſi clerici.
[*Et ibi, denunciat in euangelica*] aliud in iudiciali, uel cano-
nica ſecundum Hoſtiẽ. quod plenè uideas per Gui. in
ſpec. de denun.§.1.uer. ut autem [*Et in fi.*] Si † uerò de
crimine ciuiliter agitur in modũ actionis, conſeque-
tur intereſſe, & quandoque æſtimationem iniuriæ,
infra de iniur. olim. Si per modum exceptionis, im-
peditur ille actus, ad quem impediendum excipit̃,
ſupra eo. ſuper his, & c. accedens.

ANNOTATIONES.

a ¶ Infra eo. c. 1. pro hoc quod no. Bar. in l. Marcellus. ff. de renuo-
amo. & Inno. in c. 2. de confeſſ. & in c. dudum. ſupra de elec.
b ¶ Per tuas. Et non eſt neceſſaria infamia: ut no. Io. An. inf. c. olim.
c ¶ Eos aſſignet. Vide Bart. in l. de minore. ff. de quæſtio. in uer. dixi
quòd poteſt.
d ¶ Vbi. Vide Bar. in l. de minore, præalle. in uer. quomodo ſi teſtis
interrogatur.
e ¶ Ignorabat. Quando dicatur quis agere criminaliter, & ciuili-
ter, uide glo. & ibi Bar. in l. 1. ff. de ſepul. uio.
f ¶ Agebat. Vide. l. ſi ab eo, & ibi Bar. ff. de calum.
g ¶ Fama. uide glo. & Bar. in l. 1. ff. de ſepul. uio.
h ¶ Iotruſus, uide Io. An. in c. mora, de regu. ior. lib. ſexto, in prima,
q. in Mercu. & dominum Bar. de Sali. in l. 1. C. de teſta.
i ¶ Tua. Vide c. poſtulaſti, & ibi glo. & Io. de fo. compe.
K ¶ Omnis. Intellige alij, quàm deo, & ſic ſacerdoti, ut ibi no. glo.
l ¶ Præterea. De hoc ſunt glo. etiam in iure ciuili contrariæ, prout
latè per Bar. in l. de minore. ff. de quæſtio. uer. ulti. principaliter,
& uide etiam ibi in l. fi.

SVMMARIVM.

1 *Metropolitani ad correctionem exceſſuum, & reformationem mo-
rum ſingulis annis faciant concilium prouinciale, & quid præ-
tereà ſtatuant in eo, quòd futuro concilio.*
Vacationes beneficiorum ſcire præſumuntur, nu. 6.
2 *Epiſcopi ſingulis annis faciunt ſynodos.*
3 *Concilio generali Inno. quod Lateranenſe etiam fuit, quot conſti-
tutiones in quarta compilatione decretalium, fuerint, & quot
in hac nouiſſima ſint, & ſub quibus titulis.*
*Quæ etiam regulæ in eo canonicæ, & morales & utiles conſtitu-
ta, & in quibus inueniantur titulis.§. ſubdit, in concilio quid
proponendum, hic diſcitur.§. ordinem.*
Ad ipſum qui cogendi uenire, nu. 7.
Hoc punit delicta, nu. 11.
Earum ordo quis à principio.
*Ordinem conſtitutionum ſcire utile eſt.§. ordinem, & in quo con-
ſiſtat utilitas, ibid.*
4 *Iura parum eſt condere, niſi ſeruentur.*
5 *Idoneæ perſonæ quæ dicantur, inueſtigatione quæ corrigenda, quæ
reformanda ſint.*
Veritatem citius percipere uiciniores præſumuntur.
Extranei non præferendi diœceſanis.
6 *De plano, locutio quid hic, & alibi ſignificet.*
Fideliter pergere quis dicatur.
7 *Suffraganei ſubditum poteſt archiepiſcopus citare, et quo caſu, hic
in fin.*
8 *Epilogus gloſſarum.*
*De teſtibus Sinodalibus remiſſi. tractat de eis nu. infra 5. & in-
fra 10. 11.*
8 *Suffragium gloſſar.*
Quid agatur ubique, præfectus urbis habet milites, qui referant.
10 *Additio gloſſarum.*
*Viuere de ſuo proprio perſonæ electæ in concilio prouinciali pro
inueſtigatione morum debent, delegati autem à quo procurandi
hæ non habent coercendi poteſtatem, iurare debent, nu. 11. &
in quibus creditur, ibid.*
Eis præferuntur archidiaconi inquirentes, nu. 12.
Prælatic quoque quando debeantur expenſæ.
Officialibus creditur, & in quibus.
In quibus admittantur ſine inſcriptione.
12 *Inquiſitio plena præiudicat ſemiplenæ, in fi.*

CAPVT XXV.

1 Sicut olim. Caſus.† Metropolitani ad correctionẽ exceſſuum, & reformationem morũ ſingulis annis faciãt prouinciale cõcilium, in quo
per ſingulas dieç, ſtatuant perſonas idoneas, quæ ſollicitè inueſtigent, & ſequenti concilio referãt corrigẽda. hoc negligentes ab executione officij ſuſpendentur. Et ſic partes patẽt, Prima prouidet de prouinciali concilio, & agendis in illo. ẜa de teſtibus ſynodalibus. & ipſorũ officio. tertia de pęna hoc non ſeruantiũ. ſcđa ibi, ut aũt. tertia ibi, Quiſquis aũt [*Singulis annis*] pauci metropolitani hoc ſeruant. Aliqui. n. nunq̃ faciũt ꝓuinciale conciliũ: aliqui ſemel in vita ſua: & q meliùs faciũt de biennio in bienniũ, illud faciũt cũ in ſm leges etiã ſingulis annis ſemel, bis, aut ſępius conuocãdũ ſit, in auct. de ſanc. epiſ. §. vt aũt oĩs eccleſiaſti-
2 cus ſtatus, col. 9. ſic † & epi ſingulis annis faciũt ſynodos, ut ſequitur ẜm Hoſt. [*Suffraganeis*] & alijs ad conciliũ conuenientibus, ut ſequit. j. uer. ut aũt [*Canonicas regulas*] de elec. cum in cũctis. & ſi [*Generali concilio*] ſci-
3 re † debes, ꝙ de gñali concilio. ſ. Inn. qđ fuit ẽt Lateranẽſe, habuimus olim in quarta cõpilatione. 71. cõſtitutionẽ, quarũ 70. hodie hẽmus in iſta, & ẽt. 71. vna diuiſa, ut patebit. j. & iſta fuit. 13. ordo ṽo illarũ talis fuit. prima de ſum. tri. firmiter. ſcđa. pe. ti. dãnam⁹. tertia de hære. excõicamus, quarta de baptiſmo, licet, quinta de priuil. antiqua. 6. e. t. vt priuilegia. ſeptima de oſ. or. irrefragabili, octaua, ſ. c. prox. nona de oſ. or. qm̃ ĩ pleriſque. 10. e. ti. inter cætera, 11. de magiſ. quia nonnullis. 12. de ſtatu regu. in ſingulis. 13. iſta. 14. de uit. & ho. cle. ut clericorũ, 15. à crapula. 16. clerici officia. 17. de ce. miſ. dolentes. 18. ne cle. uel mona. ſententiã. 19. de cu. eu. c. 1, 20. eo. ti. c. 2. 21. de pęni. & remiſ. omnis. 22. eo. ti. cũ infirmitas. 23. de elec. ne pro defectu. 24 quia propter 25. quiſquis. 26. nihil eſt. 27. de æta. & qua. cũ ſit. 28. de renuncia. quidam cedendi. 29. de præben. de multa. 30. eo. ti. graue. 31. de fi. preſ. ad abolendã. 32. de præb. extirpandæ. 33 de cẽſi. procurationes. 34. de immu. ec. quia plerique. 35. de ap. vt debitus. 36. e. ti. cum ceſſante. 37. de reſcrip. nonnulli. 38. de proba. quoniã contra. 39. de reſti. ſpo. ſępe cõtingit. 40. de arbitris, & de do. & contu. contingit. & hæc eſt diuiſa, de qua dixi. 41. de pręſcrip. qm̃ oẽ. 42. de pę. & remiſ. cum ex eo. 43. de iureiur. nimis. 44. de reb. ec. non alic. cum laicis. 45. de pęnis, in quibuſdam. 46. de immu. ec. aduerſus. 47. de ſen. ex. ſacro. 48. de ap. cũ ſpeciali. 49. quam hodie non habemus, & incipiebat, Sub interminatione de ſen. ex. & ſtatuebatur ibi, quod cã cupiditatis non dẽret quis excõicare, uel abſoluere, maxime in partibus, in quibus ex conſuetudine in excõicati abſolutione pecuniaria pęna infligitur. & excõicans iniuſtè compellebatur iſtud reſtituere, & tantũdem de ſuo iniuriam paſſo, & ſi non erat ſoluendo, alias puniebatur. & adde circa hoc qđ dicã, inſ. de ſimo. ad aures, infra de cõian. nõ debet. 2. de clã. deſpon. c. cũ inhibitio. 52. de teſtibus, licet ex quadam. 53. de decimis, in aliquibus. 54. cum nõ ſit. 55. nuper abbates, 56. de pę. & remiſ. quod in te, licet hodie non intituletur in concilio: uel fuit de Iudæis, ab liberandam, quæ non fuit in 4. compil. ſed neutrũ credo propter ordinẽ ipſarũ. fuit igitur alia, quã nõ habemus. 56. de pactis, pleriq;. 58. de priui. ꝙ nonnullis. 59. de fideiuſ. quod quibuſdam. 60. de excel. præl. accedẽtibus. 61. de præb. in Lateranenſi. 62. de reliqui. cũ ex eo. 63. de ſimo. ſicut pro certo. 64. eo. ti. qm̃ ſimoniaca. 65. eo. ti. audiuim⁹. 66. eo. ti. ad apoſtolicã. 67. de reli. do. ne nimiã. 68. de uſuris, quanto. 69. de iudæis, in nonnullis. 70. eo. tit. cũ ſit nimis. 71. de apoſta. quidã. ¶ Ordinem ipſarũ poſui, prout colligere potui ex antiqua: quia interdum id ſcire eſt utile, ut per te experieris. has autem conſtitutiones, ſed non omnes poſuerat Ho. ẜm ordinẽ ſituationis, prout ſunt in hac cõpila. & dicebat, ꝙ ſi in cõcilijs neſcit metropolitanus, quid proferat, ut ſe quãdoq; dicit uidiſſe, poterit ſibi per has concor. ex quibus ſtatuta ſua eliciat, ſubuenire, ſubdit, ꝙ erãt & aliæ regulæ canonicæ, morales & utiles, ſicut de tem. or. ad aures, & c. fi. de ma. & obe. ſtatuimus, de ferijs. c. fi. de teſti. teſtimonium, de iureiu. cum contingat, & c. quanto, & mulieri, de his q̃ fi. à præ. nouit, & c. quanto, & ca. fi. de his. quæ fi. à ma. par. ca. c. fi. de rebus ec. non alic. ſi quis, de ſolutio. ca. 2. de dona. apoſtolicæ, de pecu. cle. per totum, de teſta. cũ in officijs, & c. officij, requiſiſti, tua, & c. pe. & ulti. de parochi. ut dominicis, de regu. ſtatuimus, & c. ſe. de conuer. coniu. uxoratus, & c. gaudemus. de uoto, c. 1. de capel. mo. c. pẽ. & ult. de iu. pa. poſtulaſti. de cẽſi. cum apoſtolus, & c. cũ canonicis, & c. olim. de cõ. ec. uel alta. aqua. de celebr. miſ. ca. 1. & c. te referẽte, & duobus. c. ſe. de baptiſ. c. 1. & 2. de reliqui. de obſer. ieiu. de ec. ædi. per totum, de immu. ec. inter alia, & c. pe. & ult. ne cle. vel mo. c. j. & c. ult. de ſpon. Gemma, & duobus ca. ſe. & c. tua, de deſpon. impu. de illis, & c. atteſtationes, & c. ult. de cõdi. apo. c. fi. de eo, qui duxit. c. fi. de cogna. ſpiritu. Martinus, & c. quanto, de cogna. leg. c. uno, de frig. laudabilem, de ſecundis nup. per totum, de ſimo. Iacobus, & c. fi. ne præ. ui. ſu. querelam, de homi. poſtulaſti, de cle. uene. per totum, de male. c. 2. ut ſatisfieret Hoſti. has poſuit, quæ poterant præteriri [*Relegentes*] iterationem & attentionem lectionis notare uoluit, cum dicit, Relegentes. & ſupple, ad hoc ut eas &c. [*Obſeruari*]
4 quia † parum eſt iura condere, niſi &c. de elec. ubi periculum. §. præterea, li. 6. [*Debitam*] ſcriptam. ſ. alias arbitrariam de hoc dixi, ſupra c. proxi. [*Statuant*] concilio præſidentes, ſupra de ſtatu mona. ſingulis. §. ordinẽtur. alij dicũt, ꝙ ſinguli epiſcopi debẽt iſtos ſtatuere. 35. q. 6. epos in in ſynodo. uel dic ẜm Hoſtiẽ. ꝙ alij ſunt ij, quàm illi, & ꝙ primi & ſecũdi ſtatui debẽt [*Vi-*
5 *delicet*] no. quæ dicantur pſonæ idoneæ. concor. ſupra ca. proxi. uer. ex quibus. requiritur autem, quod ſint prouidi vt procul videant, & quòd de notorijs & manifeſtis inueſtigent de plano interrogãdo ſeniores & honeſtiores. requiritur etiã, ꝙ ſint honeſti, ne corruptè aliquem falsò infament, uel deferant, infra de ſimo. ucmo. & eſt melius eos eſſe de illa diœce. quàm de extranea, ar. de elec. q a ꝓpter, ibi, tres de collegio. & quia alieni regni arcana ſcrutari non conuenit. C. de comer. & mer. l. 4. poſt prin. & quia præſumitur, ꝙ citius percipient ueritatẽ, ar. de præſump. quoſdã, & & c. quanto, de teſtibus ueniens. 2. ad fi. ergo alijs præferãtur, qui ma. ac. poſ. uidetur [*Quæ*] perſonæ, ſic electæ [*Per totum annum*] quia ultra non durat officium. & ideo ſunt aliæ eligendę, ut omnis euitetur ſuſpitio,
6 ſecundum Hoſtien. [*Et de † plano*] aliter ſumuntur hic hæc uerba, quàm infra capitulo proxi. Hoſtien. [*Iuriſdictione*] corrigendi, condemnandi, coercendi, iudicialiter citandi [*Correctione*] exceſſuum [*Reformatione*] morum, de offic. ordina. irrefragabili, & ſupra eodem capitulo [*Fideliter*] ideſt plene & merè, ſecundũ quod inuenerint, ſupra capitulo proximo, ad fi. [*Præferant*] ſępe inducitur hæc decre. contra metropolitanos, qui iure metropolitico beneficia conferũt, quæ longo tẽpore uacauerũt, quaſi non licuerit eis ignoraſſe, de quo uide, qđ dixi, de cõceſ. pbẽ. ex pte [*Alios*] procuratores capitulorum cathedralium eccleſiarũ, ſupra de his, quæ fi. à præla. c. ult. [*Publicaturi*] infra ſex menſes. 18. diſt. c. fi. [*Synodus*] per hoc patet ſecundum
7 Pe. & Abb, quod † ad concilium prouinciale nõ ſunt cogendi uenire niſi epiſcopi. Si enim uenirent alij, ad quid fieret hæc publicatio? & dixi de hoc de his, quæ

fi.

fi.l prælà.c.fi. & de præben.graue: Innoc. per textum
& alios, qui præcedit, no.contrarium. Dixit autẽ Pe-
trus, ꝙ ſubditum ſuffraganei, de quo is, qui deponit
querelã in concilio, archiepiſcopus citare poteſt [*Su-*
8 *ſpendatur*] eſt ergo canon ferẽdæ ſentẽtiæ. Ho. ¶ † Gl.3.
de teſtibus ſynodalibus tractat, unde eſſe debeant, &
quales, quid agant, & ꝙ procurent per loca, quę viſi-
tant. ad hoc ultra ſignat contrarium, ſed tenet pri-
mum. ¶ Vlt.glo.infert, & dubium ſoluit, quærit obij-
ciendo, reſpondet, & refert, ꝙ diminuta ſit hodie &c.
dicens, quòd iſtis minus, quàm alijs officialibus cre-
ditur, & cauſam reddit. ſubdit, ꝙ propter diligentiam
9 prælatorum iſti ſuum officium non amittunt. ¶ [*In gl.*
ul. ibi. §. quies] habet præfectus urbis milites, quod ad
referendum ſibi, quid ubique agitur [*Et ibi. §. illud*] ui-
de in decre. ſupra proxi. all. ſuper. 3.gl. (*Et ibi, diuus*) re-
10 dargui poteſt relatio officialis, uel irenarchę. ¶ [*In gl. 2.*
in fi.] quod eſt hodie innouatum per concilium Viẽ-
næ, de ſta. mo. ne in agro, in fi. ¶ [*In glo. iſti erunt, ibi, facere*
non debent] dicebat Vincẽ. ꝙ ſi iſti ſunt de loco, ubi in-
quirunt, uiuent de proprio, ſicut uocati in partẽ ſol-
licitudinis. 3.q.6. qui ſe. ſi mittantur delegati, mittens
procurabit illos, in auct. de man. prin. §. illud quoque
in auct. iuſiur. quod præſta. ab his. §. 1. col. 2. dicit, etiã
quòd non dat prælato expenſas, niſi ubi inuenit ex-
preſſum, ut in uiſitatione, & conſecratione eccleſiæ,
infra de ſimo. cum ſit. & dicendum, quod ibi dixi ſu-
per glo. [*& ibi, inter cætera*] hoc tenuit hic Gof. ſed. c. il-
lud intellige, ut eo. ti. ſi epiſcopus, lib. 6. [*& in fi.*] quos
ſi eccleſiæ denegent, non poterit coercere aliquem,
cum careant iuriſdictione, ſed referãt epiſcopo, & ip-
ſe coerceat, ſecundum Hoſtiẽ. de of. archipreſ. c. fi. de
emp. & uen. cap. fina. ¶ [*In glo. ult. ibi. 18 di. peruenit*] Inno.
alle. 27.q.1. ſi cuſtos, & c. ſi homo eſſes [*Et ibi, ſtatuitur*]
Idem Vin. dic, ut infra de cenſi. capitulo primo, & ult.
lib. 6. & ut dixit Hoſt. hæc glo. uidetur ſuperflua, cum
hic non loquatur de archiepiſcopo uiſitante, ſed de
11 concilio prouinciali, de quo certum eſt, quòd punit
delicta, de præben. graue. 27. diſt. propter. & per totũ
idem Inn. [*Et ibi, nec ſunt iurati*] nec eſſet improbandũ;
quòd cum conſtituuntur, iurent, ſecundum Hoſt. al.
c. epiſcopus. 35.q.6. allegaui, in prin glo. & de teſti. co.
præterea [*& ibi, ipſum factum*] dicit Hoſt. ꝙ quicquid di-
cant glo. in notorijs creditur iſtis & illis in his, in qui-
bus aſſiſtere debent iudici. ff. ad Turpil. ab accuſatio-
ne. §. nunciatores, & in quibus ſine ſcriptione admit-
tuntur. 4.q.4. aliqñ. C. de accu. ea quidem. Si uerò cri-
mina non ſint notoria, non creditur uni officiali, ni-
ſi probetur. C. e. ti. l. ſinguli. iuratis autem, ex quo plu
res ſunt, creditur, niſi probetur, ſupra de teſti. co. præ-
12 tereà (*Et ibi, inquirant*) Idem Hoſti. quærebat † Io. quid
ſi archidiaconus uolebat in aliqua uilla inquirere, &
inquiſitores iſti venerunt illuc, an vtriq; poſſunt in-
quirere? Et dicit in iudicibus planum, ꝙ pro eodem
negocio coram diuerſis, quis trahi non debet, de re-
ſcrip. ex tenore. ſed hic aliud uidetur, quia una non p̃-
iudicat alteri. dicit tamen, quòd iſti non poterunt in-
quirere ſine licentia archidiaconi. 70. di. non deberet;
quia plena inquiſitio præiudicat ſemiplenæ. idẽ Vin.

S V M M A R I V M.

1 *Excommunicationem, uel ſuſpenſionem ſententiæ per abbatem de-*
nuntiatũ in monacos denunciantes uel adhærentes eis latæ quã-
do relaxentur, & in quo nu. 2.
Spoliati lite pendente monaci reſtituuntur ab abbate, & quomo-
do id intelligatur, nu. 6.
Iuramenta de tacenda ueritate relaxantur.
Imò non tenent ipſo iure, nu. 8.
Denunciato teſtium dicta traduntur.
Expenſæ monacis proſequentibus denunciationem de bonis mona-
ſterij miniſtrantur, & quo caſu, nu. 12. in fi.
Lite pendente obediunt hi abbati, ſed non in omnibus nume. 8. ad
dictio. impediri.
Ordinis ſemper mentio facienda.
Principale cui commiſſum eſt & acceſſorium.
3 *Suſpenſus, uel excommunicatus repellitur à teſtimonio.*
4 *Captum negotium iudiciale quando dicatur, ut nihil innouetur*
poſtea.
5 *Adhærentes per appellationem defenduntur principalis.*
6 *Reſtitutionem monaci an petere poſſint ad prioratus, & obedien-*
tias, uer. & hoc intellige.
7 *Sine ſtrepitu iudiciorum, & de plano, qualiter hæc clauſula in-*
telligatur.
8 *Eludere iuriſdictionem iudicis qui probationis copiam etiam ſub-*
trahere uoluit, quomodo contra eum procedatur.
9 *In monacorum correctione qualiter procedatur.*
Contra uerò abbatem regularem quomodo.
10 *Inquiſitionis impetratore mortuo, uel repulſo, alius, cuius inter-*
ſit, ueniens admittitur, & iudex ex officio procedit.
Idem impetrator an uocandus in cauſa appellationis, ſi is, contra
quem proceſſum eſt, dicat proceſſum contra ſe habitum nullum,
uel reuocandum.
Idem poteſt appellare, & tenet appellatio, & alius eam proſequi
poteſt.
11 *Inquiſitionẽ accuſationem, & exceptionẽ plures proſequi poſſunt,*
& qualiter.
Procurator à pluribus conſtitutus nomine omnium admittitur,
nec cogitur eligere, cuius nomine proſequatur, uer. idem uide-
tur, cir. fin.
12 *Abbas non habet exceptionem contra monacum occupantem res*
monaſterij pro expenſis denuntiationis gratia factis, & quam.
13 *Epilogus, & ſuffragium gloſſarum, nu. 14.*
Nocentem qui infamauit, ex eo non punitur.
15 *Additio gloſſarum,*
Innouare nil debet inferior iudex pendente negocio coram ſuperio-
re ſuper articulo pendente, uel dependente ab eo, uel aliàs ut hic
ſuper alijs uerò ſecus, ſed excipitur.
15 *Teſtium nomina an tradenda.*

C A P V T XXVI.

1 OLim. Caſus. Sentẽtiæ † excommuni-
cationum, uel ſuſpẽſionum la-
tæ per abbatem denunciatũ, uel alios pro
ipſo poſt denunciationem latæ in mona-
cos denunciantes, uel eis adhærentes relaxantur, ſpo-
liati reſtituuntur: relaxantur etiam iuramenta de ve-
ritate tacenda: dicta teſtium denunciato traduntur,
& monacis proſequentibus de bonis mon. miniſtrã-
tur expenſæ. Et lite pendente, ſine ipſius tamen impe
dimento, obedient abbati, partes per ſe patent. Et li-
cet hic pauci impetrent inquiſitionem cõmitti, non
tamen pauci infamãt, ut dixi, ſupra c. cum oporteat,
2 & c. inquiſitionis, in fi. (*Ordinis*) de † ordine ſemper fa-
ciendam mẽtionem. de hoc; de reſcrip. cum ordinẽ.
2 Hoſt. (*Relaxatis*) non eſt, quod dicitur hic, gratia, imò
eſt ius commune ſecundum Inno. q. d. hoc poteſt fa-
cere delegatus, & ſi in reſcripto non contineatur: qa
cui committitur principale, & acceſſorium, ſupra de
of. dele. prudentiam, in §. pe. & ult. Seruata tamẽ for-
ma, quæ ibi habetur, ſecundum Hoſtiẽ. (*Suſpenſionum*)
3 no. ſuſpenſum † repelli à teſtimonio. ſicut excommu
nicatum, quod intelligit Hoſti. de ſuſpenſo ab homi-
ne ſecundum no. de conſuetudine, cum dilec. de cle.
excom. ſi celebrat. & ſic intelligatur, de teſti. uenięs,
ſecundum eum uide, quod dicam in ſpe. de teſti. §. 1.
uer. quid de ſuſpenſo (*Quoſcunque*) ordinarios, uel ex-
traordinarios, ſupra de probat. quoniam [*inceptum*]
qđ dicitur hic per citationem, de of. dele. gratũ, & c. li-
cet. imò, ex quo ſciuit abbas inquiſitionẽ cõmiſsã, ac.

de ap. meminimus, & c. ſuggeſtum. imò ex quo cõtra
abbatem appellauerunt, uel proper inquiſitionẽ im-
petrandam iter atripuiſſet ad papam, de ap. de priore
c. dilecti. & per hoc dicit hic Hoſti. minus bene dictũ,
non intelligi litem motam, niſi ex quo lis fuerit con-
teſtata. de hoc de uer. ſig. ex parte. 2. Quia licet non ni
ſi per litem conteſtatam dicatur lis mota, ut ibi: dicitẽ
tamen incępta & pendens per modos prædictos. hic
enim non poterat lis conteſtari, nec erat cũ quo, cũ
per inquiſitionem ageretur, ut li. non conte. quoniã,
§. ſunt & alij. & tamen dicitur cęptũ negocium, quo
pendente nil eſt innouandum per iura, quæ alle. glo.
5 [*Adhærentes*] uo. pro † conſue. appellãtium. qui con-
ſueuerunt dicere, Appello pro me, & mihi adhæren-
tibus, uel adhærere uolẽtibus, ꝙ adhæiẽtes per appel-
lationem defendantur. Si enim hoc eſt in pęna. de of.
dele. capitulo primo, fortius in priuil. ut hic. infra de
6 re. iur. odia, libro 6. (*Reſtitutis*) potius † ex officio papę,
uel prouiſione, quàm ex ui petitionis iuris, Inno. ſed
ſecundum Hoſti. fit hoc ex ui iuris, & ſaltem denun-
ciationis, ut patet hic, & in eo, quod no. de reſcr. cum
dilecta. §. fi. ff. de offi. præfec. ur. l. 1. §. quod autem, ſal-
ua tamen ordinis diſciplina, de regu. c. fi. & hoc intel-
ligas de reſtitutione clauſtri, ꝙ reſtituantur ad prio-
ratus, & obedientias, hoc petere non poſſunt ſecun-
dum Innoc. ar. de ſta. mona. cum ad monaſterium. §.
tales. ſed ſecundum Hoſt. & refert Abb. dici poſſe cõ-
tra, ſi poſt cęptum negocium idem fuerit attẽtatum.
& quod dicit, contra iuſticiam, dictum eſt aſſertiuè,
non conditionaliter: quia non potuit eſſe niſi contra
iuſticiam, ex quo pendente negocio fuit attentatum
& cõcor. quod dixi, ſupra eo. cum dilectus, & facit de
conſtitutio. cum. M. ad finem. Ratio uerò, quare mo-
nacus reſtitutionem hanc ſuo nomine petere nõ po
teſt, eſt, quia nil poteſt nomine proprio poſsidere. er-
go nec reſtitutionem petere, quæ non datur niſi ei, q
qui poſſedit, de reſti. ſpo. olim. i. & 3. Monaſterium ve-
ro non eſt ſpoliatum, cũ illam obedientiam per Ab-
batem, uel alium poſsideat monacum, & ſic nec no-
mine mon. hoc petere poterit, Goffr. & Hoſtien. no.
procuratio,dixi.ſ.de con.eccle.vel al.propoſuiſti:[*Exi*
2 *gere*]&†præſignificare debet aduētū ſuum. idem, vbi
3 uſitat.ff.de offi. proconſ.obſeruare.Vin.†Gl.rn̄det p
modum obiectionis.cū procuratio ſit quid tempora
le, qūo pro conſecratione pōt exigi:ſecundo tractat
4 de qualitate procurationis.¶†*In 1.gl.in fi.*]uide de ui-
5 ta & ho.cle.cū ab omni,in 3.gl.¶ *In†gl.1 ibi,pro labore*]
adde, quod no.1.q.2.placuit,in gloſſa [*& ibi. à iure*]
unde dicebat Ala.& poſt cum Vin.& Phi. ꝙ ſi pro la
bore ordinandi,vel baptizandi aliqua ēt procuratio
acciperetur,pro ſacr̄o accipi intelligetur,& ſimonia
cōmittitur.quod.n.pro labore accipitur, pro ſacr̄o
acceptum intelligitur, cum unū ſine altero nō pro-
ueniat.1.q.3.ſi quis obiecerit.in hoc ergo caſu.& aliis
permiſsis à iure recipi poterit: alias gn̄aliter pro offi-
cio impendendo Prælatus ēt procurationē non reci
piet.1.q.3.uendentes,non ſolū,de uit.& ho.cle.cū ab
omni.18.q.2.hoc tn̄.infr.c.nemo.& adde quod dixi
ſup.ti.2.ſicut olim,ſuper.3.glo.Dicebat hic Go.ꝙ nō
recipitur hic procuratio pro labore conſecrandi.ſed
pro labore uiæ.quod non placet Hoſ.Quid.n.ſi non
laboret in uia propter uicinitatem eccleſiæ,tenet er-
go eā annexam officio conſecrationis,ſicut & uiſita
tionis,ut dicit gl.[*Et ibi, cauendum*] imò ꝑ hoc.c.vr̄, ꝙ
tunc debeat epſ procurari,cum ipſe ſe procurare nō
poteſt:ſed dic ut ibi [*& in fi.*] idem Innoc.per eadem
iura.ad idem de reſcrip.ſtatutum.§.prouiſurus,lib.6.

SVMMARIVM.

1 *De ſimonia cōuictus deponēdus eſt,& quādo ſimiliter infamatus ad eius commiſſionem an promiſſio ſufficiat.*
Aut,hic ut accipiatur nu.5.quid ſit,ibid.
2 *Angliæ Rex patronus generaliter eccleſiarum regni ſui habitu.*
3 *Epilogus,& ſuffragium gloſſarum,nu.4.*
In neceſſitate quis beneficium præſtare non dicitur.
Pœnam, & præmium quis ex eodem facto conſequi non debet §.fin.
5 *Additio gloſſarum.*
Notorium facti quod.
Promiſſio punitur hic.
Confeſſo, cedenti etiam an & quatenus parendum.§.2.
Vexationem redimere an liceat.§.3.
Pecunia illicitè accepta, reſtituenda eſt datori.§.fina. ſed non ſemper,& nu.6.
6 *Aliena redenti nihil deperit.*

CAPVT XI.

1 E hoc C.Conuictus†de ſimonia de
ponendus eſt,& idem in infa
mato,qui ſe purgare non pōt. Et ſunt. 2.
partes.i.tractat de archidiaco.& clerico,
& loquitur diffiniendo.ſecunda de rege, & principi-
bus, & loquitur hortando.iterū prima diſtinguit in-
ter notoriū,& famoſum.ſecūda ibi,Si uerò [*Archidi*
cono]hn̄ri uocē in electione.Ho. [*Eidem*]i.electioni e 4
iuſdē epi.ſi.ſ.de coſeſ.c.2.de elec..per inquiſitionem

ubi

a nbi de hoc. Ho. [*Aut*] diſiunctiuũ.[a] & ſic ſ. locutũ ẽ de
notorio facti, uel uenit expoſitiuè, ut exponat̃ pro i.
[*Infam:a*] ſup. nec pt p inqſitionẽ ueritas reperiri. Ho.
[*In qua*] l. purgatione [*Vt quaſi*] ſi intelligeres de bonis
eccleſiæ, ut quia prius ꝓmiſit, & poſtea ſoluit, ſic ceſ-
ſaret ꝯriũ [*Aſſenſum*] principaliter rex: q̃a patronus ha-
bebat aſſentire, principes verò receperũt, vt illũ ad
hoc inducerent, uel ẽt principes erant patroni, & ſic
ẽt receperũt, ut principaliter cõſentirent: ſed ſm Ho.
2 prior intellectus uerior: & põt adaptari regi Angliç,
q in ſuo regno pſonus ẽ gñalis habitu, licet nõ iu ſin
gulis eccleſijs actu, uel exercitio. ſi. C. d̃ cura. furi. l. pe.
ad fi. Dicit m̃, qđ hic vr̃ loq d̃ rege Hiſpaniæ, ſcribit. n.
archiepiſcopo Toletano: ex ſuperſcriptione tñ hac
nõ apparet [*Periculo*] ob hac cãm poſſent cõpelli ſ. de
iudic. nouit. ſed ſuperſedetur cõpulſioni propter ſcã-
3 dalũ, uel quia occultũ. Eg. uel quia incertũ. ¶ Gl. 3. ar-
guit. qđ non ntitius &c. In ꝯriũ alle. 4. canones, & ſol
uit. ¶ Gl. ult. no. pecuniam ſimoniacã &c. ſignat ꝯriũ
4 de decr. ueniens: ponit ſo. Ala. poſtea ſuam. ¶ † *In gl. 3. ibi, de cõfeſ. l. 1.*] quæ ſic iacet, Cõfeſſus pro iudicato eſt,
qui quodammodo ſua ſententia damnatur [*& ibi, proxime*] priuilegium patroni, quo liberta, cũ qua con-
traxit, ab eo non poteſt diuertere, locũ non habet in
illa, quam ex fideicommiſſo manumiſit, magis enim
debitam libertatem præſtat, quàm in mulierẽ bene-
ficium conferat ¶ [*In glo. ul. ibi, ſiue hæreditaria*] ſi geſtor
emit rem, quæ interijt ex culpa ſua per incendium,
uel ruinam, eum ex eo ſit damnandus, interemptarũ
5 rerũ nomine nil conſequi debet. ¶ † *In gl. 1. ibi, notorium facti*] ut quia in conſpectu populi fuerunt inita pacta
ſm Inn. ar. de elec. c. 2. de notorio enim iuris ſtatim ſe
quetur. ¶ [*In gl. 2. ibi, maximè*] quaſi ſufficiat promiſsio,
ut 8. q. 2. illud, & q. 3. talia. Vinc. nam & ſimonia dici-
tur ſtudioſa uoluntas emendi &c. ſm Goſſ. ¶ [*In glo. 3. ibi, extra iudicium proprium*] de iudic. at ſi clerici [*& ibi, in prin*] & 56. diſt. c. ult. & ſupra de elec. innotuit [*& ibi, non parcitur*] in totum. putat enim Hoſti. etiam in ali-
quo parcendum ei, qui probationes non expecta-
uit, & ſic ſit arbitrarium, de tranſac. c. fi. [*& ibi, timore*]
& eſt ſimile, quod de ceſsione dicitur, infra eod. per
tuas, & ſupra de ele. dudum, in fin. [*Et inſ.*] ad hoc. 13.
q. 2. quam præpoſterum. 24. di. c. ult. & 15. q. 8. in ſum-
ma ¶ [*In glo. hic rex, ibi illorum*] ſecundum Ala. qui dice-
bat, q alias licuiſſet uexationem redimere. de hoc in
fra eo. dilectus. forte regi & principibus fuit data pe-
cunia, ut cum electoribus iſtum eligi procurarent.
¶ [*In glo. ult. ibi, pœna dupli*] cum ſint laici, Ala. & cadent
à dignitate, in auct. quomodo opor. e. §. ſi quis antẽ
extraneorum. Vin. [*& ibi, ſi quis in atria*] ubi de hoc. &
92. diſt. c. pe. [*& ibi, dedit*] de hoc. 1. q. 3. ſi quis dator [*& ibi onerofus*] Idem uidetur, etiã ſi mon. non intrat, quã-
do adeò pauper eſt, quòd non habet, unde uiuat, ut
ſ. tunc ſibi reſtituatur, ar. eius, quod no. de ele. coniu.
quod à te. & hoc maxime ſecundum Ho. cum erraſ-
ſet in iure uel in facto [*Et ibi, communiter*] non ob. quod
6 delictum perſonæ &c. quia nihil † deperit utilitatibus
eorum, qui reddunt aliena. 44. di. generalis, ſecundũ
b Gof. qui hoc no. in contrario[b] [*Et ibi, ignominiam*] Go.
dat ſi. C. de repudi. auct. hodie. C. de epi. & cle. l. ra-
ptores. ff de calum. l. generaliter. §. vlt. prima dicit, q
pœna illius, qui falſo nũciat mulieri maritũ mortuũ,
aplicatur ei, qui mortus dicebatur: ſecunda, q pecu-
nia data Titio, ut mihi calumniam faciat, mihi reſti-
tuitur. tertia, quod ſubſtãtia raptoris datur mon. mu-
lieris raptæ [*& ibi, uſum*] q. d. quod proprietas ſpectet
ad primum mon. & vſufructus poſt mortẽ illius [*& in ſi.*] Nam tunc ſecundum Ho. nec dans recuperabit,
nec eccleſia, quæ fuit in culpa, retinebit. ergo cõfiſca
bitur, arg. de don. inter uirum & uxo. & ſi neceſſe, &
quod ibi not. nam & turpia lucra ſunt ab hęredibus
extorquenda. ff. de calumnia. in hæredẽ. nec prodeſt
eccleſiæ, quòd hi, qui receperunt, ſint defuncti, arg.
ſt. de eo, per quem fac. eſt in l. 1. in fine. ff. quod met.
cauſa, quod diximus, in fi. Confiſcabitur autem fiſco
ſummi, non inferioris principis in hoc caſu, & ſic e-
rit pecunia pauperibus eroganda, argu. infra de uſur.
cum tu, ſecundum Hoſtien.

ANNOTATIONES.

a ¶ Diſiunctiuum uer. hic uoum ſtat propriè & impropriè, ſ. manifeſtum: quia primo pro notorio; & ſic impropriè, ſecundò propriè; ad idem de reſcrip. pleruoqoe, & c. cauſam.

b ¶ Contrario. uel illud quando ſolus deliquit; hic omnes, ut in c. delictum, de re. iu. lib. 6.

SVMMARIVM.

1 Beneficium eccleſiaſticum promittere pro temporali obſequio, an & quando ſimoniacum, & nu. 14.

2 Citatus perſonaliter non habet neceſſe perſonaliter perſiſtere uſque ad finem cauſa, ſed debet ex cauſa licentiari.

Ad cauſam proſequendam perſonaliter diſtringere partem, uel procuratorem conſtituere an & quando quis diſtringatur.

3 Dare eccleſiam pro præſentare ad ipſam.

Improprietas locutionis hic.

Collationem eccleſiæ ex ui iuris patronatus laicus non habet pro gratia aliqua obtinenda quicunque curialis, uel alius, qui facit, uel recipit promiſſionem de aliqua re &c. excommunicatus eſt ipſo iure.

4 Liceat multa tacitè, quæ non licerent expreſsè, in fin.

5 Epilogus, & ſuffragium gloſſarum.

Donatori naturaliter eſt obligatus donatarius.

6 Additio gloſſarum.

Pro ſpe beneficij quis ſeruire poteſt, & cui, & qualiter.

Clericus non debet eſſe laici procurator, & ubi.

CAPVT XII.

1 CVm eſſent. C. Simoniacũ eſt pro temporali obſequio
eccleſiaſticũ beneficium promittere. Et
primò ponit deciſè controuerſiã, & pro-
curatoris dationem. ſecundò ibi, Cumque, diffinitio
nem, & eius cauſam [*Idem Guil.*] ſ. nobilis, qui forſan
in curia fuit inuentus, nec ius reuocandi domũ ha-
buit, de fo. compe. c. fi. uel põt dici, q ad inſtantiã cle-
rici perſonaliter citatus fuit, quare perſonaliter com
2 paruit. & ſm hoc no. quòd † perſonaliter citatus nõ
habet neceſſe perſonaliter perſiſtere uſque ad finem
cauſæ, ſed debet ex cauſa licentiari. nam & ſufficit, q
ſufficientem conſtituat reſalem, ut ſequit̃. ad id. ff. de
procu. l. 1. §. uſus: ſecus, ſi illicentiatus recedit, uel mi-
nus idoneũ procur. conſtituat. ſ. de procu. cõſtitutis.
& q̃uis ꝓ magna parte hoc totũ cõmittat̃, iudicis ar-
bitrio; tñ cauere dẽr, ne ſine magna cã diſtringat prin
cipalẽ præciſè ad cãm perſonaliter proſequendã, vel
præciſè ad ꝓcu: conſtituendũ, ut hic, & ſ. de procur.
querelã. nã niſi ſubſit cã, nõ ſua, ſed partis eſt electio,
ut in præ. §. uſus, & de do. & contu. cũ dilecti. qđ dic,
ut ibi. & de iudic. iuris eſſe ambiguũ, ſm Ho. & facit,
quod no. de elec. cupientes. §. quod ſi ſuper, uer. pete-
3 re, li. 6. [*Et † dare*] i. ipſum ad unã de eccleſijs, in quibus
ius patronatus hẽat, cũ ſe facultas obtulerit, pñtare.
Laicus. n. ex ui iuris patronatus non hẽt collationẽ
eccleſiæ. ſ. de iure pat. pręterea, & c. illud, & c. cũ laici,
& c. fi. Ho. [*Promouere*] hodie quicunq; curialis, uel a-
lius, qui facit, vel recipit promiſsionẽ de aliqua re, vel
utilitate conſequenda pro obtinenda aliqua gr̃a, vel
iuſtitia apud ſe. apo. excõicatus ẽ ipſo iure; quod dic
ut plenius hẽs i extraua. Boniſa. excõicamus [*Simoniacam*] quærit Ho. quid † ſi eṕs recipiat aliquẽ in clericũ

camerę

cameræ ad ſpirituale.& temporale ſeruitiũ ſibi exibẽ
dum,promittens ſibi. 10.marcas de camera pro expẽ
ſis,donec ſibi prouiderit in beneficio competẽti, an
hoc ſit ſimoniacum: & dicit ꝙ non.niſi ex tali pacto
ſpecialiter ſe obligauerit ad ſpirituale ſeruitium faciẽ
dum,licet.n.ſperare ẽt dignitates 8.q.j.q cpatũ,& per
iura,q̃ all.in gl.Sed quæritur,an ſimonia ſit,cum cle-
ricus recipiens beneficiũ prædictas marcas remittit?
quod vr.de teſti.ueniẽs.inſ.c. q̃relã.quod uerũ eſſet,
ſi debitæ fuiſſent in poſterũ, & hoc fuiſſe in pacto ex
preſſum:ſecus in hac q̃ônc,in qua uſque ad certũ tp̃s
fuit penſio aſsignata ſine pacto,quo adueniente eua
nuit obligatio penſionis.ut patet Inſtit.de uer. ob. §.
omnis ſtipulatio.ff.de procu.l.3.de pactis,in traditio-
nibus:ſed & multa licent tacitè,q̃ nõ licerent expreſ-
sè.ff.de hf.inſt.ſiquis Sempronium,& i.talẽ.§.1.& in
eo,quod le.& no.de reli.do.conſtitutus, de teſt. cum
5 tibi [*Prauitatem*]repete,intelleximus.Abb ¶†Gl.1.di-
cit,ꝙ uitium fuit ex pacto &c.¶[*In 1.glo ibi.§.conſuluit*]
loquitur de donatore,qui naturaliter hẽt donatariu
6 obligatum.¶†[*In glo.1.ibi ſunt nonnulli*]ubi de hoc,& ibi
no.Io.ꝙ ẽt ſpecialiter pro ſpe beneficii ſeruire p̃t,qui
eſt dignus ſeruitio digno,& ſine pacto.& idẽ hic Vin
cen.ẜm Bertrandum:& ẜm Vin.hic interuenit pactũ
uel non fuit licitum ſeruitiũ clerici ad laicũ, qui non
debet eſſe laici procurator,in auc.de ſac.ep.§.alium,
ubi de hoc.tene de ſimo.mentali,quod habes,inſ.ca.
ſi.quod autem dictum eſt de clerico procu.laici,Ab.
dicit verum eſſe in ſeculari foro,ſecus in eccleſiaſtico
inducit,qui ſi.ſint le.per uenerabilem,in prin.& à cõ
trario decre.primæ de poſtulando, & hoc.ff. de pro-
cu.neq; fœmina,& dixi,ne cle.uel mo.c.2.& 4. & vide
in ſpe.de procu.co.§.1.uer.item ꝙ eſt epiſcopus.

S V M M A R I V M.

1 *Simoniacus notorius beneficij ab illa deponitur, & quando idem in infamato.*
Credendum non eſt omni ſpiritui.
Et, pro ideſt.
In eccleſias intrant ſine licentia epiſcopi quæ pœna, iuncto cõtextu ad dictio, intraſſe.
Diſpenſationis epiſcopalis caſus hic.
2 *Regulariter ad eccleſias priuatas reſtituere non poteſt epiſcopus.*
3 *Epilogus, & additio gloſſarum, nu. 4.*
Nomen mutat quandoque cauſa.
Ex præſumptione uiolenta fertur ſententia.

C A P V T   XIII.

1 INſinuatum. C.† Notorius Simo-
niacus beneficij ab il
lo deponitur.idem in infamato, qui ſe pur-
gare nõ poteſt. Et primo ponit papa relationem ſibi
factã, ꝯ quam ſecundo prouideri mandat ibi, vnde,
diſtinguendo inter notorium, & famoſum,ẜm ibi,
illis aũt [*Dicuntur*]non tñ omni ſpiritui credendũ eſt.
86.di.ſi q̃d[*Si quis*]prędictorũ clericorũ [*Et*]pro i. [*No-
torium*]adde hic quod dixi s̃.e.de hoc[*Intraſſe*] idẽ ſi in-
traſſet ſine ſua licentia,niſi ſecũ diſpenſaret,de cle. pe.
c.ſi[*Infamia*]nec ep̃o põt de ueritate cõſtare ẜm T. &
2 & Vin.Phi.& Hoſ. [*Perpetuo*]ergo†& in caſu iſto non
poterit reſtitui per ep̃m: quia nec infamia perdurãte
hoc fieri poſſet ſine ſcandalo.2.q.5.omnibus.ãñ ſi.&
c.presbyter ſi,& c.ſi mala fama.j.de pur.ca.c. 2. Hoſt.
3 ¶†Glo.3.ſignat ꝯriũ de can.&c.¶Vlt.obiicit conclu-
4 dendo per duo &c.¶†[*In glo pe.ibi, minori*]idem uer.no.
j. de pur.ca.intra. ¶[*In glo.ul.ibi, ferri*]ꝯ id ſupra de præ-
ſum.literas[*& ibi, tranſit &c.*]ſic inſ. de uer.ſi.ſorus,in
prin.ubi eã in ſui diſcuſsione,& ſine mutat nomẽ[*Et
ibi, uiolentam*]ex qua poteſt ferri ſentẽtia,de præſump.
afferte, cum ſuis concordan.

S V M M A R I V M.

1 *Peccatum celare, uel reconciliare, uel digne pœnitentem à reconciliatione remouere precio, uel fauore ſimoniacum eſt, & nu. 3. & 7. occultus etiã debet corrigi, & quando epiſcopo nunciari, & à quo nu. 2.*
Xenium donum.
Emolumentum quid dicatur.
2 *Familiaritatis nomine aliquid præſumitur.*
Iudicium humanum quibus modis peruertatur.
Spiritualis debiti ſolutio quibus.
Epiſcopus pro eccleſia. & è conuerſo.
Innoteſcere pro denunciare.
Detrectare, pro tardare.
3 *Emendatum ſe de crimine peccator probat per presbyterum.*
Simoniacum quid eſſe quibus modis accipiatur, in ſi.
4 *Epilogus, ſuffragium & additio gloſſarum, nu. 5. 6.*
Simonia quadruplex cum eius deſcriptione.
7 *Orare eſt operari.*
Contraria duo quibus caſibus in idem uitium recidant. §. 2.

C A P V T   XIIII.

1 NEmo. C.†Simoniacũ eſt precio vel fa
uore peccatorẽ celare, uel re-
conciliare, uel dignè pœnitentẽ à recon-
ciliatione remouere, partes patẽt per p̃di-
cta[*Presbyterorum*]maxime Ro.[*Xenium*]i.donum[*Emo
lumentum*]idẽ uer.de teſti.c.1.lib.6.& in cle.de ele.ſtatu
tũ,& Mala,ul.q̃d emolumẽtũ, q̃a cuſtodiuimus præ-
cepta eius & dr̃ propriè luctũ,uel reditus molendini,
ſed adaptatur omni commoditati, ut patet hic,& ibi
ſupra de teſt.ſi hæredes [*Imò*]correctiuũ[*Publicè*]ma-
2 ximè.Nam &†occultum debet corrigere, & ſi con-
uinci poteſt,& eſt incorrigibile, epiſcopo nunciare.
2. q. 1. ſi peccauerit, de teſti.in omni,de iudic.nouit
[*Cuiuſcunque*]altæ,mediæ,uel infimæ[*Familiaritatis*] no.
ratione familiaritatis aliquid præſumi. ſupra de accu
ſa.repellantur,de teſti.in literis.& no.ẜm Ho. ꝙ ſicut
4.modis humanum iudicium peruertitur, ſic eiſdẽ.
4.ſolutio ſpiritualis debiti perturbat̃,ut hic patet[*Epi
ſcopo*]i.eccleſiæ, & e conuerſo,eſt enim unum in reli-
quo.7.q.1.ſcire debes [*Innoteſcere*]i.denunciare[*Detra-
ctet*]i.tardet,Ab.[*Pœnitentẽ*]alias impœnitentẽ. ſed bo-
3 na eſt prima litera,nã†ad reconciliationẽ ẽt dignè pę
nitentis,maxime ante tp̃s,nõ dẽt quẽ inducere fauor
carnalis, ſed amor ſp̃ualis, & charitas [*Fauore*] adulat̃
peccatoribus,dũmõ diuites ſint.1.q.1.muin,in ſi. [*Te
ſtimonium*] ꝓbat ergo peccator per p̃ſbyterũ ſe de crĩe
emẽdatũ.de hoc s̃.de teſti.teſtimoniũ[*Liuore*] inuidiæ
ſ.uel priuati odii.s̃.de teſti.quoties[*Simoniacũ*]largè,ſi-
cut de Giezi dr̃.1.q.1.cito turpẽ.T.uel dic ſimoniacũ
i.ad modũ ſimoniæ puniendũ:q̃a per pecuniã crimẽ
4 celat,non propriè dr̃ ſimoniacus.Inno.¶†Secunda
glo.no.ꝙ celare ſit ſimoniacũ,& ſit aliquid facere,ſi-
gnat ꝯriũ,& ſoluit.¶†[*In glo.2.ibi,ſolent*]ex ſolutione pa
tet,quid dicat hic lex,& ſequens.¶†[*In glo.2.ibi.quæſtio-
nis*]nec ob.quod dr̃ de deſcriptione ſimoniæ:quia de
ſcriptio non eſt auctentica.ẜm.T.& Vin.Curioſus in
hoc poſſet uidere Th.2. 2.q.100.ar.1.dixit Ho.j.c.tua.
ꝙ auctentica & uera ẽ illa deſcriptio de ſimonia men
tali, addito de ſequela operis, ut dicamus, Simonia
talis eſt ſtudioſa uoluntas,ſiue cupiditas cũ opę ſub-
ſecuto emendi,uel uendendi ſp̃ualia.ſola.n. nuda uo
luntas non induceret ſimoniã.1.q.1.qui ſtudet,& ca.
reperiuntur,& c.eos,& c.ſi quis neq;,ar.de biga.nup.
& c.ſi.,Conuentionalẽ uerò dicebat ipſe à nullo eſſe
deſcriptã,ſed ſic deſcribendã. Simonia eſt ſp̃ualiũ,uel
annexorum ſpiritualibus præcedente pacto promiſ-
ſionis,cõditionis,modi,ſeruitii,precũ cuiuslibet tpa-
litatis receptio,ſeu donatio.hoc probatur.1. q.2. quã
pio,

pio, & q.1.ſi qs neq;, de re.permu.q̃ſitũ, de pac.c.fi.de
çta.& qua.tuã poſſet dici & quaſi cõuentionalis, de
qua infra c. ſi qõnes quidam tñ dixerunt hic non eſ-
ſe ſimoniacum ad modum ſimoniæ puniendũ. Alii
dicunt, ꝙ finis non reſpicit hoc dictũ ſim. T. Vinc. di-
xit Phi. hoc ſimoniacum, quia prohibitum [*Et ibi, fa-*
a *cere*] ad hoc ff. de reg. iur. qui non⁹ facit [*Et ibi, ſimile*]
7 quia dicitur quod † orare eſt operari, ad idem. 90 diſt.
alienus [*& in fin.*] Idẽ Go. adde, quod no. infra de fur.
qui cum fure. ¶ [*In glo. ſequenti, in fi.*] adde, quod no. ut
ec. bene. c. uno, in gl. in hoc caſu. ¶ [*In glo ult. ibi à reconci
liatione*] ſi reconciliare per precium eſt ſimoniacũ, vt
ſupra ergo non reconciliare non poteſt eſſe ſimonia
cum; ad hoc. 32. diſt. hoſpitiolum, in fi. ideo pletunq;
duo contraria in idem uitium recidunt, ut accipere
pecuniam ad accuſandũ, uel non accuſandũ: denun-
ciandum, uel non: teſtificandum, uel non: eligendũ,
uel non. 1. q. 1. ad fi. 2. q. 1. prohibentur: uel dic, quòd
reconciliare precio, uel recõciliare gratis, iſta ſunt cõ-
traria. item id non facere precio, & non facere gratis,
etiam ſunt contraria. uide quod dicam poſt Di. de re
gu. iu. qui ſentit, in prin. li. 6. adhuc ob. 1. q. 1. ſunt qui-
dam, ubi uidetur hoc eſſe ſacrilegiũ, ſed ſub. & ſimo-
niacum, ſecundum Gof.

ANNOTATIONES.

a ¶Non. Et ff. de uerb. ſig. l. alienationis, in princi. & uide Bar. ff. de his, quæ in frau. cre. l. qui autem, & ff. de iu. ſiſci. l. in fraudem, & l. ſi mora. ff. ſo. matrimonio.

SAMMARVM.

1 *Eccleſia nec emi, nec redimi poteſt, & nu. 4. 5. quando cõcedi poſit in perpetuum, nu. 3. nec per tranſactionem, uel pactum habe ri, nu. 5. in eius poſſeſ. mittitur, nu. 6.*
Monaci poſſunt agere pro reuocatione illicitè alienati.
Prælatus non poteſt reſignare ius acquiſitum eccleſiæ.
Manerium, & manſum idem.
3 *Eccleſia an & cui poſſit in perpetuum concedi retẽto certo anno cenſu, & nu. 4. cir. fin.*
Rectoria, uel uicaria non poteſt etiam ad uitam alicui concedi ſub noua penſione, uel antiqua augmentata.
4 *Prælati debent eſſe cuſtodes chartarum.*
Documenta eccleſiæ qui aduerſario tradidit, tenetur ad id quod intereſt, & ut proditor accuſari poteſt.
Ob contractum, qui potuit eſſe licitus, non imponitur ſilentium in fin.
5 *Redimi pro pecunia reſignari hic.*
6 *In poſſeſſione eccleſiæ quis ponitur ob contumaciam aduerſarij & quo caſu.*
Conſeruator eccleſiæ per quę uerba quis fiat hic.
Ordo iudiciarius obſeruari mandatur, coniuncto contextu.
Moleſtari qui dicantur.
7 *Epilogus, & additio gloſſarum, nu. 8.*

CAPVT XV.

QVerelam. Quò ad literam magis,
quam quo ad caſum fa
1 cit, adducens, ꝙ † eccleſia nec emi poteſt,
nec redimi. Et primò ponit querelã mo-
nacorum. ſecundo ibi, Vnde quia cõmittit cauſam
inſtruendo iudices in principali, ibi ſcituri, & in ca-
ſum contumaciæ reorum ibi, Si uerò [*Monacorum*] per
2 hoc † no. Inn. & Abb. monacos agere poſſe ad reuo-
a cationem eius, quod prior illicitè alienauit.ª notat ẽt
b prælatum reſignare non poſſe ius acquiſitumᵇ eccle
ſiæ [*Manerium*] alias manſum, quod idem eſt. T. eſt au-
tem manerium uulgare Gallicorum, ſecundum Ho.
3 [*Et † eccleſiam*] contra ſupra eo. non ſatis, uer. nec prio
ratus. Dic ſecundum Hoſtiẽ. quòd hic vendebantur,
uel locabantur fructus tantum, & ibi de hoc: uel dic
ſecundum eum, quòd loco religioſo bene poteſt cõ
cedi eccleſia retento certo annuo cenſu, de reli. do.
conſtitutus, etiam in perpetuum, ſed ſingulari perſó
næ ultra ſuam uitam concedi non poteſt. ad uitã au-
tem ſingularis perſonæ concedi non poteſt illa eccle
ſia, quæ eſt de mẽſa epiſcopi, uel Abb. uel alicuius re-
ligioſi conuentus, cui in uſus ſit concéſſa, de priui. pa
ſtoral. & quò ad fructus tantum, quos facit ſuos, nam
pro uicario eſt cõgrua portio deducenda, de præbẽ.
extirpandæ. nec poteſt rectoria, uel uicaria etiam ad
uitam alicui concedi ſub noua penſione, vel antiqua
augmentata, ſupra de cenſi. prohibemus. imò eſt ne-
ceſſe, quod perſonis idoneis cõferant, qui in propriis
perſonis deſeruiant: alias ſuperior poſt. 6. menſes illas
confert ut uacantes, de præben. de multa, uer. is quo-
que, de ſup. ne præla. c. 2. tamen interdũ ex priuilegio
conceditur locatio ad tempus, ut dicam de magiſ. ſu-
per ſpecula, & facit infra tit. 1. querelam, ſecundum
Ho. [*Cenſu*] ꝫ. ne cle. vel mo. c. 1. 86. diſt. c. 1. So. ibi, & ſu
pra de decimis, dilecti [*Eorum*] monacorum de Acra.
4 [*Et chartam*] prælati debent † eſſe cuſtodes chartarum,
16. q. 1. in canonibus, & tenetur ad intereſſe, qui do-
cumẽta eccleſiæ aduerſario tradidit. 12. q. 2. ſi quis de
clericis, & tãquam proditor accuſari poteſt. l. Cor. de
c falſis. ff. ad l. Cor. de fal. l. 1. §. is qᶜ unde deponi poſſet
ex hoc. 46. di. clericus. G. [*Emi*] i. ſicut monaci de Acra
non potuerunt eccleſiam emere, ita ab eis non po-
tuit redimi, uel reemi, uel redimendo emi. Hoſtien.
uel aliter, ut exponam infra, ſed ut dicebat Abb. ſecũ-
dum hoc hæc allegatio facit contra monacos agen-
tes, ipſi enim cauſam habẽtes per titulum emptionis
ſuccumbent, ſi emi non potuit. dicebat autem, quod
hoc non fuerat allegatio monacorum, ſed papa intẽ
dens inſtruere iudices, hoc appoſuit in reſcripto, ut
cauerẽt, quomodo primus cõtractus celebratus fuiſ
ſet, nec ex hac forma mandati ſimpliciter ſequitur ſi-
lentium imponendum monacis de Acra. potuit. n. ꝯ-
ctus licitus eſſe per modum, quem ponit gloſſ. uel ſe
cundum eum potuit eſſe licitus contractus ſecundũ
ea, quæ dixi, ſ̃. in gl. cõtra. ſ̃. dec. conſtitutus, de relig.
do. Quod dicit uerum, cum prius plus temporalis cõ
modi percipiebant dãtes, quam ſibi retinerent in an-
5 nuum cenſum [*Redimi*] i. pro † pecunia reſignari, nec
tranſactione, nec ſimpliciter, ſupra de pactis, cum pri
dem, de tranſac. ſuper eo, Ala. 16. q. 7. decimas Vincẽ.
Phi. ubi dictum eſt, nec ſimpliciter. Gof. dixit. nec ali-
qua non gratuita pactione [*Eorum*] Manerij, & eccle-
6 ſiæ cũ pertinentiis. Poteſt enim quis † poni in poſſeſ-
ſionem eccleſiæ, quando petitur ut proprietas: ſecus,
ſi petitur ut beneficium, de eo, qui mit. in poſ. cũ qui,
li. 6. [*Permittatis*] Dixit Inn. per hęc uerba ipſos conſti
tui conſeruatores [*Iudiciario*] iſte ordo colligitur, ſupra
de dolo, prout, & ut li. non cõte. quoniam [*Moleſtari*]
i. ipſos uiolenter eiici, inquietari, uel perturbari: alias
ſequeretur, ꝙ poſſent ordine iudiciario moleſtari: ſed
quod iure fit, non eſt moleſtia, de elec. cũ eccleſia, &
7 no. ſi. ſ̃. de accu. cum dilectus. ¶ † Glo tertia obiicit ad
rationẽ dupliciter. primò ꝙ cũ uniuerſitate &c. Sol-
uit. ſecundo quod nõ eſt ſufficiens quò ad maneriũ.
8 fatetur dicens, quod &c. ¶ † [*In glo. 1. in fi.*] niſi poſtea ra
tificaſſent. de his, quæ fi. a prę. c. 2. & 3 Hoſt. ¶ [*In glo. ul.
in fi.*] nedum uſque ad annum. & ſic non ob. de offic.
del. quærenti, ut ibi no.

ANNOTATIONES.

a ¶Alienauit. De acquirendo uide Fede. de Senis conſi. 9.
b ¶Acquiſitũ. De hoc ſupra de re. ec. nõ alie. c. ſi quis presbyterorũ.
c ¶Is qui. Et ff. de pœnis. l. ſi quis aliud. §. fin. & uide glo. in cap. clericus, hic allega.

Pro

SVMMARIVM.

1 *Pro chriſmate ab eccleſiis pretium exigere ſimoniacum eſt.*
Cathedraticum unde dictum.
2 *Prælatio hic ut accipiatur.*
Prælato quando non obediendum.
3 *Epilogus, & ſuppletio gloſſarum. num. 4.*
Nomina quæ mutari poſſint.
Depoſitio ab officio & beneficio intelligitur per ordinis & digni tatis periculum, in fin.

CAPVT XVI.

x EA, quæ. Pars huius de cenſi. ea quæ
& hoc dicit. Pro† chriſmate
ab eccleſijs precium exigere ſimoniacum
eſt, nec excuſat conſuetudo. & primò repre
henſibile factum narrat, quod ſecũdò fieri prohibet
ibi, Quia uetò, contra facienti comminando pœnã
ibi, pro certo, (*Ab eccleſiis*] nota ꝙ non ſolum non li-
cet exigere precinm pro chriſmate, inquantum eſt
ſacramentum, ſed nec etiam pro ipſo liqnore, quod
bene probat hic litera, cum hic non à chriſmato, nel
confirmato, ſed ab eccleſia, cui cõcedebatnt liquor,
quia ſorte baptiſmale erat, exigebatur precium. hoc
idem patet aperte. 1. q. 1. placuit. 2. (*Cathedraticum*) à ca
thedra [*paſcalem*) quia in paſcate exigebatur [*Epiſcopa
lem*] quia nomine epiſcopi petebatur (*Prælationi:*) i. p̃-
2 latitininnctionis, cui non eſt obediẽdum in iniuſtis.
3 de hoc, ſ̃. de temp. or. ad autes. ¶ †Gl. 3. rñdet per quæ
ſtionẽ rationis, uel per obie. de dec. ult. &c. ¶ [*in glo. 2.
ibi nominis*] nomina enim propria mutari poſſunt pro
uoluntate: appellatiua non ff. de le. 1. l. 3. dummodo
mutatio nõ fiat in frandem. C. de mu. no. l. una. Goſ.
[*& in fi.*] T. alias eſt uer. ſub. c. plerique ¶ [*In glo. ulti. ibi,
depoſitionem*] ab officio, & beneficio, ut patet, dum di-
cit, ordinis & dignitatis.

SVMMARIVM.

1 *Homagium facere pro habendis ſpiritualibus ſimoniacum eſt.*
Homagium, uel hominium quid, & nu. 2.
2 *Fidelitas quid, pro ſpiritualibus præſtatur, & cui, & à quo eius nomine quid contineatur, remiſſ.*
3 *Beneficij eccleſiaſtici nomine nihil recipi poteſt, ſecus, ſi eſt temporale num. 5.*
Feudum de camera quod.
4 *Petitio honeſta & fauorabilis admittenda.*
5 *Epilogus, & ſuffragium gloſſarum.*
Pro ſpiritualibus nihil dandum, & pro quibus hic.
6 *Additio gloſſarum.*
Diuinarum legum nomine quæ comprendantur.
Cum ſimoniaco quo caſu per epiſcopum diſpenſari poteſt. §. 2.
7 *Infamia canonica quibus modis tollatur.*
Inter eam, & infamationem quæ differentia.

CAPVT XVII.

1 EX diligenti. Caſus. Pro† haben-
dis ſpiritualibus ho
maginm facere ſimoniacum ẽ. In prima
ſupplicantis narratio, petitio, & oblatio.
In ſecũda petitionis exauditio cum determinatione,
& literarum datione. ſecunda ibi, Quocirca [*Homa-
gium*) uel hominium, & dicitur, cũ aliquis euenit ho
mo ligius alicuius ſimpliciter; uel ſaluo primo do-
mino flexis genibus, & iunctis manibus intra manus
domini poſitis. de his homagiis ſatis in ſpec. de ſeu-
dis. §. fi. & facit Cle. de re. iud. paſtoral. §. rurſus. & ui-
de qnod ibi no. in 1. gl. & quod dixi ſupra de ſta. mo.
2 recolentes, ſuper uer. hominia. Fidelitas† uerò dici-
tur, cum quis alteri ſpecialiter iurat, ꝙ ſibi fidelis erit.
primũ nõ præſtatur pro ſpitritualibus ſcḋm ſic intra de
priuil. antiqua, de uet. ſi cum clerici, de re. iudi. cũ In
a ter a uos. & quid contineatur fidelitatis nomine, ha-
betur. 22. q. 5. de forma, & no. de feu. c. 1. hanc fidelita
tem clericus non præſtat laico, niſi in caſu, de iureiu.
nimis. unde dixit Inn. ꝙ ſorte non licet clerico alicui
facere fidelitatem, niſi pro eccleſia ſua, remittit de re-
gu. iur. c. fi. tamẽ. quandoque principes à clericis ſub
ſua iuriſdictione degentibus ſibi ſuſpectis iuramẽtũ
extorquent, ne ſint contra ipſos, de iureiu. petitio, ſe
cundum Ho. (*Singulis annis*] ideſt de quo percipiebat
3 annuam portionem. Abb. Hoſt. dicit, quod† forte re-
cipiebant. 10. libras, uel alium cenſum nomine bene
ficii eccleſiaſtici, & hoc eſt, quod uitiat: quia ſi fuiſſet
ſimpliciter beneficium temporale, hoc liceret, & uo
caretur feudum de camera, ut in lib. feud. tit. quibus
mo. feud. amit. 1. rñ. & §. ſiquis feudum in curte, de
feu. guardiæ ſeu caſtaldiæ (*Honeſtam & fauorabilem*) er-
4 go† fuit admittenda, nam tali petitioni congruit il-
lud Io. 16. petite, & accipietis. M. 7. B. petite, & dabi-
tur uobis. ad idem de regul. ſicut nobis. alias conue-
nit illud. Ia. 4. A. petiris, & non accipietis eo, quòd ma
le petatis, &cæt. & petitio improuida repellitur. in-
fra de pur. ca. cum in innentute, ſecundum Hoſtien.
(*Cum hæc*] fidelitas ſcilicet homagii temporalis (*Ta-
liter*) ſ. pro beneficio eccleſiaſtico, uel alio ſpirituali
obtinendo (*Humanis*) dixit Alan. ubi humana lex tali
modo beneficium recipi prohibeat, non recolo me
legiſſe (*Recipias*) uide quod dicam, infra de iniur. ſi
quis domum (*Indulgendis*) no. pro eo, quod no. de
5 cle. ex. mi. propoſuit. ¶ †Gloſſ. 1. reſpondet per quæ-
ſtionem, an obligatio, &cæt. ¶ [*In glo. C. de epiſcopis, ibi, ſi
quemquam*) ibi nemo gradum ſacerdotii precii uena-
litate mercetur, & in auct. quæ ſequũtur, dicitur pro
epiſcopatu, uel alio beneficio, uel etiã Xenodochio,
uel pio loco nil promoto, uel alteri dari debere. ¶ *In*
6 †*glo. 1. in fi.*) contra infra de exceſ præ. grauem. ibi ſol-
uitur. ¶ [*In glo. idem in fi.*) dicit Hoſt. quòd ideo dixit di-
uinis, ut regulas theologicas & canonicas coprehen-
deret uno uerbo, inducens ſimile, de iura. ca. c. 1. & re
mittit ad no. de qta. & qua. c. pe. ¶ [*Iglo. C. de epiſcopis, ibi,
ſed neque*) & §. præ omnibus, uſque ad §. pro conſuetu
dinibus. Ho. ¶ [*In gl. pe. ibi, principem*] hoc reprobatur ſe
cundum Hoſti. quia & per epiſcopum ad idem ſim-
plex beneficium, de quo hic loquitur, admitti poteſt
poſt reſignationem, de elec. c. pe. ſed illud loquitur in
non ſimoniaco, & de hoc, de re iu. cum te, & ſupra. c.
tanta (*& in fi.*) uide quod ibi no. & 6. q. 1. c. 2. & 3. dice-
7 bat hic Go. ꝙ† infamia canonica per pœnitẽtiã tollit:
ante pœnitentiã aũt tollitur p̃ ſuperiorẽ, poſtea verò
nõ eſt infamia, ſed infamatio: ſed uide plenius, vbi. ſ̃.

ANNOTATIONES.

a ¶ Inter. Et uide Io. And. de ma. & ob. c. legebatur. ſuper. 1. glo.

SVMMARIV

1 *Munera quæ ſimoniaca, & nu. 2. quotuplicia ſint nu. 2. iudici uel ſuperiori an & quando & quatenus accipere liceat, nu. 3*
Differunt a donis, nu. 7. quando pro eiſdem, & quam uim habeãt, ibid. cui conueniant, nu. 8.
Conſcientia ſcrupuloſa tenenda, niſi prius error ſcrupuli deponatur.
Timere non debemus, ubi non eſt timor.
2 *Nuncius quo caſu hic dicatur fuiſſe non legatus cardinalis.*
Cardinales non facile conſueuerunt in remota uenire ſine legatione.
Ex ignoratia minus præſumitur contra quem.
3 *Vinum bonum quod, & optimum quod.*

A ſubditis quid recipere quando liceat, & quæ pœna recipientibus illicitè,
Maledictio pro peccato mortali.
Romana conſuetudo & interpretatio ſequenda, in fin.
Simonia mentalis per pœnitentiam aboletur, ibid.
4 *Epilogus, & ſuffragium gloſſarum nu. 5.*
Iurandi uerecundia uel religio, ſeu timiditas aliquibus, contra quidam ſunt,
6 *Additio gloſſarum.*
Mutatio uerborum non reprendenda in docentibus, uel allegantibus, ſi de mente conſtat.
8 *Cynicus unde dictus, & quis huiuſmodi ſit, cir. fin.*
9 *Gratius quod ſis nobis datum,*
Cor hominis quale.

CAPVT XVIII.

ET ſi quæſtiones. Summabat Abbas, quòd cardinalis pro palafreno à nobili uiro recepto non præſumitur committere ſimoniam. ſe-
1 cundum literam dec. uidetur hoc uelle. quod † in
arbitrandis muneribus an ſint ſimoniaca, uel nõ, attendi debet perſonarum dantis. & accipientis qualitas, muneris quãtitas, & donationis tempus, uel quo ad ueritatem. h. d. conſecratio, uel ordinario non eſt ſimoniaca, licet etiam prius conſecratori. uel ordinatori aliquid donatum fuerit, non ex pacto. Et poteſt diuidi in tres partes. in prima quærentis conſciẽtiã à puritate commendat, & ſcrupuloſam curioſitatem reprehendit. In ſecunda ibi, in hoc itaque, factũ narrat, diſtinguendo ſoluit & ſoluendo concludit. 2. ibi, Cum in accipiendis. 3. ibi Si ergo. In. 3. prin. ibi, quòd autem. reſpondet auctoritati. ex qua dubitatio inſurgebat [*Ignoremus*] commendauit hucuſque, nunc reprehendit, ut dixi [*Hæſitandũ*] iuxta pſal. 13. trepidauerunt timore, ubi non erat timor: tenenda eſt tamen conſcientia ſcrupuloſa, niſi prius error ſcrupuli deponatur, infra eo. per tuas. 2. ad fi. Hoſt. [*Pallium*] forte prius inſtanter petitum, ut no. ſupra de elec. ſignificaſti. [*Traderet*] quantum
2 † ad hoc non uidetur fuiſſe legatus, ſed nuncius, argumen. ſupra de ele. ſignificaſti. unde & minus oportuit dubitare, fuit autem ſibi cõmiſſa legatio, licet propter hoc principaliter mitteret. quia nec de facili cõſueuerunt cardinales mitti in remotis ſine legatione, infra de offi. le. officii, li. 6. & de hoc de reſti. in inte. cum ex literis, ſecundum Hoſt. [*Frater ſuus*] rex Vnga. ut in regiſtro, Hoſt. in an. dilectus filius no. Albanius frater &c. [*Ignorante*] idem ſi ſciente. ex hoc tamen minus præſumitur contra ipſum infra eo. de ſimoniacæ. & c. de regularibus, ſm Ho. [*Perſonæ*] primum [*Qualitas*] ſm [*Et donationis*] eccè tertiũ, & hæc. j. per ordinẽ reaſſumit [*Diuidit*] uel à ſubdito iudici. & utrunq; ſuſpectum [*Econuerſo*] i. à diuite pauperi; & hoc primũ niſi fieret ad corruptelam [*Locupletis*] & hoc humanum & curiale, niſi in caſu proximè dicto. & repetit hic Ho. uetus prouerbiũ, quod ſecũdum eum dixi, de celeb. miſ. cum Marthę, ſuper. 5. glo. ſ. nec omnia &c. Eſt autem quartus caſus omiſſus, qñ à paupere pauperi datũ eſt: ſed dic idẽ ſm Ho. ꝙ ſecundum cum forte fuit omiſſum; quia de pauperibus parum curant multi iudices. 11. q. 3. pau p. [*Et*] pro ideſt, niſi ſubaudias, & donãtis, & donatarii intẽtio, ad quod comprehendendum eſt conſiderandũ, an inſtante &c. & ſic habebis quartũ ſecundum Goſ. (*Scriptum*) Eſa. 33. (*Omni*) hoc dixi, quia triplex eſt, à lingua, à manu, & ab obſequio, ut in caſu all. in glo. (*Electi*) nedum fratris (*Offerat*) non exactus, 1. q. 1. ſicut epiſcopum, T. (*Conſecratori*) nedum confirmatori, uel pal
3 lii portitori (*Det † uino*) uinum bonum eſt Campanũ, ſed optimum Hiſpanum, quod in bonitate ſuppremum gradum obtinet. ff. de uerb. obli. l. ubi. in princ. Vinc. (*Recipientis*) ſ. iudicis. uel ſuperioris, coram quo offerens habet negocium: qui tamen poteſt recipere eſculentum, quod poteſt intra triduum conſumi. ff. de offi. præ. plebiſcito, quod dic. ut de reſc. ſtatutum. §. inſuper, lib. 6. hoc autem omnino cauendum eſt, ne producatur ad munerum qualitatem. ff. de offic. procon. ſolent, in fi. Sed contra, quia iudex, quicunq; ſit, nihil debet recipere à ſubditis, neque domeſticus neque manipularius eius, nec ſocius, uel ſeruiens. C. ad l. Iul. rep. l. 1. & iudex ſup. hoc accuſatus, qui talẽ, uel conſiliarium ſuum, per quem cõuinci poſſet, ſubtrahit, pro confeſſo habetur, & ablata in quadruplũ reddere cogitur, ut duplum fiſcus & duplum habeat ſpoliatus. C. de aſſeſſo. l. 3. & nullus iudicum, nec durante adminiſtratione debet iudex', ſiue adminiſtrator ædificare, nec donationes recipere per ſe, uel per ſonam interpoſitam, nec aliquis de ſuis: alias totum cogitur reſtituere, etiam ſi poſt depoſitam adminiſtrationem is, à quo receperat, hoc remiſerit. C. de contractibus iudic. l. unica. nec alias debet ſubditos grauare faciendo ipſos terras ſuas arare, uel carrucare, nec aliquo alio modo, ut in Lõbarda, ne liberi homines opprimantur. l. 1. li. 4. Debet autem morari per l. dies poſt depoſitã adminſtrationem ad hoc expediendum, & infra 20. dies debet cauſa expediri. C. ut oẽs iudi. l. unica. & tales quadruplũ debẽt reddere. & indignationem principis incurrere, & cingulo nudari. in auc. ut iudi. ſine quoquo ſuff. §. ſic igitur à nobis. & §. ſi quis autem, & §. neceſſitatẽ, coll. 2 & prius plagis corporeis infligendis in exilium mitti debent, in auc. ſcriptum eſt exemplar. §. 1. in fi. & 2. ad fi. coll. 2. ad idẽ in auc. de adminiſtratoribus, coll. 2. ſed & ii qui ſubbaiulos, uel uicarios, quocunq; nomine cenſeantur, ad grauandum ſubditos ſibi ſubſtituunt, ſiue conſtituunt, pœna. 10. lib. auri mulctantur, & confiſcantur bona, & exulant, in auc. de collatoribus. §. iubemus autem omnes iudices, & ſequen. & in tali caſu uidetur eſſe credendum iuramento iniuriã paſſi, ut eo. ti. §. ſi quis aũt ex prouinciarũ ul. col. coll. 9. & accedit. ſ. de o ſ. uica. clericos, ſed nec archiepiſcopus uiſitans, nec aliquis de ſuis occaſione alicuius officii, uel conſuetudinis aliquam pecuniam recipere debet, uel munus quodcunque ſit, & qualitercunq; offeratur, alias maledictionem incurrit, ideſt peccatum mortale, à quo nunquã, niſi duplum reddatur, abſoluitur. Tamen uictualia & ſibi neceſſaria recipere poteſt, ut de cenſi. Romana. §. antepe. li. 6. Sol. Prima iura poſſunt intelligi de iudice ſine adminiſtratione. Secunda de iudice cũ adminiſtratione. ad hoc ſupra de reſti. in inte. cauſa. ff. de contrah. emptio. nõ licet: uel prima intelliguntur de nõ exigentibus per ſe, uel per aliũ, qui gratis poſſunt recipere gratis oblatum, infra eo. dilectus. a. in fin. Secunda de exigentibus, ſupra de cenſi. cum apoſtolus. §. inhibemus, ubi de hoc, & infra c. ad noſtram, in fi. ubi de hoc, maxime per oppreſſionem. C. quod me. cauſa, ſi per impreſſionem. ff. de concuſſionibus. l. 1. Vel prima intelligũtur de non habentibus ſalarium ex publico; ſecũda de habẽtibus, qui ipſo dñt eſſe contenti. in auc. de man. prin. §. oporter igitur, & §. illo tamẽ. coll. 3. hæc tamẽ decre. innuit, ꝙ in foro canonico arbitrarium debet eſſe ſecundum Hoſt. quod intelligas eo ſaluo, quod habes, de reſcri. ſtatutum. §. inſuper. li. 6. [*Romana*] quæ etiam quandoque tolerat, quod res maioris pretii offeratur. Hoſt. [*Conſueuit*] hæc cõſuetudo & interpretatio eſt ſequẽda, de re iudi. in cauſis, Ho. [*Delinquere*] licet ſimoniã actualẽ nõ cõmittat. poſſet tñ mẽtaliter delinquere: ſed hoc occultũ nõ iudicat eccleſia

clefia & illa per pęnitentiam aboletur, infra c.fi.¶Glo.
4 †4.facit. 4.ponit dr̃iã muneris ad donũ.ponit per uer-
ſus.4. in muneribus attẽdenda. proſequitur de mum.
7.& recitat fabulam.¶*Glo.hic interpretatur*] facit duo ar
guit per exteriora &c. ſecundò à contrario literæ ar-
5 guit, ꝙ ſi &c.duos caſus excipit.¶*In gle.1.ibi,illud,in fi.*]
ibi dicitur, ꝙ is, cui delatum eſt iuramentum, quãdo-
que propter uerecundiã illud refert [*& ibi, quæ ſub con-
ditione*] ibi dicitur, quod aliqui contemptu religionis
ſunt faciles ad iurandum: alii ſuperſtitioſè timidi.¶*In
glo.hic interpretatur, ibi, ſi putator*] uide de homi. c.ult. ſu-
per ult.glo.[*& ibi, §.cum ita, in fine*] 2.§.eſt.uide, ſupra de
appel.cum ſit, ſuper 3.glo.[*& in fi.*] ponit caſum de il-
lo, qui commodauit uaſa uitioſa, quod patet ex uino
effuſo. ¶*In glo.ult.ibi, ſolent, in fin.*] hanc l. & ſequentem
uide de uita & honeſta.cleri.cum ab omni, in 3.gloſſ.
6 ¶*In†glo.1.ibi, ſubtili*] per hoc arguit, Hoſt.non reprehẽ-
dendum, ſi docentes, uel allegantes aliquando uerba
immutent. Item ꝙ de uerbis non eſt curandũ, ubi de
mente conſtat, de uerbo.ſig.intelligentia.& dicit ſi.de
a transla.c.2.uer.ſed neque.[a] ¶*In glo.2. ibi, hæretici*] quidã
ſup.[*& in fi.*] facit quod not.ſupra de reſtit.ſpo.olim.1.
7 in prima glo.¶*In glo.aliud, ibi, inter† donum*] donum etiã
ſine cauſa, munus ex cauſa. & ad idem de matri. con-
trac.cap.1. uel ſecundum Hoſtien.poſſet dici donum
exile. Eccle.20. Exigua dabit, & multa improperabit:
munus uerò precioſum.1.reſpon.8.acceperũt mune-
ra, & peruerterũt iudicium, Eſa.5. Vhe qui iuſtificatis
impium pro muneribus. Tamen frequentia dona trã
ſeunt in munus, de dona.apoſtolicæ.uer.fi.ff.de offic.
procon.ſolent, in fin. unde Eccl.20.xenia, & dona ex-
cæcant oculos iudicum, & maximè cardinalium: &
quaſi mutus in ore auertit correptiones illorum. Ho-
ſtien.[*& ibi, unde uerſus*] alios uerſus poſui, de dona.c.1.
8 [*& ibi, tanquam† rex*] legitur de Alex. quod cum daret
ciuitatem cuidam dicenti non conuenire ciuitatem
humili fortunæ ſuæ, reſpondit, Non quæro, quid te
oportet accipere, ſed quid me oportet dare. Seneca li.
2.de benefi.ultra med.hoc reprehẽdit, dicens timidiſ-
ſimum animal, ſi illum accipere hoc non decet, nec
te dare, cum uirtus ubique mediũ ſit, & modus æque
peccatur, quod excedit quàm quod deficit [*& in fin.*]
Ala. Dicitur autem Cynicus quaſi ribaldus reprehen
ſor à cynos, quod eſt canis, quaſi reprehẽſor mordax,
ſiue caninus mordens, ſiue latrator, ſupra c.proxi. in
fine. Hoſtien.¶*In glo.quandoque, in fine*] ibi pactum inter
uenit: hic non. & hæc eſt uera ſol. ſecundum Hoſtien.
¶*In gl.& ideo, ibi, Apoſtoli*] actuum.20.in fi.[*& ibi, prædi-
cator*] de cele.miſ.cum Marthæ [*& in fi.*] Sen.1.de bene
9 fi. Multo † gratius uenit quod facili, quàm quod ple-
na manu donatur.¶*In glo.hic interpretatur, ibi, cordis*] un-
de Iere.17.B. Prauum eſt cor hominis & imperſcruta-
bile, quis cognoſcet illud [*& ibi, præiudicaſſet ei*] quo ad
ſimoniam mentalem tantum, de qua dic, ut infra c.
fina.¶*In glo.ult.in fi.*] ſi.infra de reſcrip.ſtatutum, §. in-
ſuper, libro ſexto.

ANNOTATIONES.

a ¶Sed neque. No. ex gl. quòd uerecundia aliquándo dicitur metus, quod facit ad no. per gl. in l.1.§. quæ onerandæ, ff. qua re. ac. non da. & in l.fi.§.ſi fęnerator, ff. quod metus cauſa, & l.interpoſitas, C.de tranſact.

SVMMARIVM.

1 *Pro monaci receptione ſi quid Abbas, & maiores de conuentu receperunt ex pacto, ſuſpenduntur ab officio.*
Receptus reſtituta ei pecunia transfertur ad aliud monaſterium, uide num.3.
2 *Simonia qualiter committatur.*
Mentalis per pœnitentiam aboletur.
3 *Pecunia à monaco data monaſterio pro receptione ubi remaneat.*
4 *Epilogus, & additio gloſſarum. num.5.*

CAPVT XIX.

1 VEniens. Caſus. Abbas † & maiores de conuentu, qui pro rece-
ptione monaci pecuniam receperunt ex
pacto, ab officio ſuſpenduntur; receptus
reſtitutua ſibi pecunia ad aliud monaſterium transfer-
tur. Et pars prima ponit querelam presbyteri. ſecũda
ibi, quoniam, dat iudicem, cui tria mandat [*Conuenit*]
2 hæc ſola† conuentio inducit ſimoniam. ut probant ſe
quentia, & infra eo. nobis. & ſine ipſa non committi-
tur, quantumcunque offeratur, niſi mentalis, quę per
pęnitentiam aboletur, de hoc, ſupra c.prox. & ſufficit
conuentio dato, quod non ſeruetur promiſſum, ut ſe
quitur ſtatim ibi, Conuentione autem facta ſecundũ
Hoſtien. & dixi, ſupra eo. de hoc. [*20.ſolidos*] ſorte præ-
ter illos, de quibus conuenerant [*Poſtularunt*] & obti-
nuerunt: vnde reſtitui mandatur ſecundum Hoſtien.
Pet. & Abba. [*Monacos*] qui in prædictis pariter deli-
querunt; & ſic ſoluitur contrarium, ſupra eo. de hoc,
ut ibi not. [*Pecuniam*] conſuetudinariam. conuentio-
3 nalis† autem, cum ſit ſimoniaca, penes eccleſiam re-
manebit. & ſic etiam poteſt ſolui contrarium, ſupra
eo. de hoc, Hoſtien. [*Monaſterio*] ſtrictiori. Goff. & ideò
pecunia redditur, ne ſit ſecundo monaſterio onero-
4 ſus, & ſic ſoluitur, ſupra eo. de hoc. ¶Secunda† gloſſ.
ſoluit contrarium. & ibi remittit. ¶Vlt.glo.obiicit, &
5 remittit. ¶*In † glo.ſimoniacè, in fi.*] hoc uerum quantum
ad conuentionalem: quò ad conſuetudinariam dic,
a indignè, ideſt iniuſtè, & quaſi ſimoniacæ[a], ſecundum
Hoſtien. ¶*In glo.ult.ibi, contra ſubſtantiam*] n nullo fit cõ-
tra ſubſtantiam, ut patet per id, quod dixi in fi.text.

ANNOTATIONES.

a ¶Simoniacè. Probatur hoc ex diffinitione ſimoniæ, quam ponit text. ſupra eo. nemo.

SVMMARIVM.

1 *Si ordinandus quid dedit præſentatori ſuo ex pacto, ſimoniacus eſt quando deponatur.*
2 *Irregularitas ex delicto proueniens non tollitur per ingreſſum religionis.*
Reuelare ſecretum ſacerdoti non licet, iuncto contextu.
A canone etiam ſit damnatio.
3 *Epilogus, & additio gloſſarum. nume.4.*
Furtum in re modica committitur.
Simonia mentalis ut inducatur, & aboleatur.
Graue crimen per uile precium, grauis pœna quoque ex leui culpa inducitur.
5 *Promouendum multa impediunt, & quæ remiſſ.*
Simoniacus an ſuſpenſus ipſo iure.

CAPVT XX.

1 EX tuæ. Caſus. Sit† ordinandus præſen-
tatori ſuo aliquid dedit ex pa-
cto, ſimoniacus eſt: non tamen deponitur,
ſi hoc eſt occultum. & in prima conſultatio. in ſecun
da ibi, Vnde, reſponſio diſtinguens, ſecundum mem-
brum ibi, Alioquin [*Confeſſione*] ſecreta, & in foro pœ-
nitentiali, ne ſit contra, ſupra eo. tanta, & c.accuſatũ,
ſm Hoſt.[*Soluerit*] ex pacto & conuentione, & tracta-
tu præcedente: curialiores fuerunt monaci, ſup.c.px.
qui fuerunt contenti conuentione, ſecundum Hoſt.

[*Accepit*] quæris. quid tibi ſit faciendum [*Perpetuò*] er-
2 go irregularitas † ex delicto proueniens non tollitur
per ingreſſum religionis, de hoc, infra de apo. c. 2. [*Ac
quiſiuit*] & ſi uult acquieſcere, bene quidem [*Alioquin*]
ideſt ſi non uult monitis acquieſcere [*Tutum*] imò pe-
riculoſum eſſet. ſi hoc ſcit ut deus, infra de pęnitenti.
omnis: & iniuſtum. ſi hoc ſcit ut homo, 6. q. 2. ſi tantū,
& c. placuit. 6. q. 1. deteriores. Hoſt. [*Coercere*] per ſentē-
tiam iudicis. Eſt enim iam damnatus à canone per iu
ra, quæ alleg. glo [*Pœnitentiam*] ſ. monitoriam, conſul-
toriam, & pœnæ releuatoriam. non enim eſt uera, ex
quo non abſtinet: ſed ualet ad id, quod dicit gl. ſecun
3 dum Hoſt. ¶ Prima gl. not. quòd &c. & dat ſimile, ſi-
gnat contrarium, & ſoluit. ¶ Secunda gl. ſignat con-
trarium de dec &c. ſoluit. ¶ Tertia gl. arguit, ſignat cō
trarium, & remittit. ¶ Vlt. gl. ſignat cōtrariū. & ſoluit.
4 ¶ *In † glo. 1. ibi. c. ult.*] probat, ꝙ in re modica committi-
tur furtum. ad idem, ſup. de app. c. de appellationib. fa-
cit. 17. q. 4. c. 1. 24. q. 1. odi [*& ibi, indices*] ubi de hoc [*&
ibi, placuit. 2.*] de tertia parte ſolidi ibi dicit [*& ibi, pleriq;*]
ubi de hoc [*& ibi, intentio*] non inducit ſimoniam niſi
mentalem, quæ per pęnitentiam aboletur, infra c. ult.
unde dic, ꝙ hic interuenit pactū, ibi non, dicebat Gof.
ubi certum eſt de animo, non diſtinguitur in quanti-
tate: ſed propter dubium recurritur ad circunſtantiā
quantitatis, ut in contrario. tene quod prædixi. dicit
autem hic notandum, ꝙ uile precium inducit graue
crimen: ſicut leuis culpa grauem pœnā, C. de libe. &
eorum libe. l. 2 ubi de hoc. ¶ [*in glo, 2. in fine*] ſecundū T,
5 † multa enim impediunt promouendum &c. de iure-
iu. quemadmodum, uer. quòd ſi poſt. ¶ [*In glo. arg. quod,
in fine*] quod etiam facit contra, cum ibi dicatur, quod
ſuſpendi debet ab homine: ſed dicebat Hoſt. c. accuſa-
tum, & c. quor. loqui de infamato, hic de non infama
a to, cum eſt ſecretum, ut dicit litera[a]. ſignabat etiā con
trarium de dec. inquiſitionis. 1. reſpon. vbi etiam poſt
pęnitētiam ab executione eſt ſuſpenſus. dixit illud ue-
rum quò ad ſe, ſed non quo ad alios.

ANNOTATIONES.

a ¶ Vt dicit litera. Et illa ſuſpenſio, de qua ibi, & hic etiam eſt facit
ut ibi not.

SVMMARIVM.

1 *Miniſterium eccleſiaſticum quod dicatur.*
Pro oleo Chriſmatis non licet quid exigere.
2 *Exigere notat uiolentiam.*
Oblatio gratuita aliud eſt ab exactione.
3 *Additio gloſſarum.*
*Pro benedictione calicis, uel ueſtium ſi quid detur, an committatur
ſimonia.*

CAPVT XXI.

1 AD noſtram Breue eſt [*Miniſterio
† eccleſiaſtico*] puta a-
colytatu, ſobdiaconatu, & ſi. Inno. uel Ar-
chidecanatu, & ſi. ſupra de elect. cū in cū-
ctis, §. inferiora, Hoſt. [*Exercendo*] eſt primum [*Vicarÿs*]
ſupra de offi. uica. ad hæc. & c. clericos, de ſi. preſ. cone
ſtitutus, & eſt ſecundum [*Chriſmate*] concedendo, uel
utendo. nam nec pro liquore licet exigere, ut dixi ſu-
2 pra eo. ea quæ. & eſt tertium [*Exigatis*] uiolentiam † no
tat. aliud ergo, ſi gratis offeratur, ſupra eo. & ſi qōnes,
3 in fi. & infra eo. dilectus, ſecundum Hoſt. ¶ [*In † 1. glo. in
fi.*] quærit hic Guido, an committatur ſimonia, ſi qd
detur pro benedicendis calice, uel ueſtibus. etiam ad
literam ponit uerba Goff. quæ uideas in ſum. eo. titu.
§. ſed nunquid ſimonia, & uide quod dicam, infra eo.
conſulere, ſuper 1. gloſſ.

SVMMARIVM.

1 *Cum ordinato ſimoniacè, qui ſimoniacus non eſt, diſpenſari poteſt.
& qualiter, num. 2.*
Quis ſit huiuſmodi.
2 *Inhabilis quis ſit in his, in quibus peccauit, ordinibus, uel beneficijs
& nouam non recipit ſine diſpenſatione, & qua.*
*Cum ſimoniaco quo nunquam liceat diſpenſare, & cum quo non li-
ceat epiſcopo, in fi. num. 3.*
3 *Additio gloſſarum.*
*Inter occultum, & manifeſtum differentia pro diſpenſatione obti-
nenda.*

CAPVT XXII.

1 DE ſimoniacè. C. Cum † ſimonia-
cè ordinato, q ſi-
moniacus nō eſt, diſpenſari poteſt [*Niſi ple
nius*] ſi. ſupra de ſpon. de muliere, C. de tran.
ſac. ut reſponſum [*Simoniacè*] ordinatur enim quis ſi-
moniacè, & nō eſt ſimoniacus, pecunia data per aliū
eo ignorāte. is uerò, qui eo caſu dedit, ſimoniacus eſt,
ſed non ſimoniacè ordinatus. Si uerò ordinandus id
ſciuit, uel tacitè conſenſit, uel pecuniam dedit, uel po
ſtea ſoluit, ſimoniacus eſt. & ſimoniacè ordinatus. 1.
q. 1, qui ſtudet, & c quibuſdam, & c. reperiuntur. Quid
ſi penitus contradicat, nec poſtea ſoluat? perinde eſt,
ac ſi ignoraret, quod colligitur infra eod. ſicut. ſecun
2 dum Hoſt. [*Remanere*] ex † diſpenſatione, ut dicit glo. in
alijs autem ordinibus, uel beneficijs non ſymoniacè
habitis etiam ſine diſpenſatione remanebit, & noua
beneficia aliàs canonicè recipere poterit, nouos autē
ordines nō recipit, niſi prius cum ipſo in ordine quæ
ſito ſimoniacè diſpenſetur, ſicut & ſi per ſaltum pro-
motus eſſet. 52. diſt c. 1, ſecundùm Innoc. & Hoſt. dice
bat Innoc. quod illi, cum quo ſimonia commiſſa eſt,
nunquam diſpenſare licet, item nec cum ſimoniaco
diſpenſat epiſcopus in dignitate, etiam ſi pro illa non
3 commiſerit ſimoniam. 1. q. 1. erga. ¶ [*In † glo. 1. ibi, diſpenſa
tine*] diſpenſatione Papali. ſi ſimonia fuit in ordine, &
eſt manifeſta, ſed ſi eſt occulta, diſpenſat epiſcopus ſe-
cundum Ala. Laur. & T. arg. ſupra eod. ex tuæ, Hoſt.

SVMMARIVM.

1 *Nomen pœnitentis, cui ſcribitur, tacetur.*
*Simoniacus eſt, de cuius uoluntate traditur pecunia, ne contradi-
cat eius electioni, num. 5.*
Sic electus renunciare tenetur.
Redemptio ſui iuris hic non excuſat.
Intentio quando non excuſet à ſimonia.
2 *Charos monemus.*
Seculi iſtius breuis eſt fructus: futuri uerò æternum ſupplicium.
3 *Epilogus, & ſuffragium gloſſarum. num. 4.*
In delictis minor non reſtituitur.
Ex mora quæ imputentur.
5 *Additio gloſſarum.*

CAPVT XXIII.

1 MAttæus. Vide, † quia non apparet, cui
ſcribat, ne prodat petentem
ſecundum Pet. & Abb. & h.d. Si contradi-
cens electo propter pecuniam ſibi de uo-
luntate electi traditam, à contradictione deſiſtit, ele-
ctus poſtea confirmatus ſimoniacus eſt, & renuncia-
re tenetur, cōis diuiſio, ſecunda ibi, quia igitur [*Mon-
ſtrauit*] de uoluntate tua, nec ob. infra de pœnitentiis
& remiſ. omnis [*Amicus*] ſecus, ſi inimicus, infra eod.
ſicut. Hoſtienſ. [*Turbata*] forte amico conſulenti, re-
ſpondit, maledicatur ipſe, da ſibi pecuniam, quæ ſit

quę ſit ſecum in perditionem, uel his ſimilia. forte intendebat ius ſuum redimere, infra eo. dilectus, quod
cum non iuuat ſecũdum Hoſt. quia intentio, ex quo
pactum interuenit, non excuſat, infra eo. per tuas. 2. ſi
cut nec ſola ſine pacto facit ſimoniam execrabilem,
infra c. fi. uel forte fuit uoluntas turbata, quia reſpon
dit amico. Quid à me quæris conſilium. fac quod tibi
placet, & id dixit animo turbato [*Exſolui*] ex pacto, ut
in nuunt ſequentia, ſecundum Hoſt. [*Dubitas*] debebat
2 certus eſſe. ſecũdum Hoſt. [*Conſulis*] monemus, † quos
charos habemus. 28. q. 1. ſic enim [*Dimittos*] de ſuperioris tamen licentia, quod dic, ut infra c. 2. ſecundũ Ho.
[*Verbi*] Ma. 16. Lu. 9. [*Mundum*] quia iſtius ſeculi breuis
eſt fructus, futuri uerò æternum ſupplicium. 1. q. 1. cito
turpem, in fin. & uide in lere. 4. ca. C. & ad Acheru. D.
3 ¶ Secunda glo. reſpondet per ob. ſi contradictores erant pauci, ergo iniuſtè uexabant. licuit ergo redimere. Solu. licet pauci &c. ¶ Tertia glo. reſpon. per q. quare papa non prohibet, ſed monet. Solu. hoc ideo &c.
4 ¶ [*In † glo. 2. ibi, non excuſat*] & ideo in delictis minor non
reſtituitur, ut in l. ſe. ¶ [*In gl. pen. ibi, mora*] & ideo ſibi imputatur caſus peremptionis, & deteriorationis, ut ibi.
5 ¶ [*In † glo. 2. ibi, uenerabilem*] Goff. alleg. eo. titu. bonæ, de
his, quæ fiu. à maio. par. ca. c. 1. [*& ibi, ius habebant*] dicit
Inn. ꝙ iuſta, uel iniuſta eſſet contradictio, ante confirmationem dare non licuit, & remittit, ſupra de elect.
ſignificaſti. ¶ [*In gloſſ. hoc ideò, ibi, ſaluari*] ſecundum R. &
Ala. [*& in fine*] facit, quod not. ſupra de æta. & qualita.
ad aures, in ult. gloſſ.

SVMMARIVM.

1 *Pro abſolutione excommunicati, qui ſatis fecit, exigi precium non debet, & qualiter id intelligatur, num. 2.*
A quo fieri non poſſit, num. 4.
Contumaciam puniri conſonum iuri eſt.
2 *Pro emendis an quid recipi debeat.*
3 *Spiritualia nec emi poſſunt, nec redimi.*
Peccatum quis non debet committere, quo maius ceſſet.
Vexatio quando licitè redimi poſſit à clerico, num. 4. & 6.
5 *Epilogus, & additio gloſſarum, num. 6.*

CAPVT XXIIII.

1 AD aures. Caſus. Pro † abſoluẽdo excommunicatum, qui ſatiſfecit, precium exigi non debet. prima ponit querelã. ſecunda dat iudices. 2. ibi, quoniam (*Debebat*) & ad iudicis præceptum ſoluere contendebat (*Vinculo*) quod eſt pœna cõtumaciæ in perſonali, ſicut miſſio in reali, ſupra ut lit. non conte. tuæ
(*Satiſfecit*) & ſic debebat abſolui, de iudi. c. 1. Ho. (*Contrarium*) contumaciam tamen puniri eſt cõſonum iu-
2 ri, de poſtu. c. 1. de pœnis dilectus. ſi igitur eſſet † cõſue
tudo, uel ſtatutum, ꝙ excommunicatus ante, quàm
abſoluatur, pro quolibet menſe, quo ſtetit excõmunicatus, ſoluat certam quantitatem, puta 10. lib. ſicut
eſt in Francia, & multis regionibus, dicit Hoſtiẽ. hanc
conſuetudinem rationabilem, & ſeruandã. & ſic poſſet intelligi, ꝙ de emendis le. ſupra de of. ordinarii, dilectus, & de uer. ſi. ex parte, & quod dicitur de ſatisfactione ante abſolutionem, ſupra de iudi. c. 1. Nec ob.
hæc decre. quia tunc non petitur emenda pro abſolutione præſtanda, ſed ut ſatisfiat de delicto, & cõtumacia, ſicut iuſtum eſt, & ſicut eſt ſtatutum, vel conſuetũ
quod faciendum eſt, ut in prædictis iuribus. Dicit tamen, ꝙ aliqui dicunt, ꝙ petẽs debet gratis abſolui, &
demum compelli ad ſatisfaciendum, ſecundum conſue. uel ſtatutum, inf. eo. ad apoſtolicam. ad prædicta
faciat decre. quam olim habebamus in quarta compil. de ſent. exc. ſub in terminatione, cuius mentẽ po-
3 ſui, ſupra titu. 2. ſicut olim (*Redimatur*) ſpiritualia † enim
nec emi poſſunt, nec redimi, ſup. eo. querelam. T. dabat Inno. pro regula, ꝙ nuſquam pro ſpirituali beneficio obtinendo, nec pro præſentia ſpirituali redimenda licet aliquid dare. 1. q. 1. nullus epiſcopus, ſupra eo.
nemo. nec enim debet quis minus peccatũ committere, ut alterum maius ceſſet. 32. q. 5. ita ne. ſupra quod
me. cauſa, ſacris. ſed ubi laicus iniuſtè uexat clericum,
uel de facto uitari facit aqua, & igni, uel prælatus iniuſtè uexat clericum ſubditum temporaliter, non ſpiritualiter, tunc licet uexationem redimere. licet etiã aliquid laico dare, ut bene ſoluat decimas, in qbus nec
feudi ius ſe habere contendit. ſuper quo uide, qđ no.
4 de decimis, prohibemus, & c. ſi. quamuis † etiam ſpoliatus ſecundum quoſdã pecuniam dare non debeat,
ut recuperet eccleſiam, qua ſpoliatus eſt, cũ illud non
ſit uexationem redimere, ſed poſſeſſionem recuperare; poteſt tamen dare, ne expellatur, uel ſine cauſæ cognitione uiolentiam patiatur, ſecundum Inn. de his,
infra eo. dilectus. 1. (*Gratis*) quantum ad abſolutionis
beneficium (*Abſolui*) per presbyterum, forte enim ii,
quibus ſcribitur, presbyteri non erant, ſecundũ Hoſt.
qui hic etiam ponit ſuam opinio. de abſolutione excõmunicationis, quomodo non poteſt fieri per non
ſacerdotem, nec alteri committi, quam dicam de ſen.
excõ. cum deſideres (*Requiſiti*) quod facere poſſunt,
ſi ſunt ordinarii. Si delegati, diſtinguitur, an adhuc diffinitiuè pronunciauerunt, & utrum ſit annus elapſus
ut ſupra de offi. leg. quærenti, ſecundum Hoſt. ¶ Glo.
5 † 1. reddit cauſam. ſecundò quærit, & ſoluit. 3. declarat
6 intereſſe partis, uel iudicis hic non prohiberi ¶ [*In † glo.
1. ibi, poteſt dici*] Goff. & Inn. dicunt ꝙ ſic: quia debebat
ad ſuperiorem recurrere, ut hic, ſupra de iure patro.
nullus. vnde dicebat Ala. hic, & poſt eum Vin. & Phi.
quòd non eſt tutum dicere, ꝙ in talibus licet redimere, ubi aduerſarius ius habet, uel ubi per ſuperiorem
ius conſequi poſſum. credo glo. ueram, quãdo imminet graue periculum, uel damnum ex dilatione abſolutionis, ut quia ſequenti die fieri debet electio per
eum, uel de eo, uel niſi agat, præſcribitur contra eum,
vel perit actio, uel his ſimile: alias ſit uera opinio ꝯria.

SVMMARIVM.

1 *Monaci per ſimoniam recepti, quid iuris.*
Simoniaci etiam tacitè conſentientes a bonis eccleſiæ debent abſtinere, num. 4. in fine.
Suppletio, uel declaratio iuris quando facienda, ad dict. expreſſa.
2 *Sine intermiſſione fieri dicitur, quod fit horis competentibus.*
Vitium purgatur per renunciationem uitioſi.
Cum ſcandalo nihil faciendum.
3 *Epilogus, & additio gloſſarum. num. 4.*
Beneficij dimiſſio in unius manibus à ſimoniaco facienda.

CAPVT XXV.

1 REgularibus. C. † Monaci per ſimoniã recepti, ſi ſunt ſimoniaci, ad arctiora monaſteria trãsferũtur: aliàs poſt renunciationẽ in eodem loco, uel alio eiuſdem ordinis poterunt collocari. Et eſt
cõſultatio, & rñſio, ibi, vñ. & amplior inſtructio ibi, Si
aũt (*Scientibus*) & tunc ſiue expreſsè conſenſerint, ſiue
tacuerint, ſiue turbare noluerint, ſunt ſimoniaci, ſup.
eo. Matth. (*Expreſſæ*) & ſufficientes: aliàs ſi minus ſufficientes eſſent, uel obſcuræ, ſupplendum eſſet, uel declarandum, qui filii ſint legi. per uenerabilẽ, de conſtitutio. c. ſi. de offi. deleg. ſuper qõnum. & eſt ſimile, ſu-
2 pra de cleri. pereg. c. 1. ubi de hoc. Hoſtien. (*Sine † intermiſſione*) horis tamen competentibus, ſup. de frigi. c. ſi.
ad ſi. de conſe. di. 5. nũquam, de uſu pal. c. pe. Hoſt. (*Ad
renunciandum*) ut purgetur uitioſum initiũ (*Poſtmodum*)

ſcilicet poſt renūciationem. & ſup. eos [*Scandalo*] cum
quo nihil faciendum eſt. de præſcrip. c. 2. de renū. niſi.
§. pro graui, Hoſt. [*In alio*] loco ſcilicet, & concor. ſup.
de regu. c. ſi. [*Seruiendum*] & pœnitentiam peragendam.
3 infra eo. quoniam. Hoſt. ¶ Glo. 3. quærit. arguit ad ne-
gatiuam, & ſoluit. ¶ [*In glo. 3. in fine*] uide ſupra eo. Mat-
4 thæus, ſuper glo. pen. ¶ [*In † gl. 2. in fine*] & ſciē. Hoſt. ¶ [*In
glo. 3. ibi, niſi cum pridem, §. 3.*) ubi de hoc [*& ibi, quod epiſco
pi*] & inferiores prælati exempti, argum. de conſuetu.
cum uenera. de renun. c. ſi. ſecundum Hoſt. In hoc ta-
men differunt: quia iſti hoc poſſent in manibus lega-
ti de latere, quod non poſſent epiſcopi, infra de ele. ſi
Abb. lib. 6. [*& in fin.*] ſecundum. T. imò recurritur ad
ſuperiorem ſuperioris, ſupra de regul. licet, §. ſi uerò,
de iure patro. nullus: interim tamē abſtineat à bonis
eccleſiæ, ſecundum Innoc. & Hoſtien.

SVMMARIVM.

1 *Ex noua receptione in canonicum, nihil poteſt ſibi ex prima rece-
ptione, cui renunciauit, uendicare, nume. 5. & 6. §. fi. cum alys
exemplis.*
2 *Reſignatio in cuius manibus facienda.*
3 *Simoniam nec omnis modus, nec omne pactum in ſpiritualibus ap-
poſitum inducit.*
Vitioſa cauſa non accedit non uitioſæ.
4 *Epilogus, & ſuffragium gloſſarum.*
Extincta ſemel actio amplius non reuiuiſcit, num. 6. §. fin.
6 *Additio gloſſarum.*
Scientia difficile probatur.
Cum ſimoniaco quis diſpenſet, §. 2.

CAPVT XXVI.

1 EX inſinuatione. Caſus. Si † quis ca-
nonicatum renū-
cians, quem per ſimoniam fuit ignoranter
adeptus, de nouo aſſumatur ad illud, ex pri-
ma receptione ſibi nil poterit uendicare. communis
diuiſio. 2. ibi, reſpondemus. Et erat olim hæc dec. in ſe-
cunda compil. de renun. [*Interueniente*] nō dicit, quod fue-
rit data canonicis, uel forte alij ſucceſſerunt, ſecundū
Pet. & Abb. [*Annos*] 14. ſupra de regul. ad noſtrā [*Præ-
2 poſiti*] notat † Inno. reſignationem fieri in manibus a-
liorum, quàm epiſcopi. melius dicitur ſecūdum eum
in renunciatione neceſſarium eſſe conſenſum epi-
ſcopi, ſi confirmat. & canonicorum, qui eligunt, arg.
19. q. 3. ſtatuimus, C. de actio. & ob. l. ſicut. Et poteſt eſ-
ſe, quod hi canonici confirmationem non recipiunt
ab aliquo ſuperiore. & ideò ſine ipſo reſignāt. uel dic
hoc ſpeciale propter ſimoniam. Inn. uide, quod poſt
eum dixi, de renun. quod in dubiis, ſuper 1. glo. circa
ultimum dictum. de ſimonia uide, quod ſno. & dixi, ſu-
3 pra c. proxi. [*Ita uidelicet*] ergo † nec omnis modus, nec
omne pactum in ſpiritualibus appoſitum ſimoniam
inducit, ſupra de elect. ſignificaſti, de præben. ſignifi-
catum, de ſeruis non ord. nullus, 10. q. 1. c. 1. Goff. [*&
infra*] cæterum, quia à nobis humiliter requiſiſti, utrū
iuxta priorem receptionem tuum locum recupera-
re ualeas, in an. [*Eccleſia*] ad idem de reſcrip. quamuis,
lib. 6. [*Vendicare*] uitioſa cauſa nō accedit non uitioſæ,
nec econtra. ff. de acqui. poſſ. Pomponius, §. ult. Vinc.
4 ¶ Gl. 3. obiicit, quod ſine culpa &c. ſoluit. ¶ Gl. 4. & quin-
ta arguit, & argumentū tollit, ſignat contraria, & ſol-
uit. ¶ Vlt. glo. arguit, quod actio &c. & ſignat unum con-
5 trarium. ¶ [*In † gl. 4. ibi, laborauit*] ut naturalis, non legiti-
mus, de quo loquitur lex ſequens. ¶ [*In gl. ult. ibi, inter ſo-
cerum, in fin.*] ſtipulatio patris de dote reddenda, ſi filia
nupta moritur, de primis nuptiis intelligitur, nō de re-
nouatis [*& ibi, liber homo*) ſi liber ſe uēdit, manumiſſus
poſtea non reuertitur ad ingenuitatem, ſed eſt liberti-
nus [*& ibi l. ult. in fi.*] ſi conſenſu creditoris alienat debi-
tor pignus, licet poſtea iterum ad debitorem redeat,
prima obligatio non renaſcitur [*& ibi, §. aream*] ſi ſer-
uum Titij tibi promiſi, & ille factus ſit liber, liberatus
ſum, nec reuiuiſcit obligatio pro eo, quod ille iterum ſer-
uus illius fiat [*& ibi, cum ex cauſa*] ſi à creditore, cui pro
debitore ſolui, recepi pignora, & illa reſtitui debitori,
6 ius pignoris ſolutum non reuiuiſcit. ¶ [*In glo. 2. ibi, igno-
ranti*] & impuberi, ut ſequitur. ¶ [*In gl. 3. in fine*] fuit etiā
hoc ſtatutum ad occurrendum fraudibus interponē-
darum perſonarum. 46. diſt. ſicut, maximè quia ſcien-
tia difficile probaretur. ff. de prob. uetius. Hoſt. ¶ [*In gl.
diſpenſatiuè. ibi, diſpenſat*] quod poſſet concedi in ſimpli-
a ci beneficio, cum capitulum eſt exemptum, ſecūdū[a]
Hoſt. tamen plus placet ei, quod ſequitur in gl. [*& ibi,
committunt*] unde dicebat Ala. quod ſi nec dans, nec reci-
piens eccleſiam, beneficium, uel ordinem ſimoniam
committit, ibi poteſt minor prælatus diſpenſare, quod
credit hic interueniſſe: aliàs minimè [*& ibi, natura*] ſe-
cundum La. ¶ [*In gl. ult. ibi, liber homo*] & ff. de decu. l. 2. §.
b 1. T. [*& ibi, cum inter. P.*] & c. ex tranſmiſſa[b]. & ſi ſocius
ceſſit bonis, ſoluitur ſocietas. & ſi conſentiunt, ut ad-
huc maneant, noua incipit ſocietas. inſti. de ſoci. §. itē
ſi quis, & noua uoluntate ualet teſtamentum, quod
antea non ualebat, inſti. de mili. te. §. ult. ad idem, ff. de
c ſta. ho. l. homo, liber 2. C. de remiſ. pig. l. ult. Vin.[c] [*& in
fi.*] ibi ſol. in fi. unicæ gloſſ.

ANNOTATIONES.

a ¶ Secundum. Ad materiam facit, quod no. gl. pen. in c. licet canon
& ibi Io. And. de elect. lib. 6.
b ¶ Tranſmiſſa. Vide Io. And. in c. cum inter. per. & de reſcri. quam-
uis, lib. 6.
c ¶ Vincen. Plenius, in l. inter ſtipulantem, §. ſacram, per glo. & Bar.
ff. de uer. obliga.

SVMMARIVM.

1 *Electio ſimoniaca quādo caſſanda, et quādo dicatur talis, n. 5. §. 1.*
Caſſatur per ſententiam, nu. 1. in fi.
2 *Promiſſio ſufficit ad inductionem ſimoniæ.*
De fraude conſtat ex coniecturis.
*Nominans quempiam ad aliquam dignitatem propter odium, ad
qua ei teneatur.*
Cum ſimoniaco an diſpenſet epiſcopus in neceſſitate, in fin.
3 *Epilogus, & ſuffragium gloſſarum. num. 4.*
Malitijs hominum non eſt indulgendum.
Vſucapio quo caſu non procedat hic, in fi.
5 *Additio gloſſarum.*
*Simonia non contrahitur interueniente pecunia, uel promiſſa, ſi a-
liàs id erat obtenturus dans, uel promittens.*

CAPVT XXVII.

1 NObis fuit. C. † Electio ſimoniaca
eſt caſſanda, ſi electori-
bus propter hoc ſit promiſſa pecunia ele-
ctus ignoret, niſi hoc factum fuerit in frau-
dem electi. & ſunt duæ partes, ſecunda ibi, ad ultimū.
& prima ſubdiuiditur, ſecunda ibi, quia igitur [*Quen-
dam*] ideſt aliquem, uel propriè [*Amici*] ut multi crede-
bant. ſed forte aliter erat, ut infra dicam [*Vni*] uel om-
nibus, tamen ualet, ſi uni, quantum ſi omnibus quò
ad uitium electionis, ſed non quò ad pœnam eligen-
tium, qui non peccauerunt. ſupra de his quæ fi. à ma-
2 ior. quæſiuit. Hoſtienſ. [*Promiſerunt*] promiſſio † ſuffi-
cit, ut dixi ſupra eod. ueniens. & capitulo de hoc [*Per
fraudem*] hoc autem conſtabit per coniecturam, ut
cum ab inimicis eſt data pecunia, qui ſe opponebant
electioni [*Malitioſe*] ſicut etiam qui propter odiū ali-
quem

quemad dignitatem nominat, tenetur ei ad damna inde prouenientia, C. ſi propter ini.cre.fac.l.una, lib 10.& not.74.diſt.Honoratus [*Vt dictum eſt*] in parte deciſa Goff. [*Aliquam*] niſi inſtante neceſſitate eccleſiæ, 1.q.5.preſentium. Alii dicũt.quod illud corrigitur. tu
3 dic, ut no.de elect.c.pen.Hoſt. ¶Glo.† 1. arguit à contrario, & id coadiuuat per tria iura: ſed tenet contrarium, alleg.duos canones. ¶Vlt.glo.ponit duas lectu
4 ras, quæ patent. ¶*In† glo.2.ibi,l.3.*] uide in dec.ſtatim alleg.in glo.antepen. ¶*In† glo.3. ibi, in fundo*] non auditur, qui cuncta domo unlt remouere picturas, cum euincens paratus ſit reſtituere, quod impẽdit [*& ibi, ſi quis ſuo*] uide de hære.excommunicamus.1.ſuper glo.arg. quod. ¶*In glo.& ita,ibi,l.1.*] mancipium meum uenditum ab eo, qui non potuit, non uſucapit etiã emptor bonæ fidei: quia in uenditione contractum eſt furtũ.
5 ¶*In † glo.1.ibi, noceret*) quamuis fraudulenter feciſſent. Ala. Vinc.Phi. (*& in fine*) & ſupra de ele. c.penul. ¶*In glo.2.ibi,§.ult.*) ibi uidetur expreſſum hoc, & remit.hic Goff.per eadem iura. ad quod etiã bene facit, de æta.
a & quali.tuam[a] (*& ibi, uerius eſt*) idem Vinc.& Hoſt.ipſe tamen Hoſt.ſupra eo.tanta, dicit primam opi.ueram, quando pecunia non eſt data, uel promiſſa electori. uel ordinatori, ſed alteri, tunc enim non putat ſimoniam, ex quo aliàs eligendus, uel ordinandus erat ipſe dans, uel promittens (*& ibi, intentio*) hoc teneas, maximè quia non uideo, quomodo probari poſſit iſta intentio eligentis, niſi per ipſum, cui ut ſoli & criminoſo, & deponenti in facto ſuo non crederetur. & ſecundum hoc facile eſſet cuique, qui per pecuniam eligit, dicere ſe aliàs fuiſſe electũ: ſed dices, imò poterit hoc probare per alios, cum quibus dixerat prius ſe uelle illum eligere. reſpõ. forte falſum tunc dicebat. facit de elect.auditis. uel pone, quod uerum: potuiſſet tamen animum mutaſſe, ſi pecunia data non fuiſſet. facit qđ dixi, ſupra de ſpon.tua. ¶*In glo.no.quòd, in fi.*) de re.iu.nõ debet, li.6. ¶*In gl.ul.ibi, poſt tranſlationem*) & 1.q.3.ex multis, & q.5.c.ult. (*& in fine*) & electio fuit caſſata per ſententiam ſecundum T.& Innocen.

ANNOTATIONES.

a ¶Tuam. Et de re iudi.cum I.& A.& quod no.glo. & Io. An. ſuper illa, in c.licet, de proba.in gloſſ.2.

SVMMARIVM.

1 *Pro uexatione redimenda datum quando & qua actione repetatur, num.2.3.5.& 6.*
2 *Ex contractu, do, ut des, uel ne facias, agitur præſcriptis uerb. ad id quod intereſt.*
3 *Epilogus, & ſuffragium gloſſarum. num.4.*
Reſtituere compellitur danti receptum illicitè, & exemplum.
5 *Additio gloſſarum, num.6.*
Euentus iudicij eſt incertus.

CAPVT XXVIII.

1 Dilectus. C. Qui † dedit prælato pecuniam, ne ipſum in iure ſuo de facto moleſtet, illã repetit, ſi prælatus promiſſa non ſeruet. prima ponit partis querelam. ſecunda dat iudicem ibi, Ideoque (*Promiſit*) dicit Hoſt. ꝙ plana eſſet dec. ſi dicamus, ꝙ hæc ꝓmiſſio facta fuerit per amicabilẽ cõpoſitionẽ cũ ſuperioris auctoritate, de tranſa.c.2.& c.de cætero (*Datum*) redi
2 mendo † uexationẽ ſuã, unde per condi. ob tur.cau.repeti poterat, ff.de cõd.ob tur.cau.l.4. §.quot.Ho. (*Pecuniæ*) quã illicitè acquiſiuit. uel dic, ꝙ licitè, quia cum de iuribus contenderent, interuenit cõpoſitio, & fuit contractus do, ut des, uel ne facias, ex quo agitur præſcript.uerbis ad intereſſe.ff.de po.l.1.§.in locatione. ff. de præſcript.uerb.l.1.nec cõtradicit ſequens.§.ubi dicit, ꝙ reſtituendo rem liberetur, quia intelligendum eſt, niſi plus fuerit intereſſe, ſecundum Inn. (*Non quie-*
3 *uit*) forte adhuc extorquere uolebat. ¶ †Glo.1.not.ex eo, quod reſtituitur danti &c. diſtinguit demum, aut uexans habet ius, aut non, & in ſecundo caſu eſt opinio, quod non poſſit, tenet contrarium, & ſoluit, c.decimas, quod uidetur obſtare. ¶Gl.2.not.à contrario, ꝙ ſi ſeruaſſet &c. tenet contrarium, in fi. arguit, ꝙ non
4 ſeruãti &c. allegat contrarium. ¶*In† glo.2.ibi, quod euitandi*) habilis ad militiam, qui ad illam uitandam aliquid dedit, illud à recipiente recuperat, & punitur ille ut
5 concuſſor. ¶*In† glo.1.ibi, nullus epiſcopus uult*) ubi de hoc (*& ibi, quæſitum*) ubi de hoc (*& ibi, ad aures*) adde, quod ibi dixi ſecundum Innoc. ſuper uerſic. redimatur (*& ibi, æquius*) idem Hoſti. (*& ibi, uexatur*) in iure acquiſito, ſecus in acquirendo, infra eod. ſicut ſupra eod. Mathæus, per quæ patet (*& ibi, Apoſtoli*) ad Ephe.5.diſt.in. (*& ibi, decimas*) 3.ubi de hoc (*& ibi, redimeret decimas*) facit quod not.1.q.3.c.pen. (*& ibi, iuſtè*) ſed qualiter ſciemus, an iuſtè, uel iniuſtè, cum euentus iudicij ſit incertus. ff.de pecul.quod debetur, ſupra de re iud.cum inter. C.de iud.rem non nouam. ideo uidetur, ꝙ in hoc caſu ſit ad conſcientiam recurrendum, ſupra ut. 2.qua
a liter.1.& infra eod.per tuas[a].2.Hoſt. ¶*In glo.ult.ibi, maximè*) ſecundum Ala.T.Vinc.idem Goffr.Phil.Innoc.&
6 Hoſti. Nam † ſi dedi pecuniam, ne mihi negocium per calumniam faceres, repeto, quod dedi, & pœnam quadrupli, etiam ſi pacto parueris. ff.de calumn.l.1.& l.generaliter.§.1. ſecundùm Vinc. uel dic propriè, ſi dicas amicabiliter compoſitum, ut dixi in textu ſecundum Innoc.& Hoſt. (*& ibi, falſas*) & infra de reg.iur.peccatũ, li.6. (*& in fi.*) ſolue, ut no.in prædicta decr.peruenit.

ANNOTATIONES.

a ¶Per tuas. Vide glo.ſupra eo.ad aures, & ſuper illa Io.And. licet illud loquatur de iuſta excommunicatione, a qua aliter non poteſt abſolutio haberi.

SVMMARIVM.

1 *Pro benedictionibus nubentium, uel exequijs mortuorum nihil exigi poteſt.*
Extorquendi, uerbum uiolentiam ſonat.
2 *Epilogus, & additio gloſſarum. num.3.*

CAPVT XXIX.

1 Suam nobis. C. Pro † benedictionibus nubentium, uel exequijs mortuorum nihil exigi poteſt. diuiditur, ut ſupra proxi. Et ibi, diſcretioni (*Capellanus*) erat rector parochialis ipſorum (*Extorqueret*) uiolentiam ſonat, & notat in uitium (*Canonicam*)
2 depoſitionis. Goffr. ¶ †Glo.1.reſpondet per obiectionem, & diſtinguitur. ¶Vlt.glo.reſpondet per obiect.
3 de dec.de hoc &c. ¶*In† glo.1.ibi, deſinit*) idem hic Vinc. Philip.Goffr.& Hoſt. (*& ibi, cum ab omni*) & infra de reſcript.ſtatutum.§.inſuper, libr.6. (*& ibi, operas ſuas*) de hoc ſupra de præbend.ſignificatum, in 1.gloſſ. (*& ibi, actio*) ſi.quod not.1.q.2.exigunt, in 1.glo. Hoſt.dicit, ꝙ etiam actio competit, ibi de hoc.

SVMMARIVM.

1 *Si monachum ſimoniacè receptum conſtiterit, receptus, & recipiens qua afficientur pœna, num.2.& 7.*
Metropolitanus prouinciam uiſitare poteſt, & qua forma.
Pullulare quid.
Potius, aduerbium eligendi.
2 *Cantuarienſis archiepiſcopus eſt etiam legatus.*
Inter accuſationem, & inquiſitionem differentia in inflictione pœnarum.

3 *Arctiora monaſteria ſi non inueniantur, quid iuris, cum quis in arctius ingredi iubeatur.*
Cum ſimoniacè recipientibus monacum diſpenſatur à papa.
Peragere, quid.
Pœnitentiæ parte peracta diſpenſatur, excipitur caſus hic.
4 *Mulieres ſuſpendi non poſſunt, niſi à pronunciatione euangelij.*
Epiſcopi coaptare ſe debent metropolitano.
Recipere non reprobatur, niſi ſit ex pacto, in fine.
Deſiſtens ex pacto mulier ab accuſatione incidit in Turpilianum.
5 *Epilogus, & ſuffragium gloſſarum. num. 6.*
Sententia in cauſa adulterij mulieri prodeſt, ſi abſoluatur adulter, non tamen contra nocet.
Vniuerſitas an poſſideat, & per quos, an accuſari & contra eam inquiri poſſit, an puniri & qua pœna. num. 9.
An ea punita ſingulares poſſint puniri, §. & an punita, an poſſit de publico crimine accuſare, & qualiter, ibid.
7 *Additio gloſſarum, & ſequen. num.*
Pro in confraternitatis numerum receptione exigere quid non licet.
Pro baptiſmo quid dare pagano an ſint ſimonia.
8 *Depoſitio monaci, quid operetur.*
Contra regulares aliter, quàm contra ſeculares ſimoniacos proceditur, & ratio.
Qui grauatur in uno, regulare eſt ut releuetur in alio.
9 *Collegium an accuſari, uel contra ipſum inquiri, an in ipſum irrogari pœna & qualis. ex officialium delicto tenetur. an accuſare, §. & an punita.*
Collegæ an interim promoueri poſſint.
Ciuitas decapitari dicitur per aratrum.
Quibus puniatur caſibus, qui non deliquit, circa med. uerſi. & ſi reperiatur.
Syndicus uniuerſitatis accuſat nomine ſuo, ſed ad commodum uniuerſitatis. ſi ſuccumbit, non punitur, §. & an punita.

C A P V T   XXX.

1 Dilectus. C. Sit per accuſationem conſtat monacũ ſymoniacè fuiſſe receptum, receptus. & recipiens deponẽtur. ſi per inquiſitionẽ, receptus in arctius monaſterium detruditur, recipienti & maioribus imponitur pœnitentia, & interim ab executione ordinũ ſacrorum ſuſpenduntur. Et in 1. conſultatio. in 2. ibi, Nos igitur, reſpõſio diſtinguens. ſecundum membrũ ibi, quod ſi in 3. mandat ibi, iniungens. in 4. inſtruit ibi, Illud tamen [*Diœceſim*] etiam prouinciam poterit uiſitare ſeruata forma dec. de cenſi. Romana, lib. 6. etiam ſuffraganei ſi negligerent, eod. tit. c. ult. [*Eis*] monaſteriis, & locis religioſis [*Pullulaſſe*] quaſi germinaſſe; creuiſſe, uel multiplicaſſe, & translatum eſt ex pullis, qui germinantur, & multiplicantur ex ouis, & componitur repullulare, quaſi poſt caſum recreſcere [*Potius*]
2 electiuè, ſic ſupra tit. 2. licet, in fi. [*Coram te*] ſpecialiter in Cantuar. qui nõ ſolum eſt metropolitanus, ſed etiam legatus, de offic. leg. c. 1. Innoc. non uideo, quare hoc dixit Innoc. cum hic non dicatur, quod uiſitaſſet prouinciam, ſed diœceſim. & facit uerſic. iniungens, in fi. c. [*Amotos*] uide, quia cum agitur per modum accuſationis, puniuntur recipientes, & recepti. in modum inquiſitionis ſoli recepti deponũtur, ideo etiã in inquiſitione, cum inſtituatur ad hoc, ut quis corrigatur, receptus debet remoueri, quia aliter nõ poſſet corrigi, quia habuit uitioſum ingreſſum, ſed recipiens bene poteſt pœnitere, licet non remoueatur, & ideo nõ remouetur niſi per modum accuſationis, & ſic non obſtat dec. inquiſitionis, cũ ibi dicat, Adeptus fuiſſet &c.
3 Abb. [*Arctiora*] quid † iuris, ſi non inueniatur, not. infra eod. quoniam [*Abbatibus*] non loquitur de Abbatibus acquirentibus prælaturas per ſymoniam, ſed de committentibus ſymoniam in recipiendo monacos, & in hoc caſu etiam remoueri poſſent, ſed Papa diſpenſat. Goffr. & bene facit. quod not. 1. q. 7. requiſitis, in 1. glo. [*Officialibus*] qui iſta faciunt, uel ſciunt, & tolerant. Innoc. [*Peregerint*] ideſt perfectè egerint, ſiue perfecerint. ſupra de elect. cum in cunctis. §. 1. & ſecundũ hoc eſt ſpeciale. ꝙ parte pœnitentiæ pacta non diſpenſatur: alias contra, de hoc, de cler. coniug. ſanè. & ſecũ
4 dùm Hoſtien. [*Sacrorum*] hic quò ad mares. † Mulieres enim ſuſpendi non poſſent, quæ nec ordines iſtos recipiunt, poſſunt tamen ſuſpendi à pronunciatione euangelij, ſuper quo uide, quod not. de pœnit. & remiſſ. noua quædam, de maior. & obed. dilecta. Hoſti. [*Epiſcopis tuis*] qui & tibi ſe coaptare dicunt, ut patet. 12. diſtinct. de his, de ſponſ. du. cap. fin. [*Gratanter*] certum eſt, quòd gratanter recipient, ſed non eſt notum, an gratanter offeratur, ſecundum Hoſt. [*Recipi*] recipere ergo non reprobatur, ſed ex pacto recipere, ſic fœmina ex pacto ab accuſatione deſiſtens incidit in Turpil. quæ aliàs non incidit. ut not. 2. q. 3. Euphemiũ.
5 ¶ Gl. 1. notat. quod ubi &c. ¶ Glo. 3. arguit, ꝙ propter connexitatẽ &c. all. duo iura in cõtrariũ. ponit op. Io. Soluit cum Vin. & T. ¶ Quinta gl. ſignat ɔ̃rium, & ibi remittit. ¶ [*Glo. ſic, ſupra*] 1. obiicit, & ſoluit. ſecũdò quærit, an collegiũ &c. arguit ꝙ ſic, per 4. iura. all. 4. In contrarium, & rationẽ. ponit opin. Io. & tenet cum Tan.
6 ¶ Antepen. glo. opponit, & remittit. ¶ [*In † glo. 3. ibi, ſæpe*] uide in c. ſtatim alle. in 1. glo. [*& ibi, §. quare*] abſolutio eius, qui adulter dicitur, prodeſt mulieri: ſed condemnatio non nocet. ¶ [*In glo. ſic, ſupra, ibi, procedentibus*] & appellationi non deferentibus [*& ibi. §. pen.*] ibi ſic dicitur, municipes per ſe nihil poſſidere poſſunt: q̃a uniuerſi conſentire non poſſunt: ſed dic ut ibi, §. fi. & l. ſe. quæ ſic iacet: ſed hoc iure utimur, ut poſſidere, & uſucapere municipes poſſint, idque eis per ſeruum, & p liberam perſonam acquiratur [*& in fi.*] uide de iu. cal. imperatorum, ſuper 1. gl. ¶ [*In gla. pen. ibi, plerumque*] uide
7 infra de uſur. ſalubriter, in gl. ¶ [*In † glo. 1. ibi. inuitandus*] & hoc no. Abb. contra prouinciales, qui exigunt pecuniam propter confratarias, ad quas pauperes recipiũt cum ad eas deberent gratis homines inuitare [*& ibi, c. pen.*] ubi de hoc, & 1. q. 2. quã pio: ſed licet, ut ibi no. ſacerdote dante pagano pecuniam, ut baptizetur, nõ ſit ſimonia, quod etiam placuit Vinc. infra de apoſta. à nobis: ſecus tamen in Abbate dante alicui precium, ut religionem intret: quia ſine religione poteſt eſſe ſalus. 22. q. 4. §. fi. ad fi. non ſine baptiſmo ſecundũ Hoſt. ſed Phi. in præ. dec. à nobis. fatebatur pecuniam dari poſſe pagano, ut baptizetur, ſed non ex pacto per præ. c. quàm pio. ¶ [*In glo. arg. quòd, ibi dixit Io.*] qui hoc etiam no. in præ. c. 81. diſt. tantis, & 3. q. 6. hæc quippe [*& ibi, cauſam agi*] facit, quod no. de teſti. ueniens. 2. in glo. ſed quare [*& ibi, c. pen.*] uide quod ibi plenè dixi, poſt Inn. & Hoſt. ſuper 1. gl. ſuper uer. connexè [*& in fine*] Idem
a no. 2. q. 5. interrogatum. ¶ [*In glo. 5. in fine*] & depoſitio
8 † hæc operabitur in monaco, quia non habebit uocẽ in capitulo, nec uocabitur ad cões tractatus, non recipiet præbendam in communi, ſed in ergaſtulo ei prõuidebitur, ſecundum Inn. & Hoſt. ¶ [*In gl. hic patet, in fi.*] ſi tamẽ dicatur. ꝙ in hoc releuentur regulares, & ɔ̃riũ in ſecularibus locum habeat, non eſſet mirum, cũ grauentur in ordine inquiſitionis, qui nõ ſic ſeruatur ad unguem in illis, ſup. tit. 2. qualiter. 2. in fi. & eſt regulare, quod qui in uno grauatur &c. ff. de iureiu. eum, q de parochi. c. 1. ſupra de transla. c. 2. Eſt ſecunda ratio, quia regulares præſumũt hoc facere cã eleemoſynæ, & animæ ſaluandæ, arg. qđ me. cã. c. pen. de cõuer. cõiu. dudũ, & ideo mitius cum ipſis agitur. Tertiò quia hoc eſt regulare cum religioſis mitius agi. de hoc, de do. & cõt. c. 2. poſſet etiam dici ad ſolu. cõtrarii hoc locum habere, quando iudex ex officio generaliter in-

qui-

, quirit tam in capite, quàm in membris, & contra il-
lum, qui non eſt infamatus: prima tamen & tertia ra
tio plus placent Hoſtien. ¶[*In glo. ſic, ſupra ibi, municipes*]
9 Dicit† Hoſtien. quòd licet intelligantur ſcire, non ta-
men puniuntur, niſi conſenſiſſe probentur, ut patet
in no. ſupra eo veniens, & c. de hoc, & ad hoc, infra de
elect. ſi compromiſſarius. libr. 6. & adde quod ſtatim
dicam[*& ibi, procedentibus*] ad idem de pœ. di. 1. nemo,
& infra de pœnis. fælicis, ad fi. lib. 6. [*& ibi, ſicut*] ubi de
hoc[*& ibi, Io. dixit*] qui hoc notauit hic, & 12. q. 2. epiſ-
copus qui mancipiũ [*& ibi, dixit*] Bar. Brix. quod vni-
uerſitas, in qua non ſunt infantes, & ſimiles perſonæ,
bene poteſt accuſari: quia poteſt dolum committe-
re. & ad l. ſi ex dolo, ſubaudit, de facili, & ita ibi ſupp.
Accuſ. & in l. metum. §. 2. ff. quod me. cauſa. pro hoc
dicto, quod placet Lau. 25. q. 2. ita nos. ſatis facit. C. de
re mili. l. fin. uerſu at autem, lib. 12. & facit, quod no. ff.
quod cuiuſ. uni. l. ſicut. §. 2. & ff. de reg. iur. l. aliud §. 1.
de communicato cõſilio, & pulſata campana. Et po-
terit collegium, & uniuerſitas pœnam pati non ſolũ
aliam, ſed etiam capitalem, infra de no. oper. nun. c. 2.
ſicut & decapitatur ciuitas per aratrum, ff. quib. mo.
uſuf. amit. ſi uſuſfructus 2. ad idem ff. de uſuf. an uſufru
ctus, & facit 1. q. 1. iudices, in prin. Quidam dicunt de-
lictum operationis non cadere in magnam uniuerſi
tatem. ad hoc l. ſi ex dolo. delictum negligentiæ ſic, ad
hoc, C. de ſacroſan. ec. l. iubemus, in auct. de ſanc. epi.
§. fin. [*Et ibi, Tan. dixit*] & Vinc. hic. & ſupra de ſer. non
or. de famul. & idem Inn. & Hoſtien. qui hoc no. hic,
& de ſen. ex. grauem, & de iniuri. in noſtra, & Guil. in
ſpe. de accuſato. in fi. [*Et ibi, collegij*] & an interim illi de
collegio poſſint promoueri. dicam, ſupra de elec. per
inquiſitionem. ſuper glo. fi. intelligas ſecundum Ho-
ſtien. non ſolum contra collegium, ſed etiam contra
ſingulares. & ſi reperiatur tota uniuerſitas, uel maior
pars deliquiſſe, poterit tota uniuerſitas puniri non ca
pitaliter, corporaliter, uel ſpiritualiter, ideſt per excõ-
municationis ſententiam, cum corpus animatũ non
habeat ad hoc aptum, ſed aliàs in pecunia, uel alia tẽ-
porali pęna ad hoc apta, uel ſpirituali, puta per ſenten
b tiam interdicti [b] & erit hic caſus ſpiritualis, quo pu-
nietur is, qui forſan non deliquit, nec delicto conſen-
ſit. contra id, ſupra de his, quæ fi. à ma. par. cap. quæſi-
uit. & poteſt reddi ſpecialitatis ratio, ne aliàs propter
difficultatem probationis delicta remaneant impuni
ta, infra de ſen. ex. vt famæ. §. 1. ſed de delicto officialiũ
quos elegit, uidetur teneri, argum. de offi. ar. ea quæ;
maxime quãdo poteſt reſiſtere, infra de ſen. ex. quan-
c tæ [c], licet ſit argum. contra eo. tit. grauem. ſingulares
igitur innocentes ſoluendo cum aliis pro ſolido & li-
bra proportionaliter puniuntur ſine culpa, ſed ſubeſt
cauſa; quod eſt ſæpius reperire, ſupra ut lit. non cont.
c. fi. §. ſi uerò aliter. ſinguli etiam, contra quos ſingu-
lariter proceſſit inquiſitio, punientur capitali pœna
corporali, & ſpirituali, ideſt excõmunicari poterunt;
ſi hoc criminis qualitas exigat, aliàs punientur plus,
vel minus, ut ſequitur in glo. ſecundum Hoſtien. ¶ Et
an punita iam uniuerſitate poſſint ſingulares puniri,
uide quod dicam de pœnis, c. ulti. lib. 6. ſuper glo. pen.
diſputant legiſtæ caſum conuerſum, ſcilicet an uni-
uerſitas poſſit de publico crimine accuſare per ſindi-
cum? Tenent communiter quòd non: ſed accuſabit
ſindicus, ſi uolet ſuo nomine, non uniuerſitatis, tamẽ
ad uniuerſitatis commodum, ſicut tutor ſuo nomi-
ne accuſat, tamen ad utilitatem pupilli. C. qui accuſa.
d non [d] poſſ. l. 2. huiuſmodi ratio multiplex eſt, ſcilicet
quia in crimine publico non interuenit procurator,
de quo ſatis dixi, ſupra ti. 2. ueniens, ſuper 1. gloſ. Item
hic deficit talionis pœna in accuſante. nam ſuccum-
bens ſyndicus non puniretur: quia ſuo nomine non

accuſauit, & ſic non eſt ſua calumnia. ſinguli de uni-
uerſitate non, quia ſingulorum nomine non accuſa-
uit. 12. q. 2. qui manumittitur. uniuerſitas, non: quia
non uidetur capax pœnæ, de hoc dixi ſupra. Ad l. ult.
C. de re mi. quam ſuperius allegaui. quæ multum ui-
detur cõtra, reſpondetur, quòd ibi defendit ſyndicus
in publico crimine, non accuſat, quia ſi non admitte-
retur ad defendendum, uniuerſitati non poſſet aliter
conſuli: ſecus in accuſando. ubi conſulitur uniuerſita
ti ſyndico accuſante ſuo nomine ad uniuerſitatis cõ-
modum, ut prædixi; & ſic non remanebit crimen im-
punitum. per quod reſpondetur ad decr. ut famæ, de
ſen. ex. cum concor. all. prædicta lex vltima, de publi-
cis cauſis loquitur, nõ publicis criminibus. vel quòd
ibi de ſyndico dicitur, non reſpiciat publica crimina,
quod probat litera ibi ſequens, prout legibus cautum
eſt. hoc tenendo ceſſat quæſtio, an ſyndico accuſante
nomine uniuerſitatis, ſi mors ſequatur, ſinguli ſint ir
regulares. & tamen ſi admitteretur, extat remedium
dec. ſecundæ, de homi. lib. 6.

ANNOTATIONES.

a ¶Interrogatum. Vide glo. contra ibi Io. And. in c. dilecto, in glo. fi. ſupra de præben. contra tex. in l. denunciaſſe. §. quæſtione, & l. ſeq. §. ſi eo tempore. & ibi Bar. ff. de adul.

b ¶Interdicti. hoc tenet Bart. in delicto, quod propriè cadit in uniuerſitatem, in l. aut facta, ff. de pœnis.

c ¶Quantæ. contrarium tenet Bart. in l. aut facta, ff. de pœnis, in antepe. q. & uide Doct. in l. iubemus nullam, præallegatam, & Bart. in l. 1. §. familiæ, ff de pub. & uec.

d ¶Non. Ibi uide Cy. Bal. & Sali. & Bar. in l. 1. in fi. ff. de accuſa.

SVMMARIVM.

1 *Contra de ſimonia deponentes teſtes quæ poſſint excipi, & nu. 16. 17. ea quid appelletur, num. 24.*

2 *Ex filiorum prætermiſſa correctione quid euenerit eis, & Heli patri, & num. 3. & 21.*

Inter correctionem & correctionem differentia.

Prælatis quæ dicentur in die iudicij.

Parentes qui liberorum mortem forti animo tulerint.

3 *Heli ætas & longitudo regendi & iudicandi quanta, mors etiam & num. 21.*

Apoſiopeſis figura locutionis, ad dictio. teneatur.

De crimine quibus cognoſcatur modis.

4 *Correctio etiam per nuncium fieri poteſt abſenti, ponitur pro monitione hic.*

Inquiſitio fit ex duabus cauſis. quandoque cauſatur ſequeſtrationem, quandoque ſuſpenſionem, num. 13. 14.

Viſitare poteſt ordinarius ſine infamia.

Frequentis nomen quo numero contentum ſit, & num. 8.

5 *Clericorum cauſas criminales qui cognoſcant.*

Offendere quid.

Credendum facile non eſt.

6 *Incognitum quid cuipiam dicitur ut iudici, non ut homini.*

Perſonarum plurium uice fungens uarium ius admittit.

Seniores & conuocandi, & quare, & nu. 21. in fi.

7 *Inquirens an recuſari poſſit, & iudiciarium ordinem ſeruare contra clericum poſſidentem eccleſiam.*

Monacis denunciantibus ſumptus à monaſterio dari debent.

Denuncians ſimoniam an debeat præmonuiſſe.

9 *Non punitur, cum non ſua uoluntate deſiſtat.*

Denunciatio quandoque tranſit in inquiſitionem.

10 *Teſtium depoſitiones ſcribendæ ſunt.*

Aſſeſſio debet eſſe iurata, ut ſufficiat.

11 *Prædeceſſoris relicta in bonis eccleſiæ computantur.*

Dilapidatio, duplex eius ſuſpitio qualiter probetur, num. 14. habet tria ſpecialia, & quæ, nu. 15.

12 *Quando operetur ſuſpenſionem ab adminiſtratione, & quando remotionem, & nu. 13. 14. 15.*

13 *In ea cognoſcenda quomodo procedatur, & num. 14.*

Ab adminiſtratione remotus ſit infamis, in fin. & nu. 14. cir. fin.

Expen-

14 *Expenſa temperandæ ſecundum eccleſiæ facultates etiam à nobili.*
Ordinis executionem remotus ab adminiſtratione, & infamatus amittit, cir. fin. & num. 19. in fi.
15 *Accuſatores qui præferendi, cir. fin. non facile remouendi ut index num. 16. in fin.*
16 *Teſtis, ſicut index, non ſemper repellitur, ut hic.*
17 *Admiſſio quid operetur conſpiratorum, & inimicorum.*
Excommunicationis exceptio ſemper admittitur.
18 *Epilogus gloſſarum.*
Monitio in quibus caſibus ſit neceſſaria, & num. 19.
19 *Suffragium gloſſarum.*
Sententia formanda pro qualitate actionis, & num. 22. §. 1.
A ſacerdotij gradu quis retrahatur.
Infamia perpetua quis notetur.
20 *Additio gloſſarum, & num. ſequen.*
22 *Iudex idem & accuſator eſſe non poteſt, iuncta glo.*
Minus intelligitur ualere, quod nihil ualet, & minus ſolutum, & ſi nihil ſolutum ſit.
23 *Cautio in ſuſpectio de dilapidatione non admittitur.*
Læſæ maieſtatis crimine accuſatus an ſit reprobandus.
Caſus pro caſu ponitur, §. fin.

CAPVT XXXI.

1 LIcet Heli. Sũmabat Abbas, quòd †monaci de ſimonia, per
iurio, dilapidatione & inſufficientia ſuum
denunciare poſſunt Abbatem. melius dic
Abb. contra teſtes, qui ſuper ſimonia depoſuerũt cõ-
tra ipſum in iudicio inquiſitionis excipere poteſt, ꝙ
ſunt inimici, uel conſpiratores: alias autem exceptio-
nes criminum non poteſt opponere. & poteſt diuidi
in 3. partes. in 1. ponit exordium vſque ibi, cum igitur:
ibi narrat factum, & ordinem proceſſus. & allegatio-
nes pro & contra uſque ibi, Ne uerò. ibi interloqui-
tur. & expone [*licet*] pro quamuis [*Efficaciter*] quantum
2 in eo fuit. nam, ut ibi dicit glo. Heli filios †corripuit, &
compeſcuit, ſed lenitate patris, non auctoritate pon-
tificis [*Corripuit*] corripere potuit, corrigere non: ma-
nus comprimere potuit, non animum mutare 47. di.
§. neceſſe, in fi. Talibus uerò prælatis in die iudicij di-
cturi ſunt ſubditi, quod habetur l. di. ſi quis diaconus,
in fin. [*Corruens*] non fuit iſte Oratius Puluinus ponti-
fex, Anaxagoras, vel alij, quos ponit Valerius, li. 5. ſub
ulti. rub. de parentibus, qui liberorum mortem forti
animo tulerunt. ibi dicit, quòd Oratius audita filii
morte, dum dedicaret Ioui. nec manũ remouit à po-
ſte, nec vultum à publica religione ad priuatum do-
lorem deflexit, ne patris magis, quàm pontificis par-
tes egiſſe uideretur, Anaxagoras nuncianti ſibi filii
mortem nil inquit inexpectatum, uel nouum nun-
cias. ſciebam enim ex me natum eſſe mortalem. uide
de Melama. ualde pulchrè in Hieron. ad Paulam. 1. &
quod dixi, de ſepul. ſuper rub. in fin. [*Expirauit*] dabant
3 †Pet. & Abb. uerſus, Funere creduli factis ceruicibus
Heli, Corruit de ſella, triſti ueniente nouella. Habet
hiſtoria, quòd 98. annorum erat, & 40. rexerat popu-
lum, & iudicauerat [*Taceatur*] tacendo exprimit, ſic ſu
pra de offi. or. inter cætera [*Inquiſitionem*] omiſit de ex-
ceptione, quia hic tantum proſequitur modos agen-
di ſecundum Goffr. Eſt etiam modus actionis, ſupra
de procura. tuæ. & uide quod dixi, ſupra titu. 2. ſuper
his, in glo. [*Charitatiua*] quod ſemper præſumitur, infra
4 de re. iur. eſtote. Vinc. [*Correctio*] quæ etiam † per nun-
cium fieri poteſt ad abſentem 1. q. 7. conuenientibus
Io. Idem Guil. in ſpec. de denun. §. 2. uerſi. quid ſi mo-
riens. & dic cor. 1. monitio ſecundum Vinc. & Hoſti.
[*Clamoſa*] quod hic dixit Innocen. uide ſupra eo. quali-
liter 2. ſuper uer. periculum [*Inquit*] Gene. 18. [*Publicam
famam*] dicit Innoc. hic poni duas cauſas, quare fit in-
quiſitio. ſubdit, quod uiſitare poteſt ordinarius ſine
infamia, ut dicam, infra capitu. proxi. in prin. [*Frequen
tem*] forte trinam, de cauſa poſ. cum eccleſia. ff. de uſu
ri. cum de in rem uerſ. uel binam, ſupra de teſta. quia
25. q. 2. ita nos. C. de epiſ. an. nemo. uide quod dixi, ſu-
5 pra ti. 2. qualiter; ſuper uerſ. ſæpe [*De † quocunque*] quo-
modo ex hoc uerbo arguit Io. Fa. pro conſue. quæ ha
bet, epiſcopos cum ſuis capitulis ſine epiſcoporum
præſentia diffinire cauſas clericorum criminales, etiã
ſi ſint in ſacris, uide In ſpec. de accuſatione. §. contra-
cto loco, poſt prin. [*Offendere*] ideſt mouere, & turba-
re. Goffre. [*Non facile*] contra facile credentes uide in
Hiero. ad Celantiam. E. [*Credere debet*] quod eſt infra,
contra 22. q. 4. innocens. ſol. ut ibi no. & 86. di. ſi quid
6 [*Incognita*] vt † iudici, etiam ſi ſciat ut homo. 6. q. 2. ſi tan
tum (*Senioribus*) Hiero. ſuper Ioelem. c. 1. ibi, congrega
te ſenes, dicit quorum ætas uicina morti, maturæq;
ſententiæ magis timorem & cultum ſuſcipit dei (*Non
tanquam*) uerba Inno. auctoris, quia finitus eſt canon.
7 [*Officij ſui*] quid ſit clericus poſſidet eccleſiam, diœce-
ſanus dicit, quòd minus canonicè tenet illam: cleri-
cus petit ſibi libellum offerri: epiſcopus dicit, ꝙ uult
inquirere, cum tempore tanto uacauerit, quòd ad
ipſum deuoluta eſt poteſtas: clericus dicit, quod ex
hoc habet eum magis ſuſpectum, cum cauſam ſuam
agat, nunquid locus erit recuſationi ex hac cauſa? di-
cit Hoſtien. quòd non: quia ſicut à correctione non
appellatur, ita nec occaſione correctionis poterit fie-
ri recuſatio, ad hoc de ap. ſuper eo. 2. credit etiam non
offerendum libellum: quia niſi clericus probet ſe ca
nonicè inſtitutum, hoc eſt auctoritate epiſcopi, uel
alicuius ordinarij, ad quem ſpectet, omnino remouẽ
dus eſt ex officio, & ſine libello, de inſt. c. 3. de cler. per
cu. ca. fi. & ſi male tenet eccleſiam, certum eſt, quòd
animam ſuam damnat, & parochianorũ animas de-
cipit, ſupra de elec. dudum. 2. Ergo non detur libellus,
nec differatur inquiſitio, quia in talibus periculũ eſt
in mora. ad hoc ſupra eo. Mattheus, cũ ſi. & quia po-
teſtate, & non libelli oblatione utitur in criminibus
puniendis, ut patet de priuil. cum & plantare §. de cõ
fratribus. & ideo de talibus fit inquiſitio etiam gene-
ralis, ut patet de præben. graue. & quod per officium
talia expediantur, patet de æta. & qua. c. 2. 3. & 5, & ca.
cum bonæ, in fi. de ſup. neg. præ. c. 2. de cleri. non reſi,
quia nonnulli, & c. relatum, & c. conquerente, & ca.
inter. 4. & cap. fi. de præben. referente, & cap. de mona
cis 10. q. 1. regenda, & cap. ſequen. de offi. or. c. r. Et eſt
caſus, ut ecc. bene. c. uno, de exceſ. præla. ad aures. nec
ob. de reſti. ſpo. conquerente: quia ibi nullus ordo ſer
uatus fuit, ſed epiſcopus ſimpliciter ſpoliauit non ci-
tatum, nec conuictum. uel dic ut ibi. ſupradicta intel-
ligit Hoſtien. uera in facto recenti. In antiquo dicit ſe
cus: tum. quia prælatus tam diu tacuit, ſupra de frigi.
c. 1. licet argu. contra de teſta. c. r. tum quia forte diffi
culter poſſet probari. cito enim cadunt probationes,
& ideo ad delationem iuramenti forte recurrendum
eſſet in tali caſu, argum. C. qui teſta. fa. poſſ. hac con-
ſultiſsima, §. at cum humana, & C. de re. cre. genera-
liter. 1. reſpon. remittit etiam, ſupra de præſump. illud,
a ad fin. & infra de cler. ex. propoſuit [a] (*Cum igitur*) hic in-
8 cipias caſum (*Frequenter*) non † ſemel tantum (*Diſſona-
bant*) ſup. tandem (*Monacis*) propriis, quibus ſumptus à
monaſterio dari dicunt, ſupra de accuſa. ex parte, & c.
olim Vinc. (*Inſufficientia*) de hoc, infra c. proxi. uerſi. ille
quidem (*Exhibita*) patet ergo, quod denuncians ſimo
niam repellitur, niſi præmonuerit. de hoc, no. ſupra
de accuſa. inquiſitio 1. reſpon. & hoc credo, ut ibi dixi
tamen tenens opi. contrariam ad hanc decre. reſpon-
dere poſſet, quod forte ſimonia non erat talis, quæ
poſt pœnitentiam impediret dignitatis retentionem

puta

pura contulerat prioratum per ſimoniam, nec enim
dicitur hic, quod abbatiam acquiſiuiſſet per ſimoniā
& facit quod dixi, ſupra eo. dilectus, 2. uel neceſſe fuit
monitionem probari non propter crimen ſimoniæ,
ſed propter periurium, & dilapidationem [*Super hoc*]
forte uolebat Abbas reprobare perſonas, uel dicta:
uel dicebat unam ſolam monitionem probatam, vel
9 his ſimilia [*Voluimus*] hic † non punitur denunciator,
cum nō ſua voluntate deſiſtat. & ſic non ob. ſupra ti.
1. c. a. ſecundum Inno. ſecundum quem not. quod li-
cet cęptus ſit proceſſus in modum denunciationis: ta
men, ſi ibi ingeratur aliqua difficultas, trāſitur in mo
dum inquiſitionis: ſed Hoſtien dicebat hic ex volun-
tate papæ inſurgere hæc ſpecialia. Primum eſt, quod
dictum eſt, qþ eſt contra id. C. quomodo & quando
iu. auct. qui ſemel. ſecūdum, quod papa admittit eos,
qui venerant contra Abbatem, cum aliàs proſequēs
non admitteretur in teſtem: imò niſi per alios proba-
ret, puniretur, ut dixi. Tertium collige ex decretali, ſu
pra de accuſa. ad petitionem, quod dic, ut ibi in glo. 2.
Quartum ex eo, quod dicam, infra ſuper uer. diſputa-
re [*inquirere*] in quo agendi modo nō erat admonitio
neceſſaria, Vinc. [*Præmiſſis*] hic reaſſumit principium
[*Plenam*] & meram, ſupra ti. 2. qualiter 1. & c. ſequen. &
quod hic not. Goff. dixi de accuſa. qualiter 2. in §. de-
bet, & prin. & ſuper 1. glo. Et quod hic dixit Inno. di-
xi, de accuſa. cum dilecti. in prin. in glo. 1. ipſius. & gl.
10 ſequen. & uide infra c. proxi. in prin. [*Ut † ſcripſit*] ut fie-
ri debet, de proba. quoniam [*Diſputare*] forte papa de-
dit aduocatos proceſſui, uel hi, qui primò proſeque-
bantur, denuò ſunt admiſſi; ſed prior uerior & iuſtior
ſecundum Hoſtien. [*Aſſertione*] iurata, infra ti. proxim.
uer. cunque aliàs non ſufficeret ſine confeſsione, quę
11 ſequitur, ſupra de teſti. nuper [*Relictum*] no. † relicta per
prædeceſſorem in bonis eccleſiæ computari. ad idem
de elect. quia ſæpe, li. 6. de offi. or. præſenti. eo. li. ubi de
hoc [*Eum*] dicebatur in an. propter has, & alias prę ſum
priones [*Quaſi de*] i. de quaſi dilapidatione, ut ſic poſſet
notari differentia inter dilapida. & quaſi dilapidatio-
nem propter mobilia, & immobilia; ſicut in poſſeſ-
ſione. & quaſi ſecundum Hoſtien. [*ſuſpectum*] ultra ea,
12 quæ dicit glo. dixit hic Hoſti. quod † ſi euidenter con-
ſtat de ſuſpitione dilapidationis, uel uideatur papæ,
ſuſpenditur ab adminiſtratione. nam & ad hoc ſuffi-
cit ſecundum Inno. leuis ſuſpitio. ff. de ſolutl. quod ſi
b for te. §. 1. ff. de ſuſpect. tu. l. 3. §. præterea [b] non tamen
per ſolam accuſationem remouetur, niſi alia proba-
tio adſit, ut hic. ſed contra inſti. de ſuſpect. tu. §. ſi quis,
autem. ſed ſecundum Inno, aliud eſt in tutore, qui nō
habet niſi ſolam adminiſtrationem, ſicut & procura-
tor: unde facilius remouetur. ff. de procura. quæ om-
nia. aliud in prælato, qui ius habet in rebus ad digni-
tatem pertinentibus. quare difficilius ſibi tollitur ad-
miniſtratio, notat etiam hic, quod ad inquiſitionem
proceditur propter ſolam infamiam dilapidationis,
etiam ſi non ſit ſuſpectus, ſed nō ad remotionem ab
adminiſtratione, niſi ſit ſuſpectus, vt hic. vel dic, quod
maior ſuſpitio eſt neceſſaria, ut remoueatur ab admi
niſtratione, quàm ad procedendum ad inquiſitionē
ſecundum Innoc. dicit etiam Hoſtien. eum ab admi-
niſtratione ſuſpendi, quando ipſo adminiſtrante in-
quiſitio impeditur, tunc enim alius adminiſtrator ſu r
rogatur. & ſic intelligas. 3. q. 2. quia ea, arg. C. de ſuſpe.
tu, eum quem, ſupra de accuſ. olim. & ſecundum hoc
13 intelligantur no. in dec. uenerabili. dicebat † Hoſtien.
quod quando de dilapidatione inquiritur, fiunt duæ
inquiſitiones, prima de ſuſpitione: ſecunda de ueritа-
te. de prima fit inquiſitio ſummaria: ideò quia time-
tur, ne is, contra quem de ueritate inquirendum eſt,
officiales corrumpat, & inquiſitionem ueritatis im-
pediat, ſi in adminiſtratione perſeueret: ideoque ſi de
ſuſpitione ſummariè inquiſita ſuſpectus appareat, ab
adminiſtratione remouetur, ut hic, & 3. q. 2. quia ea,
ſecundum Goff. ſicut aliàs propter inquiſitionem fit
ſequeſtratio. ff. de app. imperatores. 2. q. 6. quor. & ſa-
cerdos ab executione ordinum ſuſpenditur, ſupra eo
dē accuſatum, & c. quot. infra de pur. can. inter ſolici-
tudines, & tutor ab adminiſtratione, ſi ipſum ſuſpe-
ctum eſſe liqueat apertiſsimis argum. ff. de ſuſpe. tu. l.
c 4. §. præterea: qui ſi ob fraudē remoueatur, infamis [c]
fit. C. de ſuſpe. tu. l. ſi aliàs autem non remouetur, niſi
probata ſuſpitione, ut hic dicitur, & in auten. de non
ali. re. ec. §. quia uerò Leonis, & ſequentibus, colla. 2.
14 ¶ Probatur † autem ſuſpitio per coniecturas, ut ſi ec-
cleſia magnos habet reditus, nec requiruntur magnę
expenſæ, & nihilominus eſt prælatus magnis debitis
obligatus, ut hic patet. nec excuſet ſe obtentu nobili-
tatis: quia quamtūcunq; nobilis ſit, teſti ingere debet
ſe, & temperare expenſas ſecundum eccleſiæ faculta-
tes, ut patet in eo, quod legitur & not. ſupra de uita &
ho. cleri. quoniam, rub. 1. ſupra de inſti. cap. 1. & c. au-
ctoritate. probata uerò ſuſpitione ſuſpecto ſuſpenſo
inquiretur de ueritate dilapidationis non ſummatim
ut prius, ſed plene. & ſi ueritas reperiatur, nec poſsit ſe
excuſare, omnino deponetur ab adminiſtratione in
perpetuum, & dabitur nō coadiutor, ſed adminiſtra-
tor. C. de ſacroſanc. ec. iubemus. 12. q. 2. nobis. Igitur
per primam ſententiam remouetur ab adminiſtratio
ne temporalium, quæ eſt in actu tantum, ſiue ſuſpen-
ditur, ne impediatur inquiſitio veritatis, & ne interim
bona eccleſiæ diſsipet, ut hic innuit, & 3. q. 2. quia ea,
ibi, interim & c. nihilominus tamen prælatus rema-
net, & adminiſtrator in ſpiritualibus 12. q. 2. nobis, &
c. vulteranę, 8. q. 4. nonne. 15. q. ſi. c. fin. ſupra vt lit. pen.
per totum, ſecundum Goff. quod intelligas, niſi & de
ipſius malitia uериſimiliter præſumatur: puta aſtrin-
git ſibi illos, qui ueritatem ſciunt, uel alio modo cor-
rumpit, uel eis minatur, ne ueritatem dicant, ſupra de
teſti. cum literis. §. 1. & cap. conſtitutis. 1. reſpon. tunc
enim & à ſpiritualibus ſuſpendi poſſet, infra de excel.
præla. tanta eſt clauis. nam & adhuc iuſtè timere poſ-
ſunt ſubditi, cū ipſius iudicio nunc poſsint opprimi,
nunc erigi pro libito uoluntatis, 16. q. 2. ca. 1. poſt me-
dium. ad idem in eo, quod legitur, & not. ſupra de ac-
cuſa. olim, & c. cum P. §. prouiſo. In ſecunda uerò ſen
tentia, & quò ad actum, & quò ad ius omnino remo
uetur ab adminiſtratione ſpiritualium, & temporа-
lium, ſupra de accuſa. qualiter. 2. §. 1, in fi, & licet remo
tus in ordine ſuo remaneat: executionem tamen or-
d dinis non habebit, [d] cum per ſententiam remaneat in
famatus, C. de ſuſpec. tu. l. fin, & quia eius delictum fa-
ctum eſt notorium iuris, ſupra de tempori. or. c. fi. ſu-
pra de coha. cleri. & muli. c. noſtra, & c. fin. ſecundum
Goff. Si uerò conuinci non poſsit, poterit ſe purgare,
ut patet in eo, quod legitur & no. ſupra de accuſ. cum
15 P. §. ſi, & c. ueniens, in ſu, & † no. quod in hoc crimine
tria ſpecialia poſſunt notari. primum eſt, quod abſens
& contumax condemnatur, etiam lit. non cont. C. de
pœnis, ne diu, contra regulam, ſupra ut lit. non cont.
ſecundum eſt, quod propter ſolam ſuſpitionem per
neque. So. hic interuenit pactio de remittenda portione beneficij, quod de iure peti poterat, quę portio cõſideratis fructibus temporalis eſt. unde poſſet laico aſſignari. de hoc de inſti. c.2. & ſic uidetur remiſiſſe temporale pro ſpirituali beneficio conſequendo: ſed idẽ
eſt remittere, quod dare. ſupra eo, querelam item ſubdiaconatui annexus eſt titulus, qui ſicut & beneficiũ
debuit ſine diminutione coferri. 1.q.3.c. fi. ſupra ut eccle. bene. c. uno. ſecundum Goff. & Hoſt.

SVMMARIVM.

1 *Annexum idem facit quod principale.*
Simoniacum quid dicitur, quia prohibitum, ut hic.
Pecunia ſimonica cui reſtituenda.
2 *Epilogus, & additio gloſſarum.*
Spiritualia quæ dicantur, & cadant in uitium ſimoniæ.

CAPVT XXXVII.

COnſulere. Non eget ſumma[*Vicedominatum*] cui aliquid ſpirituale annexum eſt. 1.q.1. ſi quis epiſcopus,
Inno. & Ab. [*Adminiſtrationem*] perpetuam.
Aliud enim, ſi ad tẽps uendantur fructus. de hoc. ſ. c. nõ
ſatis [*Simonia*] eſt autem hoc ſimoniacum prohibitum

[Con-

[*Contumeliam*] ar. pecuniam ſimoniacam reſtituendã
ei, in cuius contumeliam data eſt. dic ut ut ſupra eo.
2 de hoc. ¶† Secunda gloſſ. arguit, & argumentum de-
terminat. ¶[*In glo. 1 ibi. ſaluator*] & ead. quæſtio. §. 1. ad
huius intellectum ſciendum, ſpiritualia ſumi quando
que in eſſentiã. Et hæc aut incorporalia, aut corpora
lia. prima nullo mõ ca dunt ſub precio, vel in venditio
nem. talia ſunt dona, & uirtutes ſpiritusſancti. facit. 7.
q. 1. c. 1. & c. iudices, & q. 1. ſaluator. hoc per ſe patet. ſe-
cunda. ſicut reliquiæ ſanctorum. & hæc de facto uen-
di poſſunt, ſed non ſine peccato, uel uitio ſimoniæ, ſu
pra de reliqui. c. 2. & no. 1. q. 1. qui ſtudet. quædam ue-
rò ſunt ſpiritualia per cauſam, ut ſacramenta ſtrictè,
uel largè ſumpta, quę ſunt cauſa gratiæ. hęc de facto
cadunt ſub precio, inquantũ corporalia ſunt, ſed non
ſine uitio ſimoniæ. infra cap. proxi. 1. q. 1. dictum. quæ
dam ſpiritualia ſecundum ſtatum, ut religio, & de
his ut de proximis, infra eo. quoniam, idẽ de ſpiritua-
libus, quæ à ſpirtuali poteſtate deſcendunt, infra eod.
audiuimus. Idem in ſpiritualibus ex officio eccleſia-
ſtico, & de his hic. officia ergo, quæ uel ex ordine cõ-
petunt clericis, ut pulſare campanas, claudere oſtia ec
cleſiæ, uel ſunt adminiſtrationes in eccleſiis, uel eccle
ſiarum rebus, non uenduntur ſine uitio ſimoniæ, ut
hic & in iuribus allegatis in glo. ſunt quædam ſpiritua
libus annexa, uel ab eis dependẽtia, ſicut beneficium,
uel prębenda, ius decimarum, & ſimilia, & de his vt ſu
pra. ſunt etiam quædam annexa, quia ordinata ad ſpi-
ritualia, ſicut uaſa ſacra ad uſum ſacramentorum, &
ueſtes, & huiuſmodi; quæ etiam uendi non debent,
de reli. do. ad hæc, de con. di. 1. ligna, & c. ueſtimenta.
patronatus etiam annexus eſt ſpiritualitati, nec per ſe
vendi poteſt, de iure. tranſit tamen cum uniuerſitate,
eo. titu. ex literis, ubi ſatis ad hoc ¶[*In gl. 2. ibi, qui ſtudet*]
& c. 2. ubi de hoc [*Et ibi, ad actum*] & ſi pactum interuẽ-
nit, eſt dẽteſtabilis: alias eſt mentalis. de hoc dixi ſupra
eo. nemo, ſuper gloſſ. 2.

S V M M A R I V M.

1 *Simoniaca exactio tribus in caſibus hic dicitur, & quibus, & n. 5.*
& quibus alijs, nu. 3. & 5.
Occ ultum nihil in fi.
2 *Chriſti miraculum quod mirabilius cæteris.*
3 *Cap. ut præterita, ſupra de electio. non obſtat huic.*
Contributio expenſarum pro electo, uel ordinato licet.
Conſenſus facto comparatur in fin.
5 *Epilogus, ſuffragium & additio gloſſarum, nu. 5.*
Cenſum portare tempore chriſmatis, non eſt abſurdum.
Ordinando quando liceat aliquid temporale dare, & ad id etiam
cogetur.
6 *Simonia quare uocata neophytorum.*

C A P V T XXXIX.

1 SIcut pro certo. Caſus† Simo
niacum ẽ ali
quid exigere pro conſecrationibus epiſco
rum, benedictionibus abbatum, uel ordi.
clericorum, nec excuſat conſuetudo. Et primò narrat
exceſſum, & ipſius excuſationem. ſecundò excuſatio
nem reprobat, exceſſum prohibet, & pœnam addit.
ſecunda ibi, tantum igitur [*Perſonis*] in miniſteriis for-
ſan epiſcoporum, & ſuperioribus, vt de illis taceatur,
qui infamari non debent. Dicebat Hoſti. quòd etiam
ipſi caueant, ne hoc faciant: quia bene inuenientur,
qui hæc dicent, de uoto, magnæ, uerſi. præterea, & ſe.
2 [*In templo*] Matt. 21. & inde per Chriſtum expulſis, ut
ibi. Multum extollit Hiero. illud miraculũ ſuper Mat-
thæ. tit. 3. F. ſic dicens, Suſcitatione Lazari, illuminatio
ne cęci, & cæteris hoc uidet mirabilius, quòd vnus
homo illo tempore contemptibilis, & in tantum ui-
lis, ut poſtea crucifigeretur, ſcribis, & Phariſęis contra
ſe ſæuientibus, & uidentibus deſtrui ſua lucra: potue-
rit ad unius flagelli uerba circa multitudinem men-
ſas, & cathedras talia facere, quæ infinitus non feciſ-
3 ſet exercitus [*Epiſcoporum*] contra ſupra de elec. ut præ
teritæ. Sol. ibi, de expenſis, quæ fiunt ab electo, uel or-
dinato, ad quas contribuire debent, quos res tangit.
hic loquitur de eo, quod exigitur pro collatione or-
dinis, conſecrationis, uel ſacramenti à conſecratore,
uel eius miniſtris ſecundum Hoſtien. [*Taxatum*] ſupra
eo. dilect⁹. 2 in fi. [*Pro his*] ſup. enumeratis. Idẽ de aliis
ſpiritualibus, uel annexis ſupra c. proxi. [*Collatis*] tollit
fraudem & opinionẽ dicentium, ꝙ licet exigere poſt
factum, ſed prius non [*Aliquid*] temporale, uel quaſi.
De ſpirituali uerò, uel onere annexo dic ut ſupra de
elec. ſignificaſti, & de præben. ſignificatum [*Exigere*]
hoc iuſtificat decre. Innocen. [*Dederit*] uel conſenſe-
4 rit, ſupra, capitu. non ſatis. ¶ Secunda † gloſſ. dicit, un-
de dicantur & cæt. ¶[*In glo. 1 ibi, pro conſuetudinibus*] uide
ſupra eodem, cum in eccleſiæ. ſuper gloſſ. ſecunda.
5 ¶[*In glo. 1 ibi, conſuetudinem*] dixit Vincen. quòd ſi con-
ſuetudo eſſet, quòd cenſus alias debitus epiſcopo por
taretur tempore chriſmatis, non eſſet abſurdum, quia
prælati dant chriſma ſubditis, & ſubditi cenſum præ-
latis, de cenſi. omnis plus. dixit Hoſtien. quòd ſi eſſet
de laudabili conſuetudine, quòd ordinandus aliquid
temporale. puta. 10. lib. daret ad fabricam eccleſię, vel
aliud diuinum cultum reſpiciens, uel ad ſuſtentatio-
nem pauperis ſacerdotis, & ſi ordo liberaliter confe-
rendus ſit, cogetur tamen poſtea hãc cõſuetudinem
laudabilem obſeruare. ad hoc infra eo. ad apoſtolicã,
a & remit. ibi, & infra eo. Iacobus. ¶[*In glo. 2. ibi, teſtamen-*
6 *to*] 4. Re. 5. [*Et ibi, Simone*] qui forte fuit neophitus. &
ideo uocata eſt ſimonia hæreſis neophitorum. 1. q. 1.
quiſquis p pecuniã: ubi de hoc [*Et ibi, teſtamento*] Act. 8

A N N O T A T I O N E S.

a ¶Ibi. Facit quod no. de præben. ſignificatum. & quod no. gl. in c
pe. infra de mag.

S V M M A R I V M.

1 *Religioſi precio recepti quibus ſubdantur pœnis, & nu. 6. & quan*
do, nu. 5.
2 *Moniales quot recipi poſſint, monialis appellatione uenit ab-*
batiſſa.
Excuſantur ob ignorantiam & ſimplicitatem, nu. 3.
Palliare quid.
Commodè quod poſſumus, id poßumus.
3 *Noua receptio monialiũ fit, ſi prior erat illata, diſpẽſari uẽ tamen.*
Mulieribus permißum ignorare ius.
Monacis an idem, debent eſſe æquales, nu. 5. cir. med.
4 *Epilogus, ſuffragium, additio gloſſarum, nu. 5.*
Simoniacis ueſci non licet, ſed potius fame mori.
Paupertas excuſat à furto, & an à receptione temporalis pro ad-
miſſione in monaſterium.
Quòd canonicus habeat ſicut unus ex aliis, eſt de iure communi.

C A P V T XL.

1 QVoniam. C. † Religioſi precio rece
pti unà cum recipientib.
de monaſterio repelluntur, & in arctiora
mon. detruduntur: ſed an concilium ſic re
cepti ponebantur in aliis locis eiuſdem ordinis, niſi
multitudo ſit in cauſa. & ſunt partes quatuor. Prima
prouidet circa futura. ſecunda circa præterita ibi, de
his. tertia prorogat ibi, etiam. quarta publicatio-
nem fieri præcipit ibi, uerum [*Paupertatis*] hodie † in
mon. monialium non mendicantium recipi non

poſſunt, niſi quot poſſunt abſque penuria ſuſtentari,
a de ſta.reg.ea.uno.§ ſane lib.6. [*Palliare*]i.quaſi pallio
coperite [*Prælata*] & ſic appellatione monialis ueniat
abbatiſſa; quod dic. ut infra c.fi.[*Reſtitutionis*]idem uet.
de do.& con,ueritatis.in fi.[*Perperã*]ſimoniacè. i.[*Eiuſ-*
dem]ergo non arctioris.& in hoc differt à proximo ca
ſu[*Collocentur*]ſi commodè fieri poteſt:aliàs &c. & ſic
continuatur,quod ſequitur [*Commodè*]id ſolum poſſu
mus,quod commodè,ſupra de ele.quia propter & in
telligitur hoc de receptis ante concilium, ſecundum
Hoſt.quia ubi eadem ratio &c.imponi tamen debet
3 eis maior pęna[*De † nouo*] ſi.ſupra eo.ex inſinuatione,
& c,de regularib.& ut dicit Ho.de hoc fit mentio in li
teris,quę emanãt tota die à pœnitentiaria.ad idem in-
fra c.fi.[*Excuſare*]monacæ.ſ.per ignorãtiam,& ſimpli-
citatem,qua mulieribus permiſſum eſt ignorare iura.
ff.de proba.cũ.de indebito.§.ſinautem.& idem poſſet
dici de monacis inexpertis rerum forẽſium, ut ibi. &
ſic poteſt intelligi.C.de epiſ.& cle.reperita,ar.ſupra de
poſtulando.c.2.de ſin.c.uno,de accuſà.ôlim, quod di
cit Hoſt.uerum de his,qui nũquam clauſtrum exiue-
runt,ſed cum hodie pauca ſint monaſteria,quorũ fra
tres ad iura audienda non exeant, non poterũt de fa-
4 cili iuris ignorantiam allegare ſecundũ eum. ¶ † Pri-
ma gl.tex.adiuuat per can.dec.& l.demũ determinar,
ul.conſulit.¶ Secunda gloſ.obiicit de dec.dilectus,&
inquiſitionis, & ſoluit.demum ponit quæſtionem,
quam ſoluit,& remittit.Item aliam quæſtionem,quã
dupliciter ſoluit ¶ *In gl.1.ibi.§.non eſt*]uide de diuor.ex
5 literis.in 1.gloſ. ¶ † *In glo.1.ibi,eſt illis*] debuerunt enim
uelle potius fame mori,quam ſimoniacis ueſci,ut 32.
quæſtio.4.ſicut,ſanctius.licet paupertas excuſet à fur
to:quod dic ut infra de fur.ſi quis,per Go.[*Et ibi pacto*]
ſi ergo non præcedit pactio, licet illa uerba ſic dican-
tur, non eſt ſimonia ſm T.& Hoſt. qui hoc not.ſupra
e.tua.quod ibi intelligit Vin.quãdo recipientes egen-
tes ſunt:alias etiam taliter non liceret recipere.Innoc.
autem ibidem tenet,quòd non licet aliquem ſic reci-
pere,etiam ſi iungatur,ꝙ bona eccleſiæ, uel mon.nõ
ſufficiunt niſi receptis, cum non excuſet paupertas ꝑ
hanc dec.ſed nec pactum ualet,ꝙ non petatur, quod
de iure communi competit,ſupra eo.per tuas.3.& in-
fra.c.pe. Eſt autem de iure communi,ꝙ canonicus,
uel monacus habeat ſicut unus ex aliis, de conſtitu.
omnes,de præben.relatum(*& ibi,ſi quis propter hoc*] Io.
& idem no.ſupra eo.non ſatis,in 1. gloſ. & de hoc. 1.
q.2. in ſum. ¶ *In glo.2.ibi,dilectus*]hoc placet hic Innoc.
6 & Hoſt.[*Et † ibi,depoſiti*]ex quo executionem non ha
bent:ſed ad hoc reſpondet Hoſtien.quòd cum depo-
ſito non ſic de facili diſpenſabitur.de hoc ſupra de cle
ri.non reſi.ex tuæ [*& inf.*] uel ſecundum Hoſtien. in-
tra ſepta mon.retrudetur in ergaſtulum, ubi arctiorẽ
uitam ducit,quam alii,ar.1.d.ſtudeat.& ſic mẽs iſtius
pœnę ſeruabitur nam ſicut hæretici carcerantur, de
hære.c.pen.ſic & iſti, ut in gloſ.ſe. ¶ *In gloſ.ul.in fi.*]Io.
de Iudæis,ita quorundam,in fi.de pœni.& remiſ.om-
nis.Hoſtien.

ANNOTATIONES.

a ¶ Sane.Et ibi uide gl.in uer.pecuniæ.

SVMMARIVM.

1 *Epiſcopi nihil debent exigere pro permiſſione inſtitutionis recto-*
rum, monacorum profeſſione, uel mortuorum ſepultura: alias
quæ pœna ſit.
Difficultates quibus modis ab epiſcopis,ut quid extorquant.
2 *Epilogus, & additio gloſſarum, nu.3.*

CAPVT XLI.

1 AVdiuimus. Caſus. Epiſcopi † nil
debent exigere, ut in
eccleſiis ſibi ſubiectis permittant rectores
inſtitui, monacos profiteri, uel mortuos
ſepeliri:alias exacta reſtituent duplicata. & ſunt tres
partes. prima narrat.ſecũda prohibet.tertia pœna im-
ponit[*Interdicto*]ut abſolutio redimatur. ſic ſupra eo.
ad aures [*Inſtitui*]quod nec ſine ipſis fieri põt. de hoc
ſupra de cle.pereg.cap.fina.de offic. ar. cum ſatis[*Re-*
linquerit]miles, uel clericus.de quo relicto etiam eſt di
ſtinguendum, ut ſupra de ſep. de his [*Ingerunt*] præla-
tim interdicendo, excommunicando, pignorando,
uel alias uexando,uel ipſis conquerentibus iuſticiam
negando,ſupra eod.dilectus, infra de priuil. capitu.4.
& cap.quanto,infra de pœnis,capitu.3.[*Reſtituat*]fide-
liter conuertenda, quod eſt in fin.[*Diſpendium*] ſic ſu-
2 pra eod.conſulere. ¶ † Gloſ. 1.quærit,ſoluit, & remit-
tit. ¶ *In glo.ult.in fin.*]uide,ſupra eo. titu.de hoc, in prin.
3 ul.gloſ. ¶ *In † glo.1.ibi,quòd non*] idem hic Goff. ¶ *In glo.2.*
in fi.]de eo, qui cog.con.ueniens.2.Phi. ¶ *In glo.3.in fi.*]
& infra de iudeis.ad liberandam.

SVMMARIVM.

1 *Sacramenta ſunt liberè conferenda, & nu.3.5.6.*
Conſuetudines tamen laudabiles obſeruari cogit ordinarius, & quę
ſint huiuſmodi, uel contra, nu.3.4.& 5.6.§.2.
Exigere, uiolentiam, extorquere iniuſtitiam ſapit.
Cupiditas in clericis maximè reprobatur.
2 *Fictiones quæ ſint clericorum ad eliciendas pecunias pro officiis*
eccleſiaſticis.
Quid Demoſtene fuerit adimentum ut uitaret patrocinium contra
Philippum Regem.
4 *Iudæi ſi ora propria neque ſacerdos.*
5 *Franci ſoluebant decimas mobilium tempore mortis, & cur.*
Britanniæ conſuetudo in diſpenſatione tertiæ partis bonorum.
Oblationibus in conſecratione eccleſiæ etiam clerici, & qui & quo
iure debent habere, & agere poſſunt §.Dicit etiam, & facere di
uiſionem [illegible] ante earum acquiſitionem.
Pro ſepulturis mortuorum an quid dandum & ad id poſſit agi,
ibid. & nu.6.& cir.fin.uer.quid de his.
6 *Epilogus, & additio gloſſarum, num.7.*
Laici abutuntur ſibi permiſſis conſuetudinibus, ad dictio.eligere.
An pro pſalterio ad corpus defuncti legẽdo poſſit dari pretiũ in fi.

CAPVT XLII.

1 AD apoſtolicam. C. ſacramen-
ta ſunt liberè
conferenda. cogit tamen ordinarius laicos
laudabiles conſuetudines obſeruare. Et.i.po
nit clericorum,& laicorum exceſſum.2. contra utrũ-
que prouidet.2.ibi, Quapropter[*Exigunt*]uiolentiam
no.ſic ſupra eo.ſicut[*Extorquent*]iniuſticiam ſapit, Ho
ſtien.[*Cupiditas*]quæ maximè in clericis reprobatur,
de cenſi.ea quæ, de decimis,capitulo primo, de præ-
ben, auaritiæ [*Fictitia*] fingunt † ſe grauiter infirmos,
uel abſentem eum, qui clauem habet, uel opponunt
excommunicationem, ſuſpenſionem, interdictum,
uel ſimilia.Hoſtien. Legitur de Demoſtene petito ab
Athenienſibus in patrocinium contra Philippum re
gem Macedonum, cum ſe excuſaſſet, quòd habeat
morbum.ſynanche.reſpondit alter mordendo,quod
non ſynancham ſed argentinaurem patiebatur.uide
in hiſtor.libro quarto capi.91.[*Econtra*] ac ſi dicat,ex-
preſsimus ſupra malitiam clericorum, nunc ſubmit-
timus malitiam laicorum[*Pietatis*]alias prauitatis:tũc
expone[*Canonice*]i.canonicorum.iuxta id,ſupra de de-
cimis,tua,ſecundum Hoſtien. Tullius.i.de offi.quid in
hoc

hocdicat ſcripſi in cle.de hære.ad noſtrũ, ad ſi.[*Præ-*
3 *mes*] prauæ†intelliguntur, quando aliquid exigitur ꝓ
collatione ipſorum, uel ſaltem ſatiſdatio [*Obſeruari*].
cum effectu, ar.de cleri.non reſi.relatum, Ergo is, q
contra conſuetudinem eius pet eã introductã eccle-
ſiæ ſubtrahit, ſatisſacere compellitur: alias conſuetu-
do oon ſeruaretur cum effectu ſecundum Hoſt [*Libe*
rẽ] ur nec exigatur prius pecunia, nec ſatiſdatio, nec
fiat pactio, nec teneat ſacerdos quaſi loco pigooris
cramentum, niſi fiat ſatiſdatio, uel ſolutio. ſic loquũ-
tur iura, ſupra eo.titu.quæ dicunt conſuetudinem in
talibus nõ ualere ſecundum Ho. [*Per epiſcopum*] ac ſi
4 †dicat ſacerdos non erit iudex in re propria: ſed diœ-
ceſanus, ſi uideat conſuetudinem probabilem & lau
dabilem, ad coerctionem procedet: alias abſtinebit
[*Compeſcantur*] laici. & de clericis dicam infra, c. Iacobus
5 [*Immutare*] intellexit† Innoc. iſtud uerbum de his, qui
mutare uolunt antiquas pias conſuetudines ſolicitã-
do, uel ſtatuendo, quod nil detur pro ſepultura, uel
ſimilibus: nullus tamen eas ſeruare cogetur, ſupra. c.
non ſatis, cum ſuis concord. facit, quod præcedit de
hæretica prauitate, & quod habetur, infra de ſent.ex.
nouit. Si igitur eſſet conſuetudo, quòd pro pœniten-
tia daretur nummus, uel aliud ſimile, non cogeť quis
ad hoc. Huius euidens ratio: quia aut dedit coactus;
& ſic fuit ſimoniacum, & contra ius naturale. & ſic
præſcribi oon potuit, & per cooſequens nec eſt con-
ſuetudo, de conſue. c. fi. [*Aut uoluntarius*] & ſic non eſt
cogendus. Sed Hoſtien. dicit contrarium elici poſſe
per decre. ſupra de cenſi. ex parte, & ex his, quę infra
dicam ſecundum ipſum Inn. qui dicebat, quòd ſi ſit
conſuetudo, aliquid dari non poteſt tempore colla-
tionis ſacramentorũ, ſicut Venetijs ſoluitur in mor-
te decima mobilium. In Britannia tertia diſpenſanda
in opus eccleſiæ, & pauperum, bene ſunt cogendi ad
ſeruandam hanc conſuetudinem. 11. di. in his. 12. di. il
lud, & c. ridiculum, & ca. conſuetudo. & ex eo, quod
tanto tempore ſoluerint, præſumuntur prius ſe ad id
uoluntarie obligaſſe. & hoc etiam no. Pe. & Abb. Et
dicit Hoſt. quod Venetorum conſuetudo inducta ẽ,
quia in uita Veneti nil ſoluunt pro decima, ideo in
morte omnia ipſorum mobilia decimantur: quod
quandoque eſt eccleſiæ damooſum, quandoque lu-
croſum, ſecundum quod plus, minuſue uiuunt ho-
mines. poſſet enim 100. annis ſolũ ſemel mobilia de-
cimari: quia tantum uixit paterfamil. poſſent enim
in tribus dieb. tertiò decimari, vt ſi primo pater mo-
ritur, ſecũdo filius. 3. nepos ex filio. Dicit ergo, quòd
quò ad immobilia, in quibus non excuſat conſuetu-
do, nec quò ad mobilia, cum pro illis in uita nihil ſol
uant. & ſic in quanti. non poſsit allegari conſuetudo
ſecundum no. de decimis à nobis. c. 1. li. 6. Non uidet
perfectam excuſationem, niſi talis conſuetudo ſit ap-
probata per papam ſecundum no. de deci. à nobis, &
c. tua. Dicebat autem Inno. non cogi ad ſoluendum
id, quod tempore collationis dari cooſueuit, quia ſpe
cies mali eſt, & pręſumiť hoc ſimoniacè introductũ.
ad hoc. ſ. eo. ſicut pro certo. dicit ẽt certũ pro nullo
temporali differendam ſacrorũ collationẽ, nec ſpon-
te datum eſſe ſpernendũ. 1. q. 1. quam pio Dicit etiã,
quòd ſi conſuetudo eccleſiæ habet, quòd in conſe-
cratione eccleſiæ aliquam partem habet cõſecrator
de oblationibus, & aliam clerici, qui obſequunť con
ſecratori, ad illã cõſuetudinẽ agi poterit petitorio, &
& poſſeſſorio. 10. q. 3. nec numerus. 18. q. fi. Eleuthe-
rius, c. ſeruitiũ. Idẽ de ſepulturis mortuorũ, & ſimi-
lib. q̃ debentur de iure, uel de cõſuetudine, de ſepul.
certificari. Si uerò ſint aliqua non ex cõſuetudine ge
nerali, ſed ſpeciali debita, ut ſi conſuetudo eſſet, ꝙ in
conſecratione hẽret. 100. marchas, non crederẽ talem
conſuetudinem ſeruandam[a], cum male de ea præſu-
matur, ut dictum eſt. Non negamus tñ, quin poſsit ac
cipere expenſas pro ſe, & comitibus ſuis. & ẽt certum
quid poteſt ſtatui. quod accipiat pro expẽſis: quia nõ
cogitur militare ſuis expenſis. 10. q. ul. relatum. 12. q. 2.
charitatem. Expenſas. n. epiſcopus à uilla, ubi ſunt ba
ptizandi, uel chriſmandi, uel alia ſacramenta conferẽ
da, uel eccleſia conſecranda, petere poteſt, ſi hñt, un-
de præſtent: alioquin ipſe de ſuo faciat. 10. q. 3. cauen-
dũ. nec ob. c. q. oec numerus: quia illud loquitur, qñ
a aliquid exigebatur ultra expenſas, nam, cũ baptizan
di ad domum baptizantiũ uenirent, nihil pro expẽſis
accipient, cũ & ipſi expenſas non faciant. uel põt me
lius dici, ꝙ aliud eſt petere aliquid ab his, quorũ eccle
ſia cõſecratur, vel de bonis eorum, & hoc nullo mõ
licet, ẽt ſi de hoc ſit generalis conſuetudo. ſ. eo. in tm̃.
aliud eſt nihil ab eis petere, ſed de oblationib. q̃ non-
dũ peruenerunt in ſpãle dñiũ alicuius, uel uſum, uel
poſſeſsionẽ, diuiſionẽ aliq̃ facere, & hæc licet, & cõſe
cratioois tpe eccleſiarũ, vel collationis ſacrorũ. Tñ
credimus, ſi eps, uel clerici dicerent, non interim, niſi
ſecuri ſimus, ꝙ dabitis nobis oblões, uel ꝙ uos dñe
epe nobiſcũ ſm conſuetudinẽ antiquã dimiſeritis, ꝙ
peccarent. ſ. eod. cũ in eccleſiæ. ar. ꝯ 53. di. quia ſancta.
Imò plus dñt aliqui ꝙ clerici, qui cooſueuerunt hẽre
aliquã partẽ ab epo. põt ei dicere, ſi ceſſauerit aliquã
partẽ debitã dare, dõec nõ intrabimus, de cætero, ar. 95.
di. eſto. 45. d. cũ beatus; quia ſi eps rõne cõſuetudinis
petat eos cogi ad ſecum interesſendũ, & ipſi rñde-
būt, & tu ipſe circa hoc ipſam coſuetudinẽ ſerua. nos
tñ credimus, & idẽ Ho ĩ. eo. Iacobus, ꝙ non eſt licitũ
clericis negare epo obſequiũ cõſuetum, licet epiſco-
pus deneget conſuetã partẽ oblationum. immò, ſi
fecerint, agere poterit eps noĩe eccleſiæ peti. & poſ-
ſeſ. ꝯ clericos, cum hæc exceptio nunq̃ inueniatur in
iure, ſed clerici ſimiliter cũ epo, non pro eccleſia, põt
agere petito. & poſ. ad prædictã cõſuetudinem cõſer-
uandam, & ẽt quia infringit epiſcopos conſuetudi-
nẽ, ſi expedit canonicis, & ſi cõſuetudo tm̃ in fauorẽ
epi eſſet introducta, poſſent agere ut abſoluerẽtur à
prędicta conſuetudine: quia priuil. & c. 11. q. 3. priuile-
gium. Sed hoc non credit Inno. nã licet aliquãdo ob-
tineat in priuile. non tamen obtinet de iure commu
ni, uel conſuetudinario, quod difficilius ab homine
ſeparatur, quã gratia. ſed poſſuor agere, & petere, ut
quãdiu non ſoluerit epiſcopus, quod cõſueuit, nec
ipſi obſequium debitũ præſtare teneantur. & ſic loq-
tur. 95. eſto. 45. di. cum beatus. ¶ Vlt. glo. dupliciter le
git fineoi capituli, ſed primam lec. approbat. ¶ *In glo.*
1. in fi.] Go. ne cleri. uel mon. non magno. ¶ *In glo. 3. ibi,*
poſſunt] facit quod no. 47. di. ſicut, in ul. gl. & 1. q. 7. exi-
b gunt.[b] Hoſten. dicit, ꝙ hñt ius petendi ſaltem in mo
dum denuntiatioois, de qua ſupra, de iudi. nouit, quæ
de plano & ex officio expediť [*Et ibi, laudabile*] ut ſi in
obſequiis ſolet dari cæreus, in benedictiooibus nu-
bentium panis, uel uinum. In conſecrationibus ma-
nutergiũ, uel his ſimilia, licet propter hoc noo ſint ſa-
cramenta deneganda, uel differenda: tamen poſt ip-
ſorum collationem populus compelleretur ad illa
c pręſtanda ſecundum[c] Goff. [*Et ibi, implorato*] de plano
& ſine libello. Hoſtien [*Et ibi, introducta*] de hoc. 63. diſ.
quia ſancta. & alle. Phi. ad hoc, ff. de peti. hæred. hære
ditas. §. 1. [*Et ibi eligere*] quia permittitur patrono pau-
peri paſci de bonis eccleſiæ, ipſe uult rapere. Io. uel ſe
cundum Inno. uolunt prædicare, contra id, infra de
hære. cum ex iniuncto. uel poſſunt lites dirimere, &
eccleſiam defendere, & ideo iuriſdictionem vſurpãt,
de conſtitutio. eccleſia uel fingunt ſe purgare terram
malis hoĩbus, iõ ante degradationẽ puniũt clericos,
uel ſepulturã uendunt, ut aliã emant. & ideo uolunt

uendere cæmeteriatam, uel ut paſcant pauperes, ſęno
ratur, infra de uſur. ſuper eo [*& in fi.*] quid de his, qui
habent duo cæmeteria, quorum alterum uocant pa
radiſum, in quo nõ ſepelitur corpus, niſi prius tor li-
bræ ſoluantur? quid ſi maior crux non porretur, niſi
certo precio habito? & de 10. aliis quæſtionib. remit-
tit Ho. ad ſum. eo. ti. §. qualiter committatur, uerſi. q d
de his, qui habẽt diuerſa. & nunquid pro pſalterio ad
corpus defuncti legendo poſsit dari precium. eod. §.
uerſi. quod ſi clericus. de materia per Th. ſec. 2. q. 100.
art. 2. & 3. & uide quod dixi, ſupra eo. conſulere.

ANNOTATIONES.

a ¶Exigebatur. Vide glo. & Io And. ſupra eo. cum ſit Romana.
b ¶Exiguor. Et quod no. glo. ſupra eo. ſuaor, & idem quod hic oor.
gl. in fi. tenet glo. in c. ſuor, prælleg.
¶Secundum. facit quod no. Ion. ſupra io glo. ma. uide C. de ſac.
ſan. ec. l. priuilegia, & ibi Bar. & doc.

SVMMARIVM.

1 *Abbas Ciſtercien. probibetur ſolenniter inſtallari, & nu. 4.*
Profeſſio hic qualiter ſumatur.
Ordinum originalia ſeruanda.
2 *Papæ creditur, licet originale non exhibeatur. quibus caſibus nõ obediendum, nu. 3.*
Contra regulam à papa approbatam nulli licet quid mandare.
Ciſtercienſes non ſunt iure communi exempti. unde probent exemptionem, habent priuilgia, & nu. 4.
3 *Poſterior in ordine, non infert in obedientia hic.*
Perpetuum refertur ad uitam hic, in fin.
4 *Additio gloſſarum.*

CAPVT XLIII.

1 NE dei. Primò † prohibet Abb. Ciſter-
cienſi ſolenniter inſtallari. ſe-
cundo ponit formam obedientiæ, quam
pmittunt epiſcopis [*Profeſſionis*] idelt obe
dientia profeſſæ. Ho. non intelligas de profeſsione,
quam facit monacus, quæ præcedere debet electio-
nem ſecundum Goff. de elec. nullus, li. 6. [*Origine*] ori-
ginalia enim ordinum ſunt ſeruãda, de ſta. mo. reco-
2 lentes [*Tale eſt*] Creditur † papæ, licet non exhibeatur
originale: alias ſecus C. de eden. auct. ſi quis in aliquo
Gof. [*Subiectionem*] per hoc recognoſcit eum dominũ
[*Reuerentiã*] per hoc recognoſcit eum patrem [*Obediẽ-
tiam*] recognoſcit eum iudicem. Hoſti. [*Patribus*] qui
ordinauerunt Ciſtercien. quod ex quo regula eſſet
approbata per papam, nulli liceret aliquid contra re
gulam mandare ſecundum Innoc. & Abb. [*Epiſcopo*]
patet hic Ciſtercien. de iure communi non exẽptos:
priuile. tamen ſua ſunt illis ſeruanda. & ſi exemptos
ſe dicunt, illud probent, quod dic, ut infra de priuil.
3 cum perſonæ, lib. 6. [*Saluo † ordine*] quia ſi papa manda
ret aliquid, quod eſſet contra ſubſtantialia ordinis, uel
peccatum, non debent obedire, ſupra de ſta. mo. cum
ad mon. in fi. ſecundum Innoc. quod dic ut ibi ſecun
dum Hoſtien. & de uoto. c. 1. multominus epiſcopo.
Nam licet papa hic poſterior ponatur in ordine, eſt
tamen prior in obediẽtia. 11. q. 3. qui reſiſtit 9. q. 3. cũ-
cta, & c. per. principalem [*Perpetuo*] idelt quandiu ui-
xerit, & Abbas permanſerit, de elec. uenerabilem, ad
4 fin. ¶ † Gloſſ. 1. ponit prin. caſus. ¶ *In glo. 1. ibi, Abbatibus
Ciſter.*] habent et iſti aliud priuilegiũ, ſupra de ſup. ne.
præ. c. 1. ¶ *In glo. 2. ibi, ubi.*] & per hoc reprehendit hic
Goff. Vincen. qui dixerat, quod licet ſeculares inſtal-
larentur, religioſi non. Dixit autem, quod hic non
prohibetur inſtallatio, ſed ſolennitas, & exactio. Ho-
ſtien. tamen dicit, quod de plano inſtallari poterunt
per monacos eligentes, ſtemus in hoc interpretatio-
ni conſuetudinis inter eos ſeruatę per tempora. ¶ *In
gloſſ. al. in fi.*] & ſupra de electio. quiſquis. uel ſimonia-
cus. 79. diſt. c. 2. Hoſtien.

SVMMARIVM.

1 *A canonico denuò recepto non poteſt exigi prandium prætextu conſuetudinis, uide nu. 4. & 7.*
Canonicus in duabus eccleſiis an quis eſſe poſſit n. 2. canonici quo modo cogi poſſunt, nu. 5. remiſſ.
Lapus Abbas & iuriſconſultus tempore Io. And. fuit, imitatus eſt Io. And. in comment ad a hac decretali. eius quæſtiones in eam quæ, nu. 8.
Lapus idem quod Iacobus, & ubi.
Iacobus interpretatur uitiorum ſupplantator, ut hic fuit in fi.
2 *De præpoſitionibus, in, & de, remittit.*
3 *De receptionib. in canonicũ, & ſimilib. & quæ ius tribuat, remiſſ.*
Prouentuum eccleſiaſticorum diuerſæ ſpecies.
In abſentia qui percipiantur.
4 *Vt clerici quid exigant a clericis temporale, quæ conſuetudo ualeat, quæ non, & ſi a laicis quæ.*
Decimas præſcribunt clerici contra laicos, non contra, in fi.
5 *Clauſula, ſi eſt ita, intelligitur etiam non appoſita.*
Aequalitas ſeruanda inter canonicos.
6 *Copulatiua utrunque requirit impleri.*
Compulſionis nomine quid ueniat.
7 *Additio gloſſarum.*
Simoniam exactio inducit.
Dare eſt quandocunque dare, fallit.
Annexum præbendæ quod eſt, debetur, & quo caſu hic.

CAPVT XLIIII.

1 IAcobus. Caſus. Prætextu † con-
ſuetudis non poteſt exi-
gi prandiũ à canonico de nouo recepto.
Prima ponit querelã. ſecunda dat iudicẽ.
ibi. Quocirca. Eſt ſciẽdum, ꝙ olim filius,
nunc pater dominus Lapus Abbas ſancti Miniati de
Florentia decretorum doctor imitari me uolens, de-
cretalem hanc ſui nominis commentauit, nam ut di
cit, Lapus apud eos ſonat in Iacobus, ſicut Bononiæ.
Namne ſonat in Ioannes. ſummabat ergo, & diuide-
bat plenius, dicens ſic. Recepto in canonicũ prouen-
tus, & præbenda debentur, q̃uis non det recipientib.
prandiũ, quod ſibi ex conſuetudine deberi ꝓtendũt
diuidit, ꝙ in prima ponitur facti narratio, q̃ tria conti
net, ſ. Iacobi receptionẽ, recipientiũ denegationẽ, &
cõſuetudinis allegationẽ. ſecũda ibi. Quocirca, in qua
tria ponuntur, ſ. papalis commiſsio. conſuetudinis re-
probatio, & canonicorũ cõpulſio. Subdit aũt, ꝙ iſte
Iacobus iuxta ſui nominis interpretationem fuit ui-
cioſũ ſupplantator: quia prauæ cõſuetudini aquieſce
re noluit, uel forsã auaritia cũ traxit [*In eccleſia*] hic tra
2 ctat † de propoſitionibus, in, & de, qđ notaui in cle.
a de præben. c. 1. in gl. de iſto [*Aprutina*] ſ̃m hanc literã
iſte erat duarum eccleſiarum canonicus, de quo ui-
de. 86. di. ſanctorum, & quod dixi, ſupra de prębẽn. de,
multa, ſuper ulti. gl. ſed alia litera habet, a pueritia, ſe-
cundum quam ceſſat, quod dixi & qua ætate poſsit
quis canonicari, remit. Hoſtien. de præben. ſuper in-
3 ordinata, ubi dixi in ulti. gloſſ. [*Si receptus*] de his † rece-
ceptionibus ſatis hic per. D. Lapum. loquitur autem
hic de receptione, quæ tribuit, & dicitur collatio. ſic
ſ. de reſc. cũ aliquibus, de præbẽ. cum in eccleſiis, li. 6.
[*Et in fratrem*] de fraternitate tractat hic, remittens ad
ea, quæ ſcripſi, de reg. Ioannes, in gloſſ. eſt ſciendum
[*Partem prouentuum*] qui ueniunt in communi, & po-
ſtea inter capitulum diuiduntur, infra de uerbo. ſigni
fica. olim. uel de diſtributionibus loquitur. & quod
ſequitur de præben. intelligitur de diuiſa quæ dicitur

corpus

corpus præbendæ,& percipiunt in quibuſdam eccle-
ſijs in abſentia.ſupra de conſtitu.cum omnes,ſecun-
dumHoſti. quod in diſtributionibus non procedit,
etiam ſi id habeat conſuetudo.de cle.nõ reſi.c.vno,
lib.6.[*Conſuetudinem*]quæ ſecundum †Hoſt. non excu-
4 *ſat*, ubi clerici à clericis exigunt aliquid tẽporale ſpe-
ctans ad repletionem uentris, uel propriam utilitatẽ
petentium,ſupra eo.ſicut,& c. in tan.cum ſi. no. ſup.
de conſti.ex parte. Si uerò petatur paramentum, vel
aliud ſpectans ad diuinum cultum, uel fabricam ec-
cleſiæ, dicit Hoſt. & placet. D. Lapo id omnino ſer-
uandum,de teſta.officii.c.fi.ſupra de his, quæ fiunt à
ma.par.ca.c.fin.& hoc caſu ante receptionem poſſet
exigi cautio,ar.de præben.ſignificatum,de ele.ſigni-
b ficaſti,& quod no.de cenſi.quanto, [b] quaſi Deus cũ
canonico ſpirituale cum ſpirituali permutet.ar.ſ. de
re.permu.ad quões.à laicis uerò poſſunt exigere cle
rici ea,quæ conſuetudo laudabilis introduxit,etiam
ſi repletionem uentris, uel aliam priuatam utilitatẽ
reſpicere uideantur,ſupra eo.ad apoſtolicam.Diuer-
ſitatis ratio triplex eſt ſecundum Ho.quia quod iudi
catur priuatę utilitatis, cum clerici petunt à clericis,
iudicatur publicæ,cum clerici petũt à laicis, ar.ff.de
iuſt.& iu.l.1.& 2.di.ius publicum. ſed publica fortior
eſt, quam priuata.ſ.de regu.licet,de fo. com.ſi diligẽ
ti.Secunda,quia laici ſunt clericis infeſti,& mille mo
dos adiuueniũt defraudãdi clericos, & eccleſias. fiat
ergo in hoc compenſatio:maximè cum per hanc p-
uideatur ſaluti.ſ.de decimis,cum non ſit.3.quia cle-
rici ſunt ſibi magis ſubditi,& ad inuicẽ obedientes,ꝙ
laici.Si in talibus igitur iudicaretur conſuetudo lau-
dabilis, prælatis daretur materia ſubditos opprimen
di, quod non eſt faciendum,de diuor. quanto.§.pe-
ſic.&t laici difficilius abſoluuntur,quam clerici,ut di-
cã,de ſent.ex.peruenit. Laici ꝯ eccleſias decimas non
præſcribunt, de præſcrip.cauſam.Clerici ꝯ laicos be-
ne,de decimis,cũ ſint,& c.ad apoſtolicæ. Põt aſſigna
ri quarta ratio per decre.de his,quæ fi.à præla.cũ apo
ſtolica:quia non refert,quę eccleſia habeat,dummõ
laicus non habeat.Remittit etiã ad ſum.eo.ti.§. qua-
liter,uer.ſolutio,ex pacto,& ſeq.[*Si eſt † ita*] intellige-
5 batur,etiã ſi non fuiſſet appoſitum,de reſc.c.2.& ui-
de quod no.in Cle.de of.dele.c. uno [*Dictos canonicos*]
quomodo iſti vniuerſaliter,& particulariter poſſunt
c cogi,dicam de ſent.excom.Romana.§.uit.[c] li.6.[*Vni
ex alijs*] arg. pro ęqualitate præbendarum. de hoc,de
cõſti.cum oẽs, de maio.& obe.ſtatuimus (*Et præben-*
6 *da*]propter† copulatiuam utrunque impeludum eſt,
ut dicit.D.Laur.uide,quod no.de reſcr.c.2. & c.olim
[*Compellas*]quid ueniat in hac compulſione, remit.d.
Lap.ad ea,quæ dixi poſt Hoſtien.de æta. & qua. cum
bonæ,ad fi.de offi.dele.c.1.& c. præterea,in fin. cum
7 cõcor.¶†*In gl.1.ibi exigi*] exactio inducebat hic ſimo
niam ſecundum Vinc.& Goff.& D.Lap.nam alias,ſi
præbendam liberè contuliſſent, dato prandiũ po-
ſtea interuenientes non induceret ſimoniam, nec obſt.
quod dicitur, dare eſt quandocunque dare.1. quæſt.
2.eos: quia illud uerum pactione præcedente. Dixit
etiam Vin. quòd ſi hoc onus prandii eſſet annexum
præbendæ,quòd bene deberetur,argu.C.de do.quæ
ſub modo.l.1.de præbẽ.niſi,& c. ſignificatum: quod
& ſatis credo, cum & tota præbenda poſſet deberi,
de reſcrip.ſi propter, li.6.ſalua moderatione Ioan. in
8 dec.ſuſcepti.Sciendum†etiam,quòd.D.Lap.hic for-
mauit.17.q. quarum aliquæ materiam reſpicientes
expeditę ſunt ſupra,& aliæ ſupra eo.ad apoſtolicã,&
infra c.ſi.de reliquis,quæ non reſcipiunt propriè ma
teriam,licet aliquibus uerbis capituli adaptentur, in
ſuis locis proprijs tractabitur.

ANNOTATIONES.

a ¶Preben. Et per Bar.in l. Gallus.§.ille caſus,ff.de li.& poſthu.
b ¶Quanto.uide ſupra eo.ſicut pro certo,per Io.And.ſuper.1.glo.
c ¶Vlti.& ad hoc facit.c.cum qui, eo.ti.li.6.& l.ea quidem, C.ſi
man.ita.ſue.ali.

SVMMARIVM.

1 *Pro promiſſio non poteſt agi,ubi obſtat turpitudo.nu.3.*
Receptionis tempus inſpicitur in caſu huius decre.
Inquietatio ubi fiat.
2 *De repræſentatore quo loquatur hæc conſtitutio.*
Ab ordinum quorum executione ſuſpenſus ſit hic præſentatus.
Suſpenſio hæc quouſque duret.
3 *Epilogus, & ſuffragium,& additio gloſſarum,nu.4.5.*
Simonia directè in ordine aliter plectitur, quam per indirectum
commiſſa,& qualis hic fuerit.

CAPVT XLV.

1 SI quis. Se ſummat [*Promiſit*]nõ†po
teſt,qui ſic promiſit, agere,
ut ſibi remittatur promiſsio: quia obſtat
ſibi turpitudo ſecundum Innoc.& Hoſt.
[*Recipiens*] in ipſa ordinatione,uel præſentatione: ſe-
cus,ſi poſt,ſupra eo.ad apoſtolicam. ſecundum Gof.
[*Inquietet*] extra iudicium. ff.de peti. hære. diuus: uel
in iudicio.ff.rẽ.ra.ha.quo enim,& l.amplius,Go [*Re-*
2 *præſentator*] per id† quod ſequitur,patet, quòd loqui-
tur de clerico repræſentante, puta archidiacono re-
præſentante ad ordines, de præben.cum ſecundum.
De laico igitur præſentante ad eccleſiam, uel etiã de
clerico hic non loquitur ſecundũ Ho.[*Ordinum*] quos
ſic contulit;uel conferri fecit ſecundum Go.Ho.con
tra, ſ. quòd de omnibus ordinibus hoc intelligatur;
& facit,quod dixi,ſupra eo.per tuas.2.[*Triennium*]quo
lapſo iure pœna remittitur ſecundum Inno. & Hoſ.
[*Suſcepto*] punitur plus ordinator propter uinium cha
3 racteris,ſecundum Pe.& Boa.¶†Gloſ.1. quod hic de
iuramento dicitur,coadiuuat.demum ſignat contra
rium ¶Gl.2.rñ.per obie. deponi quod debebant. ex
quo &cæt. ſoluit,ſolutioni obiicit, & reſpon.in fin.
4 quæ fuit addi. dat uerum intellectum ¶†*In gl.1.ibi,ge
neraliter*] ſequitur,nouimus turpes ſtipulationes nul-
lius eſſe momenti [*Et ibi ſi ſtipulor, ut id*] exemplificat
lex illa de illo, qui ſtipulatur ſororem ſuam ſibi nu-
pturam [*Et ibi, non dubium*] uide in dec. infra proxi. al.
ſuper ulti. gloſſ. ¶*In glo.2.ibi, quin etiam*] liberatus ab
5 obligatione uidetur accepiſſe.¶†*In gl.1.ibi,debitores*]
ibi dixi ſuper 1.gloſ.[*Et ibi,non temerit*]adde,quod no.
de præben.ſi epiſcopus cui,lib.6.in ulti. gloſſ.¶*In glo.
2.ibi, debetur*] ſi bene aduertis in dec.ueniens,remitti-
tur, quod nondum debebatur [*Et ibi, imponitur*] ſup.
6 tamen imponitur, Abb.[*Et ibi† deponentur*] idem dicũt
Innoc.& Hoſtien. ipſe tamen Inno. uidetur uelle fi-
naliter,quòd hic non committatur directè ſimonia
in ordine; ſed in beneficio, uel conſecutiuo ordinis
propter ſuperiorem rationẽ, & quia ordinator vult
ordinare, & ordinatus ordinari nullo dato. & ideò
de iure nõ dicitur ſimonia eſſe in ordine. & ideò ſpe
cialis pęnitentia datur in hoc caſu, cum alias directò
ſimoniacè dans ordinem perpetuò debeat eſſe ſuſ-
penſus, & recipiens non ſolùm ab ordine ſimonia-
cè ſuſcepto,ſed etiam ab aliis ſit ſuſpenſus.hic autem
ſolum ab ordine ſuſcepto.de hoc.ſ.eo.per tuas. 2.

SVMMARIVM.

1 *Datum æquiparatur promiſſio,uel retento.*
De præpoſitione,In,remiſſ.

: Prouideri in eccleſiæ ſi mandetur, comprenditur dignitas principalis.
3 Abbas monacus eſt, & ſub conſtitutione etiam pœnali includitur, ſimoniacè creatus quibus ceder. & quem locum poſtea obtinebit. ſiquem monacum ſimoniacè recipit, quid iuris, num 4.
Beneficij nomine an includat rectorias uel dignitates.
Collatio ſimplicis beneficij conſueuit ad unum ſpectare.
Electio ad plures.
5 Affectus unde in caſu huius decretalis deprehendatur.
6 Epilogus, & additio gloſſarum nu.7.
Voluntas ſola, uel animi affectus an inducat ſimoniam ſicut uſurā.
Simoniacus mentalis an in foro pœnitentiali reſtituere cogatur.
An uſurarius eiuſmodi ſimiliter.
Ex narratione mala nihil eſt quin poſſit deprauari, in fi.

C A P V T XLVI.

MAndato. Se ſummat. & pars prima narrat factū, ex quo duo
indeciſa quęrebat. ſecunda ibi, conſulta-
tioni, reſpondit. 1. ad primum, ſecundò ad
1 ſecundum ibi. Et ad†[*Dato*] promiſſo, uel retēto: quia
hæc æquiparantur, de tranſac. ſuper eo, de te. ueniēs:
Phi.[*Locum*] ſup. Hoſt. & illorum, qui aliquid tempo-
rale receperunt, ut locum aſsignarent, qui etiam in-
2 cluduntur tacitè, ut ſequitur [*In monaſteriis*] no. de† prę
poſitione In, de qua dixi in Cle. de præben. c. ſi digni-
tatem, & ſecundum lec. Hoſt. de qua dicam infra, hic
probatur, quòd uerbum, quo mandatur prouideri
in eccleſia, comprehendit principalem dignitatē ec-
cleſiæ: ſed ſi intelligatur de abbatibus, qui fuerant in
monacos ſimoniacè recepti non facit [*Conſtitutionem*]
mutatis. ſ. locis priorib. & inferioribus aſsignatis [*Ab-*
3 *bates*] quia† Abbas monacus eſt, & ſub conſtitutione
pœnali includitur, ſupra eo. quoniam. Fortius in fa-
uorabili, ar. ff. de lib. & poſt. cum quidam. Sed cōtra.
beneficii nomen non includit rectorias, uel dignita-
tes, de præben. c. fi. Dicit Hoſti. conſiderandam inten
tionem ſcribentis, de offi. dele. ſuper eo, cum ſuis cō-
cor. qui præualet uoci, & ſcripturæ. j. de uer. ſig. intel-
ligentia. fuit autem hæc intentio papæ, quod tam ab
bates, quàm monaci ſaluarentur. quo reſpectu, ut di-
cit Inno. fit extenſio, & quia non patatur alii præiu-
dicium In cōtrario uerò ſit reſtrictio, ne alii fiat præ-
iudicium, & ne impediantur electiones. Nec ob. ſi di
catur etiam in ſimplici beneficio fieri præiudicium:
tum quia non eſt præiudicium, de quo multum poſ
ſit conqueri, ſupra de offic. le. dilectus: tum quia fre-
quentius collatio ſimplicis beneficij conſueuit ad v-
num ſpectare, electio uerò ad plures, & difficilius eſt
plures, quàm unum offendere, de tem. or. ca. 2. tum
quia illuſorium eſſet mandatum, ſi ſaltē ſimplex be-
neficium non includeret. Eſt ergo interpretandum,
ut aliquid ualeat, de uer. ſi. Abbate. Simili modo re-
ſpondetur ad decre. ſedes, de reſc. dici poſſem etiam,
quòd quia iſta diſpenſandi poteſtas erat beneficium
datum diſpenſanti, non delinquentibus, quod patet,
quia illorum non fiebat nominatio; ideo largius in-
terpretatur. facit de pręben. ſi cui, li. 6. prima patet [*Ex*
4 *tendi*] Abbates† ergo ſimoniacè creati dignitati, & ad
miniſtrationi cedēt. quo caſu ſimplicem locum mo-
naci etiam priorem forſan ex diſpenſatione poterūt
obtinere: quia in illo non fuit ſimonia commiſſa: ſed
ſi aliquem monacum ſimoniacè receperunt, nō pro
pter hoc coguntur, ſi diſpenſatiuè agatur, renūciare
abbatiæ. quamuis debeant pœnitentiam agere, & do
nec illam egerint, à ſacrorum ordinum executione
ſuſpendi, ſupra. e. dilectús, & c. ueniens, & male acce-
pta reſignare, ut ibi. Si verò de rigore cum eis ageret
ſine ſpe reſtitutionis expellerentur de mon. & retru-
derentur in arctius ad pœnitentiam. ſ. e. qm̄, ſm Ho.
[*Spiritualium*] hoc quo ad receptos. Goſ. [*Temporalium*]
quò ad recipientes. Goſ. [*Qua*] ſ. ſpiritualia, & tempo-
5 ralia [*Affectu*] quia† nec receptus dediſſet, niſi credidiſ-
ſet recipi, nec illi recipiſſent, niſi dediſſet: non tamen
interuenit pactio, uel taxatio [*Acquiruntur*] licet Goſ.
intellexerit, ꝙ receptionem ſecuta ęſt datio tempo-
ralium, licet intentio praua præceſſerit, dic idem ſecū
dum Ho. etiam ſi præceſsit datio, quod probat iſtud
uerbum, acquiruntur, & ſupra eod. tua nos [*Quo caſu*]
cum non præceſsit pactum, licet intentio fuerit cor-
rupta [*Simonia*] patet ergo, quod eſt ſimonia: uide, qđ
dixi de elec. quod ſicut, poſt gl. in 3. col. uer. de dolo
6 uerò. ¶† Secunda glo. arguit, quòd latiſsimè &c. & ꝫ
regulam, cui licet. ¶ Vlti. gl. no. ꝙ affectus, licet faciat
uſurarium, non facit ſimoniacum, tamen punitur.
¶† *In gl. ult. ibi, conſulere*] de hoc. 1. q. 1. c. 2. [*Et ibi, Inducere*]
ita & ſimoniā, tamen mentalem tantum: unde & ille
uſurarius in foro iudiciali, ubi non iudicatur de oc-
cultis, reddere non cogeretur, ſed in foro pęnitentia
li cogitur. Et ſi dicatur, quare ēt ſimoniacus mētalis
in foro pœnitentiali reddere non cogitur, rñdet hic
Ho. ꝙ uſura utroque teſtamēto prohibita, nec diſpē-
a ſationem papæ recipit, de uſur.ᵃ ſuper eo. hic loq̄mur
de ſimoniaco, quia prohibitum, ſicut acquirere be-
neficium, ubi papa diſpenſat. De prohibitis ergo, q̄a
ſimoniaca uidetur idem, quod in ſecunda. Poſſet &
dici. ꝙ ideo non reſtituuntur monaco, quæ dedit: q̄a
nil habet proprium. vnde & ſi reſtitueretur, monaſte
rio remaneret. de ſta. mo. c. 2. & c. cum ad mo. ad fin.
uſuras uerò ſoluens, habet proprium. Dicit Hoſti. ꝙ
prima ratio præualet, q̄ ad præbēdas, & ſeculares cle-
ricos propriū habētes extenditur. ſ. e. tua. Dixit Abb.
j. de uſuris. cōſuluit, pro ratione diuerſitatis prædictę
uſurarium mentalem teneri reſtituere, quod ultra ꝑ-
ceperit; quia ſibi ſoli ex reſtitutione fit præiudicium
ſed in ſimonia poſſet fieri præiudicium eccleſiæ, de
cuius bonis reſtitueret, ſi nō haberet aliunde. hoc nō
placet: quia ſm id nec ſimonia actualis obligaret re
ſtōni: vel ſm eū ꝓpriū eſt uſuræ, quod cōmittitur ex
animo, quod patet ex uerbis ꝓhibitionis, ſ. date mu.
nihil inde ſperantes: ſed ſimonia reſpicit factum pro-
prie, vt ſ. ſpirituale uendatur, vel ematur. adhuc rema
net dubiū quare in uſura animus obligat ad reſtitu-
tionem, & nō in ſimonia. Dici poteſt, ꝙ plus eſt ꝫ bo-
num charitatis ſperare lucrum in mutuo de eo, qđ
tuū eſt, quā ſperare beneficiū ꝑꝑ id, quod donaui, vel
ſperare donum propter beneficium, quod cōtuli, ra-
tionis expreſsio. quia ſi mutuaui, obligatus es ēt ciui-
liter ad tantundem reſtituendum. q̄ ratio ceſſat in do
nato. Itē bonum charitatis, quæ poſt deum incipit a
dilectione ſuipſius, plus aſtringit me ad mutuū, quā
ad donum: quia minus lædor ex primo, q̄ ex ſecūdo.
æquū eſt ergo. ut ad quod minus liceat ſperare, ubi
prius aſtringor, & minus lædor. Itē in uſura durius in
terpretamur, ubi lędit unus tm̄, ſ. recipiens: hic duo,
ſ. dās & recipiēs. ſ. Itē hęc ſpes eſſe pōt ex parte utriuſq;
ibi ex parte alterius tm̄. facit. j. de uſuris. c. fi. hæc ſunt
ſuperuacua, tene menti. Opp. ꝙ uſurarius mētalis, ēt
qui ſpē principaliter poſuit in lucro, non teneatur ad
reſtitutionem, quam recitat Inn. in dec. cōſuluit, de
b uſuris, ubi uide ſuper uer. ſperantes, & ſuper.ᵇ 2. gl. &
quā quidā attribuunt Go. per id, qđ ibi no. & in ſum.
de uſuris, in prin. Sed puto Go. intellexiſſe de ſpe ſecū
daria, non principaliter poſita in lucro, ut ibi dixi. Et
ſic prædicti male retulerūt op. Go. iuxta illud Terētii in
comędiis Nihil ē, q̄n male narrādo poſſit deprauari.

ANNOTATIONES,

a ¶ Vſur. uide Io. And. in c. peccatum, de reg. iur. li. 6. in 2. 3. 4. mēbro quæſtionis.

b ¶Super. uide Io. And. in c. peccatum, de regu. iur. lib. 6. in primo membro quæſtio.

S V M M A R I V M.

1 *Continuatio tituli.*
Ne prælati uices ſuas, uel eccleſias ſub annuo cēſu uendant, ubi nō alibi, quàm hic, in iure tradatur.

Ne prælati uices ſuas, uel eccleſias ſub annuo cen. uen. Rub.

1 ¶Viſo † de ſimonia in genere, ſubmittit de quadam ipſius ſpecie, ſ. cum prælati &c. Gof. habetur materia. 1. quæſtio. 3. per totum. 89. diſtinctio. decenter. 21. quæſtio. 2. cap. ulti.

S V M M A R I V M.

1 *Vt iuriſdictionem epiſcopalem, uel aliam ſpiritualem exerceat, dat pecuniam, qua pœna tam ipſe, quàm conferens afficiatur, & num. 3. 4.*
Eius fructu an liceat uendere, nu. 2. & 3.
2 *Obuentiones temporales cui & qualiter uendi poſſint.*
3 *Officia temporalia quæ ſint, & an & quæ emi liceat.*
4 *Pœna huius decretalis eſt perpetua, ac aliàs, ubi non exprimitur, talis eſt.*
5 *Epilogus, & additio gloſſarum, nu. 6.*

C A P V T I.

1 PRætereà. Qui † pecuniā dat, ut epiſcopalē, uel aliam iuriſdictionem ſpiritualē exerceat, officio priuatur. & ſic cōferens illud, conferre non poterit, & canonicè punietur. h. d. cū. ſe. Et hic primò ponit exceſſum, quē ſedò punit, ibi,
2 præſenti [*Iuriſdictionē*] non † exercenti iuriſdictionem
a obuentiones [a] temporales uendi poſſunt, infra c. fin. ſecundū Inn. ſed ſm Hoſt. etiam exercenti, ſi nō uendatur iuriſdictio. committat ergo ſimpliciter iuriſdictio, & ex parte alia uendantur fructus ſta. q nou miſceantur contractus, de re. permu. ad quæſtiones. non tamen intelligit hoc de fructibus peruenientibus ex iuriſdictione, quibus emptis iuriſdictio non eſſet inēpta, ar. 1. q. 3. ſiquis obiecerit. & phibetur hoc, ne ſubditi grauent. j. c. 1. etiā ſi merè tēporalis ſit iuriſdictio, in auct. vt iudi. ſine quo. ſuſ. per totū. & de mā. prin §. j. §. illud. multominus prælatio. uel aliud ius ſpirituale,
3 de hoc. s. e. tit. nou ſatis. Officia † igitur tēporalia, puta miniſtralia, bailiuia, caſtaldionatum, ſi ſint ſpiritualibus annexa, nullo modo licet emere, ſed eſt ſimonia cū. s. eo. alias ti. 1. conſulere. aliàs ſalua iuriſdictione, & prouenientibus ex ea, licet omnia uendere & in perpetuum, & ad tempus. Fatentur vltimò Inno. & Hoſt. quòd ſi ipſa iuriſdictio, uel prouentus eius uendātur, ſpecies mali eſt, & turpe lucrum, & contra legem: tamen non committitur ſimonia, cum nō uendantur ſpiritualia, nec ſpiritualibus annexa, quid autem dixit hic Hoſti. de Ro. curia quò ad ſimoniam, & ambitū, dixi, ſup. ti. 1. c. 1. in glo. quid de [*Vt*] ſup. clericus. Hoſt. [*Priuetur*] i. à clero remoueatur. j. c. 1. Hoſt. Et per hoc & per id, quod dicā. j. gl. proxima, eſſent uerba Goff. dicentis, quòd hic imponitur modica pœna, quia nō agebatur de iuriſdictione uendenda, ſed de temporali commoditate, quæ proueniebat ex illa. uel ſm eū hæ pœnæ infliguntur ipſo iure, aliæ infligentur accu-
4 ſatione propoſita [*Amittat*] in † perpetuum ſecūdum Hoſtien. & diſtrictione canonica percellatur, infra c. prox. in fi. ſm eum. Et quòd pœna ſit perpetua, inducitat. in li. feu. de ua. qui contra conſtitutio. Lo. regis feu. al. c. ſi clericus, uelut epiſcopus. Item quia ubi
b aliud non exprimitur, pœnæ ſunt perpetuæ [b] de hoc ſupra de conſtitutio. ex literis. non ob. de elec. cū Vinton. de ſup. ne. præ. ca. 2. de præben. graue, quæ in alijs
5 caſibus loquuntur. ¶Prin. ſe. gl. reſpon. per di. aut uicarius dat epiſcopo &c. ſecundò arguit, ſignat cōtrarium, & ibi remittit. tertiò dicit de pertinentia ad titulum. ¶Vlt. glo. ſignat contrarium, & ſoluit. ¶[*In glo. 2. ibi, quicunque*] & ſupra de offi. or. inter cœtera. & idem Inno. Gof. Hoſt. [*& ibi, eſt hic ar.*] quod ſic ſumitur [*& in fi.*] infra de offi. dele. iudex, & duobus. e. ſe. lib. 6.

A N N O T A T I O N E S.

a ¶Obuiētes. Non ex iuriſdictione oportet ex alijs rebus prælatus rebus prælaturæ, ut patet per id, quod ſequitur in uer. non tamē.
b ¶Perpetuæ. uide plenius In. An. in c. cum bonæ. de æta. & qua. in l. ſi non præfinitione, & ibi, Bar. ff. de pœnis, & in glo. in clemen. 1. de dona.

S V M M A R I V M.

1 *Iuriſdictionis uenditio quid mali inducat, qui eam poſſit demandare, num. 3.*
Quando uendi dicatur, nu. 3. & quibus caſibus detur ordinaria ab epiſcopo, num. 5. alio modo detur, ibid.
Diſſimulatio quando noceat.
2 *Canonica pœna quæ dicatur.*
3 *Epilogus, & ſuffragium, & additio gloſſarum, nu. 4. 5.*
Ratio qualiter ſcribenda ab eo, qui reditus alienos exigit.
2 *Cenſum nouum, uel imponere, uel augere ueterem non licet epiſcopo, cir. fin.*

C A P V T II.

QVoniam. Summatum eſt, ſupra c. prox. Et primò ponit exceſſum, quem expreſſa cauſa fieri prohibet. ſecundò pœnam addit ibi, Quod ſi-
1 quis [*Grauamē*] qui. n. † debet li. 100. per fas & nefas illas & aliquid ultra vult extorquere, & de minima culpa quandoque facit maximam [*Subuerſionem*] quia ſœpe res puniuntur, ubi puniendæ eſſent perſonæ, in auct. de man. prin. §. oportet. col. 3. uendunt etiam iſti, qđ epiſcopus ex officio gratis faceret. remit. Hoſtien. ad ſum. eo. ti. ante fi. uer. in ſumma notandum, & ſequētibus [*Diſſimulatione*] 43. di. Epheſiis. T. tacet. n. ut recipere poſſit cēſum pmiſſum, licet ſubditorū grauatorū clamores audiat. & qđ peius eſt, quādoq; fouet uicarium, & excuſat. contra id. 87. diſt. cap. 1. & 3. 83. diſ.
2 error, ſecundum Hoſt. [*Canonica † pœna*] i. depoſitionis cum nota infamiæ. 1. q. 3. c. fi. & perdit poteſtatē conferendi
3 officium, ſupra c. proximo. ¶ † Secunda glo. quærit, & ſoluit. ¶[*In glo. 2. ibi, & quia*] ibi dicitur, quòd cui mandata eſt iuriſdictio, illam non demādat: quia non eſt data à principe, nec data à lege, ſed confirmata [*& ibi. §. nos igitur*] ibi lex dat iuriſdictionem defenſori [*& in fi.*] uide de iudi. nouit, ſuper gloſſ. no. q
4 ¶[*In † gl. 1. ibi, ſimoniacum eſt*] tunc. ſ. cum dicit prælatus pro. 100. lib. uendo tibi iuriſdictionē ad me ſpectantē vſq; ad annū, & totum lucrū tuū ſit: ſecus, ſi dicat pro ſalario conſtituo tibi. 100. li. & tu iuriſdictionem exerce, & obuenientia mihi computa, & redde. hoc. n. licitum eſt ſecundum Inn. & Hoſti. & dicit Hoſ. q hoc caſu omnia ſunt ſcribenda, ut ſciatur quis, à quo, quare, qñ, quantum, & qualiter receptum ſit, & expenſum, in auct. de man. prin. § coges autem, col. 3. & de collatio. §. iubemus, col. 9. & de ob. ad ratio. cap. uno.
5 ¶[*In glo. 3. ibi, non*] dicit † Hoſt. q in duobus caſibus eps dat ordinariā, primū creando officialē, cui generaliter uices ſuas cōmittat, & ſi alio noīe appelletur uel

uice-

uicedominus, uel uicarius, non.n.eſt uis in nomine, de procur. petitio. & hoc poteſt facere ad annum, & plures, ut placet. Secũdò perpetuum ordinariũ cõfirmando, uel inſtituendo, uel conferẽdo beneficium, cui ſit annexa iuriſdictio de iure, de off.or. cum ab ecclesiarum, uel de conſue.[a] de elec. dudum.2. uer. tandem. & in hoc.2. caſu licet concedi nõ debeat ſub nouo cenſu, uel ueteri augmentato, poteſt tamẽ ſub antiquo non diminuto, ſupra de cenſi. prohibemus [*Et ibi, ordinariam*] ſicut & conſuetudo dat ordinariam, de fo.compe. cum contingat, Hoſtien. [*& in fi.*] de hoc 11. quæſtio.1. experientiæ.

ANNOTATIONES.

a ¶Conſue. uide Inno. in c. cum ab eccleſiarum, de offi.or. Io. An. in c. cum contingat, de fo. compe.

SVMMARIVM.

1 *Eccleſiæ regimen ſub annuo cenſu committi non debet.*
2 *Spiritualis quærit æterna.*
Carnalis temporalia.
Sacerdotis intentio qualis eſſe debeat, an ei liceat locare operas ad diuina, remittit, nu. 3.
4 *Additio gloſſarum.*

CAPVT IIII.

1 QVoniam. Caſus. Regimen † eccleſiæ ſub annuo cenſu cõmitti non debet. primò narrat conſuetudinem, quam ſecũdò prohibet. 3. cauſam reddit. ſecunda ibi, Ne id. tertia ibi, Quia [*Sub annuo*] ut dicit Hoſt. nec in perpetuum, nec ad annum, nec ad momentum uendendum regimen animarum, ut ſu-
2 pra c. proxi. [*Ad † æternæ*] Innoc. Io.3. quod natum eſt ex ſpiritu, ſpiritus eſt: quod natum eſt ex carne, caro eſt [*Spiritualis*] ergo ꝑ motio: quærit æterna. Carnalis uerò quærit tempo alia & carnalia [*Conſideratio*] ac ſi dicat, ꝙ pura debet eſſe ſacerdotis intentio, ut ſolum deum ſperet retributorem, non per temporale commodum. Vnde reprehendit Hoſti. eos, qui currunt ad mortuum uſurarium diuitem, & pauperem uilipendunt. ¶[*In † glo. 1. ibi, Prouideat*] ad hoc ſupra de app. peruenit, de cler. ægro. de rectoribus, de cleri. nõ reſi. c. pe. & infra de elec. cum ex eo. §. porrò, li.6. per
a quod uidetur, ꝙ epiſcopus hoc facere[a] debeat [*& in fine*] an ſic liceat ſacerdoti locare[b] operas ad diuina, dixi, q̃d notauerunt hic Inn. & Ho. ſ. de pbẽ. ſignificatũ.

ANNOTATIONES.

a ¶Facere. uide Io. An. in c.3. de offi. archipresby. & in c. omnis, in glo. executioni, & ſup. c. illa, de pœni. & re.

b ¶Locare. An autem poſt ipſius mortem ipſo iure ſit locatio extincta, ſi fiat ſine ſolennitate, tenent domini de Rota, quòd ipſo iure, & per hoc inferunt, quòd l. conductores. §. pœna illius. C. loca in ſucceſſore locum habet, ſicut in primo locatore. inferũt etiam, quòd recipiens ſucceſſor pẽſionem unius anni contractũ per totum tempus primæ locationis nõ ratificate, cũ ipſo iure locatio ſit finita. uide in deciſio. Rotæ cõcl. 255. & tribus ſe. concl.

SVMMARIVM.

1 *Fructus eccleſiæ ad affictum, uel annuum cenſum poſſunt concedi.*
Eccleſia pro eccleſiaſticis obuentionibus, & quibus alijs modis accipiatur, & quibus appelletur nominibus nu. 5.
Conductor in ſolutione ceſſans expelli põt non obſtante iuramento.
Sii deſerit ante tempus locum ſine iuſta cauſa tenetur ad penſionẽ totius anni.
2 *Epilogus, ſuffragium, & additio gloſſarum, nu. 3.4.*
Succeſſor quis & quibus caſibus teneatur ſtare contractui prædeceſſoris.
Auctoritas epiſcopi adiecta cõtractui quid faciat, & quid cõtrà.
Capituli conſenſus in quibus alienationibus requirendus.
Vicarium priuilegiatus tenere debet. §. quæritur etiam.
Hæres rectoris tenetur ex mala eius adminiſtratione, eo. §. ad fin.

6 *Decretales huius tituli, quæ ad primam, quæ ad ſecundam partem pertineant.*
Firmas, quarum meminit hæc decretalis, quis recipere nequeat.

CAPVT V.

1 QVerelam. Caſus. Fructus † eccleſiæ ad effectum, uel annuum cenſum cõcedi poſſunt. Et primo ponit conductoris querelam. ſecũdò dat ei iudicem ibi, Ideoq; [*Eccleſiam*] i. eccleſiaſticas obuẽtiones [*Ipſe*] Gof. ſ. cõductui. [*Tenuiſſe*] i. ipſe cõquerẽs [*Firmauerit*] Si ceſſauerit in ſolutione, non obſtante iuramento, quod habet tacitã conditionẽ, poſſet expelli. ff. loca. l. quæro. §. inter. Item ſi conductor ante tempus ſine iuſta cauſa deſerit locum, tenetur ad penſionem totius temporis. eo. ti. dominus horreorum. §. fi.
2 Vin. ¶† Secunda gl. quærit, & ſoluit. ¶Vltima obijcit, & ſoluit ponendo. 6. ſignificationes huius uerbi eccleſia. ſecundò quęrit opponendo, & ſoluit. 3. quę-
3 rit de ratione, & reſpondet. ¶[*In † glo. 2. ibi, ſiquis domum §. 1.*] loquitur de vſufructuario, qui locauit ad tem-
4 pus, & prius deceſsit. ¶[*In † glo. 2. ibi, Contractui*] Idẽ Gof. quia nec precarium finitur morte concedentis, ſup. de preca. c. fi. nec ob. ſecundum eum. C. loca. l. emptorem, alias emptori, quæ loquitur in ſingulari ſucceſſore: ſed prælatus eſt uniuerſalis, & debet fauorabiliter proſequi, quos nouit ſuo prędeceſſori fideliter paruiſſe, ut in caſu ſtatim alle. hic Hoſti. & ſecũdum Inno. in hoc differt adminiſtrationem hñs à canonico præbendario, qui nunquã vltra uitæ ſuæ tempus præbẽdam locare poteſt, licet ſuper illa agat, & defendat ut legitimus adminiſtrator, ſupra de probã. c.3. ſecũdum Inno. quod fatetur Hoſt. niſi ex cauſa rationabili hoc faceret de auctoritate epiſcopi, quam tunc in ſubiectis eccleſijs præſtare poteſt: Ad hoc. ſ. de cenſi. præterea, & ca. ſignificauit. Sed cum textus dicat, ꝑm quod inter ſe conuenit, & nil dicat de epiſcopo, vẽ ꝙ non requiratur conſenſus epiſcopi. dicit Ho. ꝙ quando ſit ſine ipſius licentia, putat epm reuocare poſſe, inf. de exceſ. præ. ſicut, ſup. de of. uica. clericos. Et hoc cum eccleſia datur ad firmam: ſecus, cum dantur decimæ religioſorum, ſupra de loca. veſtra. Dicit etiam, ꝙ auctoritas epiſcopi ſine cauſa interpoſita rationabili non ualeret per. c. præal. de cenſi. ad idem. ff. de aucto. tu. nulla differentia. cõſenſus uerò capituli requirendus nõ eſt niſi in perpetuis alienationibus, uel ubi epiſcopus aliquid detineret ſibi, de his, quæ fi. à præla. tua, ut eccl. bene, capitu. uno, in fi. vide clemen. de reb. eccl. non alien. ſi una & per prædicta etiam dicit, ꝙ ſi canonicus obligauit fructus pbẽdæ ſuæ ad quinquennium pro audienda theologia, & prius morit᷑, quod non noceret ſucceſſori, etiam ſi ille totius temporis pecuniã recepit. ad hoc quod dixi, de pecu. cle. c. fi. Hoc uerum, niſi contractus defendatur ex ſpeciali cõceſſione principis, uel epiſcopi, qui ex cauſa hoc poſſet, ut dictum eſt ſupra, & de hoc dicam, infra ti. 1. c. ulti. ¶Quærit etiam de prælato, qui obligauit, quia crueceſignatus, fructus, uel uiceſima ad quinquẽniũ, uel trienniũ, ut in priuile. cõtinetur, de quo dicam, inf. de Iudæ. ad liberandam. & prælatus primo menſe moritur in uia, nec pecunia inuenitur, an ratus ſit cõtractus, & dicit ꝙ ſic, ſi hoc expreſsè in priuilegio cõtineat᷑, ar. de voto. c. fi. ne is, qui ꝯxit decipiat᷑ ex reſcr. principis, C. de his, qui ue. æta. im. l. 3. & ne ſuis cõtractibus eccleſia fraudẽ adhibeat, ſup. de don. per tuas. in fi. idem Vinc. j. de hære. excõicamus. §. catholici, & Guil. in ſpe. de hæret. ad fi. ubi etiam no. prius Vinc. ꝙ talis priuilegiatus debet tenere uicariũ [*Et ibi, huius placiti*] & c. præ. quod incipit, alienationes, ubi de hoc ꝑ

Io.

Io.& per Bar.Brix. [*Et ibi, non pro utilitate*] Dicebāt Inn.
& Hoſti.ſi locaſſet nomine eccleſiæ, licet inutiliter, ſi
ſolennitas non fuit ſeruata, ſucceſſor reuocat. ſup. de
his, quæ fi. à præla. cum nos, de precari. ca. 2. ſi fuit ſer-
uata, tenet contractus, ſed locus eſt reſtitutioni, ſupra
de re. ec. non alie. & per hæc mixta potes diſtinguere.
Aut contraxit nomine eccleſiæ, aut proprio. Primo
caſu, aut in utilitatem eccleſiæ, aut non. & ſi non, aut
fuit obſeruata ſolēnitas, quæ aliàs eſſet in alienationi-
bus perpetuis obſeruanda, aut non. So. membrorum
patet [*& in fi.*] loquitur in uſufructuario, qui locauit
in tempus, & ante deceſsit, per quan. l. dixit Ala. & T.
hic ꝙ non ſolum non tenetur eccleſia, uel ſucceſſor,
ſed nec ēt hēs locatoris, niſi in quātum ad ipſum per-
uenit, licet ſm. T. eccleſię bene teneātur hēdes recto-
ris ex mala adminiſtratione, ſicut hēdes tutoris pupil
lo. C. de hære. tu. l. ult. Goſ. dicit hēdē teneri ſucceſſori
pro rata tpis, ſi non eſt ſoluendo, tenetur conductor,
indueit eandē. l. ſiquis. ¶ [*In † glo. ult. ibi, fidelium*] & quā-
doq; deſignat uiros eccleſiaſticos tantum. 63. di. c. 1.
ubi de hoc, & 7. q. 1. ſcire, & inf. de uer. ſi. cum clerici.
Itē eccleſia quādoq; mr̄, qn̄q; filia, qn̄doq; uxor uo-
catur, qđ dic ut no. 68. di. quorū vicei. [*Et ibi, de iu. iur.*]
uel conſiderato tractatu ſub ti. de locato [*Et ibi, prohi-*
6 *bita*] unde † dicebat Hoſti. ꝙ prima & ſa decre. ad pri-
mam partē tituli, tertia ad ſecundā, à qua prohibitio-
ne excipitur materia huius capituli. Addit etiā, ꝙ re-
ligioſus ſuo nomine non poteſt recipere tales firmas
nec poſſunt concedi laicis, ſupra ne cle. uel mo. c. 1. &
c. ſm. Remit. etiam in materia ad ſummā huius ti. [*Et*
ibi, reſpon.] ſm Ala. & T. Dicebat Vincē. hoc ideo, quia
illud eſt onus rei. hoc uero perſonæ [*Et ibi, col. 2.*] de
de reſcrip. ſtatutum. §. inſuper, lib. 6.

S V M M A R I V M.

1 *Diſpoſitio tituli.*
2 *De magiſtris, ne pro docendi licētia, quid exigatur, quibus in alijs iuris locis agatur.*

De magiſtris, & ne aliquid exiga-tur pro licen. do. Rub.

1 ¶ Viſo † quomodo ſpiritualia prohibentur pecu-
nia concedi, uel recipi. Eſt uidendum de his, quæ ha-
bent inſtar ſpiritualiū. ſ. de magiſterio, & de licētia do-
2 cendi. ideo &c. Goff. de † prima parte. 3. diſt. maxime
c. de quibuſdam. 44. diſ. cum multa. 41. diſt. miſerum,
& c. ſtatuimus. 8. q. 1. oportet. ad ſecundam tractatur.
1. q. 3. uendentes, cum c. ſe. Repetitur in cle. Congruit
autem, de elec. officij, & c. cum in magiſtrum, de cle-
ri. non reſi. relatum, & c. tuæ, de præben. licet, de loca.
cap. 1. de teſta. relatum. §. cæterū, de priuile. ſuper ſpe-
cu. de ſen. ex. c. 1. & c. ex tenore, in fi. & c. cum uolun-
tate. §. ult. ad idem no. ne cle. uel mo. c. 2. & 2. reſpō. de
prin. c. 2. cle. de ſta. mo. ne in agro. §. penul.

S V M M A R I V M.

1 *De magiſtris ne pro docendi licentia quid exigatur, quæ tradātur in hoc titulo, ſummatim ſcribit, uide nu. 9.*
2 *In ſtudio non proficientes reprehenduntur, & quid eis conſulat.*
3 *A doctorandis iuramentum exigitur, & quis modus expenſarum, & pœna tranſgredientium.*
4 *A ſcholaribus primò legentibus petere non licet paſtum.*
Mandare repetitionem non poſſunt irrequiſitis doctoribus.
Magiſtrorum multitudo interdicitur, & quid aliud eos prohibeat, & quid iubeat, nu. 5. ſine eis non ſunt diſcipuli, ibid.
Cauſa ſemper attendenda.
Pro cauſa quod peruenit ex ea ſumitur, ad dictio. fructus,
5 *Clerici boni ut inueniantur, expedit eccleſiis.*
6 *Suffragium gloſſarum.*
Alimentorum, & ſumptuum modus quis.
7 *Additio gloſſarum.*

C A P V T I.

QVoniam. Sūma totius ti.
primò quò ad
primā partem Rub. ſecūdò quo
ad ſecundā talis eſt. Cathedralis
1 † eccleſia, & ǭlibet collegiata, ꝗ
ad hoc ſufficit, prouidere debet
de vna pbenda magiſtro in grā-
matica, qui clericos eccleſiæ, &
pauperes ſcholares gratis doceat, qui magiſter à præ-
lato cū capitulo, uel maiori parte ipſius eligi debet,
quorum negligentiam ſupplebit ordinarius. Metro-
politana eccleſia etiam habebit theologum. & ſi utri
que non ſufficit, de grāmatico in aliqua eccleſiarum
ſuarū, quæ ad hoc ſufficiat, faciat prouideri. Vt theo-
logi poſsint haberi, prælati, & capitula ad theologiæ
ſtudium aliquos mittere debent. quibus prouidebūt,
ſi ſui reditus eis nō ſufficiunt. Et docētes in theologia
donec docuerint, & ſtudentes per quinquenniū inte-
grè præbendarum ſuarum fructus percipiant, cōſue-
tudine, uel ſtatuto ꝯriis non obſtante. hoc di. 1. cap. in
prima parte. ſecundū in ſecunda, pen. & ult. Pro licen-
tia docendi prętextu alicuius conſuetudinis nil debet
exigi, uel promitti. Ob hoc promiſſum remittiť, & ſo
lutum reſtituitur. Idonei regere uolentes prohiberi
non debent. Contrafacientes officiis, & dignitatibus
priuabuntur. Primum. c. in ſecunda parte, & ſecundū
in. i. & tertium. & per talem mixturā hæc capitula nō
2 deuidentur [*Proficiendi*] reprehēdit † eos, qui in ſtudio
non proficiunt, qui melius facerent, ſi & parentes in-
anibus ſumptibus non uexarent. ff. de inoffi. teſt. l. 1.
ſm Ho. qui etiam remittit ad no. de offi. primi. c. vno,
in fi. [*Opportunitas*] concor. infra de elec. cū ex eo, li. 6.
[*Eiuſdem*] ſecus de alijs, niſi ſint pauperes, infra c. quia
ſm Innocē. quod dic, ut ibi [*Doceat*] de ui. & ho. cle. vt
quiſque. T. [*& infra*] ſequebať hic quo & docētis &c.
3 ut infra eo. quia [*Exigatur*] Inno. & † circa alias expen
ſas hodie prouiſum eſt. ꝙ hi, ad quos pertinet docto-
rare, prius à doctorandis exigant iuramentum, ne ul-
tra tria millia Turon. argenteorum in ſolennitate do-
ctoratus expendant, & nō exigentes à collatione do-
ctoratus per tres menſes proximos ſunt ſuſpēſi, ut in
conſtitu. cle. eo. ti. cū ſit nimis [*Conſuetudinis*] no. cōtra
4 doctores, qui à ſcholaribus primo legentibus ex cō-
ſuetudine petunt paſtū. Abb. [*Licentia*] no. cōtra ſcho-
lares, qui irrequiſitis doctoribus mandant per ſcho-
las, ꝙ repetant aliquam decretalem. Abb. [*Interdicat*]
niſi forte ibi eēt nimia multitudo magiſtrorum, uel
alia iuſta cauſa ſubſit. Inn. ſemper enim attēdenda eſt
cauſa, de accu. cum dilecti. Hoſt. [*Contra hoc*] ſ. pro licē-
tia docendi aliquid exigendo, vel idoneo petitam li-
centiam denegādo [*Fructum*] i. beneficiū, ex quo pro-
5 uenit fructus [*Profectum*] expedit † n. eccleſijs, ut boni
clerici inueniantur, qui poſsint præfici curæ aīarum,
ſup. ne cler. uel mona. c. ſi. de æta. & qua. c. pe. de elec.
nihil, de offi. or. inter cætera. Sed qui magiſtrū repel-
lit, hunc profectum impedit: quia ſi non habetur ma
giſter, nec diſcipuli, ſicut alias dicitur, ſi non eſſent au
a ditores, non eſſent doctores[a]: quia nemo inuito au-
ditore, &c. 6. q. 1. ex merito. hoc pulchè vide in Hiero.
6 ad Ruſti. ſecunda. F. ¶ [*In † gl. 3. ibi, dat alimenta*] & merce
des pro facultate patrimonij, & dignitate natalīū [*Et*
ibi, Aduocatis] ſup. conſtituitur ſalarium pro modo li-
7 tis, aduocati facundia, & conſue. fori, ut ibi. ¶ [*In † gl. ul.*
in fi.] uide de uſuris, quia fruſtra, ſuper 2. gl. ¶ [*In glo. 1.*

in

mittatur. ſoluit quod non. ¶ *Glo. uerba iſta)* hæc glo. pro
ſequitur duas lecturas, unam ſcilicet. La. aliam Io. Vin
cen. & Tan. qui uariant in diſtinctione circa perſonas
teſtium: quia ſecundum La. ſoli emendati admittun-
tur. ſecundum Io. & ſequaces etiam non emendati:
quia tamen utraque lectura diſtinguit perſonam, cõ-
tra quam: concluditur tales admittendos contra re-
ligioſos, qui non admitterentur contra ſeculares. ad
quod ſignat gl. contrarium de cap. in primis 2. q. 1. re-
ſpondet, quòd in accuſatore loquitur. obiicit lecturã
La. per dec. teſtimonium, quòd ſi hic requiruntur te-
ſtes emendati, nil erit ſpeciale in ſimonia. Item obii-
cit textui, & utrique lecturæ. reliquæ diſtinctiones ſu-
perfluæ præter illam de modo agendi, & qualitate te-
ſtium, & acquieſcit obiectioni. uel ſecundum gl. dec.
teſtimonium, loquitur in non exceptis. ¶ Pen. glo. in
amoto diſtinguit tres caſus. ¶ Vlti. glo. quærit, an pro
pter ceſsionem inquiſiti deſiſtat iudex, & capi. arguit
10 pro & contra. ¶ *In† 5. glo. ibi l. 1. §. 2.)* uide de iur. calum.
literas, ſuper 1. gloſſ. ¶ *In glo. propter alias, ibi licet)* uide
hanc, & ſequentes de accuſa. cum oporteat, ſuper glo.
patet *(Et ibi l. 3.)* uide ut lite non conte. accedens 2. ſu-
per 5. glo. *(Et ibi, & læſa)* hæc lex probat, quod dicit gl.
& reddit rationem, quia ambulatoria eſt uoluntas de
functi uſque ad ſupremum uitæ exitum. ¶ *In glo. Et ſic
ibi §. eiſdem)* ſemel calumniatus contra me, etiã de alio
crimine me poſtea non accuſat, & no. de ſpon. is qui,
in glo. 2. ¶ *In glo. Et ita ibi, ad probationem)* uide in cap. ſta-
tim all. ſuper 4. glo. ¶ *In glo. pe. ibi, patronus)* ille tutor, qui
remouetur: quia tunc parcitur ipſius famæ. ¶ *In gla. ul
ti. ibi, ſi quis poſtea]* ponit caſum dec. pe. de ſo. compe.
[*Et ibi, poſt finitam*] ſequitur, tutelam cognitio ſuſpecti
11 tutoris, quamuis pridem recepta ſoluitur. ¶ † *In glo. 1.
ibi, regularis]* uel ſecularis ſecundum Hoſtien. & G. Na.
¶ *In glo. 3. ibi, excepto]* ut hæreſis, infra de pur. can. inter,
uel læſa maieſtate, de confeſ. ca. 1. Hoſtien. ¶ *In glo. puta
ibi, alterius]* hoc quò ad iuſtitiam imponendam parti
contra partem ſecundum Hoſtien. & de hoc, infra de
reg. iur. in iudiciis, lib. 6. ¶ *In glo. hoc ideo, in fi.]* quod dic,
12 ut eo. titu. cap. 1. li. 6. ¶ *In † glo. propter, ibi. prælatus]* etiam
epiſcopus, ut in proxima concor. ſed contra licet ſim
plicitas promouendum impediat 49. di. Petrus; pro-
motum tamen non deiicit 11. quæſt. 1. fratris: ſed ibi,
loquitur de columbina. dixit Hoſtien. ſupra c. proxi.
uer. cum igitur, quòd ſi inſufficientia erat intolerabi-
liter, remouebatur: aliàs dabatur coadiutor. 1. quæ-
ſtio. 1. quia Ioan. & capi. quamuis triſte. uide quod di-
xi, de æta. & qua. cap. fin. in gloſ. quid de Abbate. ¶ *In*
13 † *glo. conſpiratio, ibi crimen]* quando conſpiratio fit ad ma
lum. ſecus, ſi ad bonum. de hoc 11. q. 1. ſi qui cleri ico-
rum, & dixi ſupra de iud. exhibita, ſuper 4. glo. ¶ *In glo.
propter alias, in fi.]* & ibi de hoc, & ſupra de accuſa. cum
oporteat, in glo. patet. & uide quod ſuper ea dixi. ¶ *In
glo. Et ſic, in fi.]* fallit in caſu de hæret. accuſatus. §. licet,
lib. 6. ¶ *In glo. & ita, ibi, probationem]* Dicit Hoſtien. hanc
gl. intelligendam, quando de aliis criminibus agitur,
uel de crimine ſimoniæ contra non infamatum: aliàs
tales contra tales admitterentur, ut ſequitur. ¶ *In glo. 1.
ibi, tantum]* de hac expoſitione uide plures concor. 12.
14 di. illud. ¶ *In glo. uerba iſta. in fi.]* dixit † Hoſtien. cum mul
ta ſparſerimus, licet per prædicta in multis inſtruan-
tur iudices, finaliter hęc materia iudicatur arbitraria,
ut patet in eo, quod legitur & no. de teſti. præterea §.
fin. de accuſa. cum oporteat, & c. inquiſitionis, & cap.
qualiter. 2. imò uidetur, quòd ipſam ſequatur, quod
ſit arbitraria. & facit quod dixi, de homi. ſicut dignũ,
in fi. 1. reſpon. unde dicebat Innocen. quod ſi agitur
in modum denunciationis, ſicut ad denunciandum,
ſic ad teſtificandum admittuntur infames, & ſummè
criminoſi, dummodo ſint emendati, de teſti. quoniã.

Si uerò fiat inquiſitio, & ſit crimen exceptum, admit
tuntur criminoſi, & etiam mulieres, non ſecundum
rigorem iuris, ſed ſecundum temperantiam æquita-
tis, quæ temperantia arbitrium diſcreti iudicis mode
ratur, qui multas conſiderationes habebit, leuius pro
cedendo, ſi agatur in modum inquiſitionis, uel de-
nunciationis, quàm ſi in modum accuſationis. item
leuius conſiderata æquitate, quàm conſiderato rigo
re, quamuis rigor, ubi criminaliter agitur, non poſſet
facile temperari. 2. q. 7. ſi quis epiſcopus. 2. q. 8. ca. 1. ni-
ſi in crimine excepto, ſupra eo. tanta. Secunda conſi-
deratio circa perſonã, contra quam proceditur, ut fa-
cilius admittat teſtes, & procedat contra religioſum,
quam contra ſecularem. & facilius, ſi eſt minoris gra-
dus, quàm maioris, & facilius contra infamatum,
quàm contra illum, qui eſt bonæ famæ, & forte con-
tra illum nullo modo. Et facilius contra illum, con-
tra quem ortum eſt ſcãdalum. & facilius, ſi poſsit pu-
niri de facili. Tertia conſideratio erit circa teſtem, ut
facilius admittat honeſtum, quam criminoſum: fa-
cilius emendatum, quàm in crimine perſeuerantem.
Et facilius criminoſum teſtificantem ex zelo iuſticiæ,
quàm ex odii fomite. Quarta conſideratio uerſatur,
circa oppoſita. facilius enim admittet teſtes, quibus,
minora, quàm quibus eadem opponuntur. & ſi ea-
dem cum ſunt ſocii, non facile admittentur, ſupra de
teſti. ueniẽs. item facilius, ſi ſint paria, quàm ſi ſint ma
iora. item facilius, cum criminoſi teſtes habent admi
nicula. item conſiderabit, an crimen ſit exceptum;
quod facilius conuincitur. Alii dicunt hæc omnia lo
cum habere in exceptis criminibus tantum, & quan-
do ciuiliter agitur. & quòd hæc temperantia non cõ-
mittitur iudicis arbitrio, cum in iure ſit ſcripta ſecun
dum Innoc. argum. de offi. dele. de cauſis: ſed ut dixit,
Hoſtien. hoc nihil eſt: quia & ſi ſcripta ſit, generaliter
tamen ſcribitur, nec qualiter ea, uel in quibus præciſè
utendum ſit, uel non declaratur, ſeu diffinitur, & ideo
ipſam inſtructoriam & arbitrariã indicare debemus
ſupra de tranſac. c. fi. de reſcrip. cum contingat. ¶ *In gl.*
15 *ſic, ſupra in fi.]* dicebat † hic Goff. contra clericum ſecu-
larem etiam in crimine ſimoniæ infames ad teſtimo-
nium non admitti, etiam interuenientibus omnibus
adminiculis, de quibus hic habetur, quæ coadiuuant
ſolum contra regularem, & de æquitate, non de rigo
re: fatetur tamen clericum ſecularem in hoc crimi-
ne, ſi infamatus eſt, accuſari per infamem. ratio diuer
16 ſitatis hic habetur in litera. ¶ *In glo. ubi † quis, ibi, infamis]*
hoc uerum, ſecundum Hoſtien. niſi exauctorando i.
degradando ſit amotus. tunc enim infamis eſt, & cau
ſa ignominiæ non addatur. ff. de his, qui no. infa. l. 2. §.
ignominię [*& in fi.*] quod intellige, vt ibi no. & dixi ſu
17 pra de elect. ſuper eo. ¶ *In glo. ult. in fi.]* dicebat † Hoſtiẽ
hanc gloſſ. ueram, cum ille paratus eſt pœnitentiam
agere: aliàs contra 2. q. 1. ſi peccauerit, infra de collu.
d crimina, dummodo non Interſit alicuius ratione[d] ex
penſarum, uel fructuum, uel ut ſciatur, à quo, & de
quo ſit eccleſiæ prouidẽdum, in quibus caſibus, & an
poſt mortem litigatoris proceditur. C. ſi pe. ap. per to
tum, C. ſi reus, uel ac. mor. fue. per totum, ſupra de ar-
bi. ex parte, infra ut lit. pen. c. 1. & 2. lib. 6.

ANNOTATIONES.

a ¶ Secundum. Vide materiam inquiſitionis in l. 2. §. ſi publico, ff. de adul. per Bar.

b Remoueant. ad materiam facit q. de laico facto clerico, de qua per Bar. in l. 1. ff. de pact. & Io. And. in c. 1. de obli. ad ratio.

c ¶ Poſt. Vide q. quam ponit Io. And. in ſpec. ti. 1. §. reſtat, uer. quid ſi cauſa, & Bar. in l. leg. §. 1. ff. de leg. 3.

d ¶ Ratione. Vide Bar. in l. deſtitiſſe, ff. de iudi. & uide bonum tex. in l. fi. & c. de inge. manuſ. §. ibi Bal.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Pecunia data pro confirmatione quando non imputetur confirmato. & nu.3. in fi. & nu.9.*
Diuiſio decretalis.
2 *De medio pro de hoc mundo, & quare.*
Pater pro abbate.
2 *Electus petit confirmationem, ad fin.*
Vt eligatur etiam, quis petit.
3 *Facere dicitur, qui non facit.*
Pecuniæ obediunt omnia.
Præſertim, ut hic ſumatur.
4 *Solutio hic inducit uitium, alibi purgat.*
Canonica pœna qua.
5 *Epilogus, & ſuffragium gloſſarum, nu.6.*
Tacens conſentire uidetur.
Ratum poſſum habere etiam non nomine meo geſtum §.1.
De fraude quis ſua commodum reportare non debet. §.2.
7 *Additio gloſſarum, & nu. qui ſequuntur.*
Religioſus eligi poteſt etiam ad alienam eccleſiam.
8 *Adminiſtrare ante confirmationem an quis poſſit.*
Confirmatus quid facere poſſit, & æquiparatur miniſtratori. §.1.
Excommunicationis ſententia ſi feratur in malefactores, niſi ſatisfecerint, poteſt ab epiſcopo latore reuocari, ibid.
9 *Electio, ſeu confirmatio an ualeat, pro qua data pecunia fuit.*
10 *Iudicandum non ſecundùm conſcientiam, ſed ſecundum probata.*

CAPVT XXXIII.

1 SIcut tuis. C. Non † imputatur cõfirmato, cum eo prohi
hibente pro ipſius cõfirmatione pecunia
data fuit. Et ſunt duæ partes. in 1. abbatis
conſultatio in ſecunda. ibi, Quamuis, papæ reſpõſio
prima. 6. narrat. 1. quærentis electionem. ſecundo ip-
ſius adminiſtrationem ibi, Et quoniam. 3. confirma-
tionis denegationem ibi, Ceterum. 4. electi inhibitio
nem ibi, Verum. 5. inhibitionis tranſgreſſionem ibi,
Sed quidam. 6. electi confirmationem ibi, Et ſic. Se-
cunda prin. facit. 4. primò ſoluit obſtaculum. ſecũdò
reſpondet ibi, Taliter. 3. reſpõſum fortificat ibi. Alio-
quin. 4. contra facientes proteſtatur ibi, Illos autem
2 (*Sublato*) per mortem (*De † medio*) i. de hoc mũdo, quæ
quare dicatur medium, habes. 23. quæſtio. 4. hęc autẽ
uita (*Ipſa*) Semblacen. eccleſia (*Filium*) quia monacũ
(*Patrem*) quia in abbatem, de æta. & qua intelleximus
[*Cathedralis*] monaſterij Semblacen. [*Interim*] i. dum va
cauit Leodien. eccleſia [*A te*] petit ergo electus con-
firmationem, ſupra de elec. dudum. 2. nam etiam po-
teſt petere, ut eligatur publicato ſcrutinio. de hoc de
elec. publicato, ſecundum Hoſti. [*Hoc fieri*] ſ. denega-
tionem confirmationis. Et no. ſecundum Hoſtiẽ. quod
3 qui † non facit, dicitur facere. de hoc ſupra eo. nemo
[*Ignorante*] & contradicente, ut præcedit, & ſequitur [*Li-
bere*] vt credebas: interceſſit tñ pecunia, cui obediunt
omnia. eccleſiaſtes. 10. G. Virgilius Eneidos. libro 3,
quid non mortalia pectora cogis, auri ſacra fames? fa-
cit. C. de epi. & cle. ſi quemquam [*Præſertim*] licet qui-
dam exponant: protantum, tu exponas pro maxime
[*Imputari*] vt ex hoc tanquam ſimoniacus reproberis,
& caſſetur electio de te facta, puto autem, quod confir-
matio tanquam ſurreptitia & ſimoniaca nõ ualuit, ni-
ſi ab inimico data fuiſſet, ſupra e. nobis. Go. [*Soluendo*]
4 hic † ſolutio inducit uitiũ, alibi purgat. C. quod me,
cauſa. l. 2. Go. [*Alioquin*] i. ſi hoc tibi imputaretur [*Ca-
nonica*] depoſitionis, ſcilicet cum infamia: 1. q. 3. cap. fin.
ſupra eo. c. 2. in fi. etiam ſi per inquiſitionem ſit actũ,
ſupra de accuſa. inquiſitionis. 1. reſpon. & infra e. quo
5 niam Hoſt. ¶ † Secunda gloſſ. obijcit, & contra obie-
ctionem arguit. ſecundo fatetur obiectionem, & illi
reſpondetur. ¶ Glo. 3. arguit, quod confirmatus &c.
ſecundò quod per hoc uerbum ſub interminatione. &c.
& glo. exponit, & remittit. ¶ [*Glo. quia ſæpe*] ponit duo
generalia de tacente, quod conſentit, & quod contradi
cit. ad utrunq; ſignat contrarium, de reg. iu. qui tacet.
¶ [*Glo. dixit*] ponit lecturam Vincẽ. diſtinguentis inter
6 electionem. & confirmationem. ¶ [*In † gl. quia ſæpe. ibi.
ſi ut propriis*] cum nubit filia pater tacendo conſentit
[*& ibi. §. denique*] hanc, & l. ſe. uide de præſumptio. nõ-
ne. ſuper ult. gl. ¶ [*In glo. nam ſi ibi. §. quod*] defendendo rem
factam meo nomine ſine meo mandato poſſum ra-
tam habere [*Et ibi, ... auaritiæ*] ibi bene fuit geſtum
ratione ratum habentis, ponit enim caſum, quando
eum, qui nil tibi debebat, monuit, ut tibi ſolueret: &
is mihi ſoluit, & tu ratũ habuiſti. ¶ [*In glo. ſi. ff. in fi.*] po-
nit caſum de citato, qui procurauit per magiſtratum
detineri. ¶ [*In glo. ante pe. ibi, ſancimus*] uide in c. proxi. al.
ſuper glo. fi. [*Et ibi, ſi quis ſuo*] uide infra de hære. excõ-
7 municamus, ſuper glo. ar. quod. ¶ [*In † glo. 1. ibi, alienam*]
dicebant La. Io. & Vin. quod hic præceſſit poſtulatio. uel
prior eccleſia ſuberat huic immediatè [*& ibi, eccleſia*]
& quod religioſus eligi poteſt etiã ad alienam eccle-
ſiam, de hoc infra de elec. nullus, lib. 6. dic hodie, vt in
clemen. de elec. cum ita rationi [*& in fi.*] & 61. di. nul-
lus inuitus. ¶ [*In glo. 2. ibi, ubi de hoc*] & de inſti. capitulo
8 primo, libro ſexto [*& in fi.*] uel ſecundum † Innocẽ.
eccleſia Collucen. contulit auctoritatem adminiſtrã
di: quia ius patronatus habebat in mon. notabat hic
Hoſtien. quod ſi electus non confirmatus auctoritate iu
dicis ſui adminiſtrat. non eſt ei imputandum, ut hic:
ſed dic hodie. ut infra de elec. auaritiæ, lib. 6. ¶ [*In glo. ar.
ibi, confirmatus*] non benedictus. T. ſed hic non erat cõ-
firmatus, poteſt tamen ſic procedere ar. ſi hoc poteſt
miniſtrator, ergo cõfirmatus. facit de elec. is cui, li. 6.
& ſic ceſſet reprehenſio Hoſti. qui mordebat hoc ar-
gumentum [*Et ibi, Salonitana*] ubi de hoc. Quærit Ho-
ſti. quid ſi ſententiam ſic latam epiſcopus reuocet? di
cit. quod tenet reuocatio, quamuis ſit indecens, &
a iniuſtum, de offi. or. cum ab eccleſiarum [a], & c. ad re-
primendam. ¶ [*In glo. forte, in fine*] infra de purga. cano.
cum in iuuentute. ¶ [*In glo. quia ſæpe, in fi.*] Vincẽ. dic ut
infra de reg. iur. is qui tacet, li. 6. ¶ [*In † glo. dixit, ibi, Vin.*]
& Inno. hic, Io. Phi. & Hoſt. uidetur uelle hæc opinio,
quod licet non ualeat electio taliter facta, ualet tamẽ cõ
firmatio. Goſ. contra. ut dixi hic in textu. pro opinio-
ne Go. multum facit, quod petens confirmari tractat de
iure acquirendo. de hoc, ſupra eo. dilectus. i. pro pri-
ma facit: quia tex. vult ponderare aliquẽ eſſe contra-
dictionis effectum, per quod credo primã opinionẽ
ueram in expreſſè contradicente: ſecundam in igno-
rante, & non cõtradicente. ¶ [*In gl. nam ſi, ibi. T.*] & Vin.
[*& ibi. c. prox.*] ar. infra de ſen. ex. cum quis, lib. 6. quod
etiam facit cõtra. ¶ [*In glo. quòd eſſet, in fi.*] & infra de reg.
iur. non debet aliquis. lib. 6. ¶ [*In † gloſſ. ult. in fi.*] Et per
hoc arguit Hoſt. non ſecundum conſcientiam, ſed ſe-
cundum probata iudicari debere. remittit, de offi. or.
ſi ſacerdos, & de of. dele. paſtoralis. §. quia uero.

ANNOTATIONES.

a ¶ Ab eccleſiarum. ibi uide latius Io. An. & per Hoſtiẽ. optimè de ſen. excom. uenerabilibus. §. ubi autem, lib. 6.

SVMMARIVM.

1 *Simoniacus quãdo ſit, qui bona ſua cõferre eccleſiæ, ut recipiatur in canonicum, & illa bona ſua teneat pro præbenda, & num. 3.*
3 *Symonia an ſit ex corruptione teſtis, uel iudicis per dationem pecuniæ, in eius commiſſione inſpicitur intentio principalis, nume. 3.*
Quod tempus inſpiciatur, nu. 5. in fi.
An & quando intentio ſola eam inducat, nu. 6.
In connexis eadem ratio.

3 Dona-

3 *Donare quibus caſibus quis dicatur, & nu. 4.*
Manifeſtum pro notorio.
4 *Edilogus, & ſuffragium gloſſarum.*
Fie iuſſor non agit mandati remiſſa ſibi actione à creditore.
5 *Additio gloſſarum, & nu. 6.*

C A P V T XXXIIII.

Va nos. C. Si † cleri... eo pacto bona ſua c... ecclesiæ, ut recipiatur in canoni..., & illa bona teneat pro præben..., ſimoniacus eſt: ſecus, ſi hoc fieret ſine pacto. & ſunt duę partes. in 1. deciſa cõſultatio. in ſecunda reſponſio ibi, Deuotioni. & hoc diſtinguit, ſecundum membrũ proſequitur ibi, Si verò, cuius determinationem ſubdit ibi, Licet autem [*ut*] exprimebatur ergo uitium, & erat contractus do, ut fa-
2 cias [*In talibus*] ſpiritualibus, uel quaſi. Quid † de eo, qui dat pecuniam corrumpendo teſtem, uel iudicem. Dici poteſt ſecundum Hoſt. ꝙ licet ubi agitur de temporalibus corruptio prædictorũ non ſit ſimonia: ubi tñ agitur de ſpiritualibus, ſupra de teſt. ſicut, erit ſimonia, uel quaſi, ar. hic, & ſupra capitulo primo, & expreſsius ſupra c. nemo, & c. cum eſſent. & hoc propter connexitatem, ar. ſupra de iur. pa. de iure. & cap. cum eſſent.
3 ff. de rei uẽ. quæ religioſis [*Purè*] hoc † eſt donare. ff. de reg. iur. donari. Io. donari uidetur, quod nullo iure cogente cõceditur, & ff. de don. l. donari [*Admittatur*] fortius ergo excuſaret ſimo. quando prius eſſet receptus, & poſtea ſic offerret [*Manifeſtis*] i. notorijs iuris, uel facti [*Intentione*] principaliter uix enim eſt, quin ipſam habeant tamam. 8. quæſtio prima, ſunt in ecceleſia 86. diſtinctio. non ſatis, ſecundum Innocentius, & Hoſtien. [*Ille*] qui offert. Abb. [*Illi*] qui recipiunt [*Iudicem*] ideſt deum 2. quæſtione prima unus, ſupra de iudic. nouit.
4 ¶ † Gloſſ. 3. no. quòd tempore receptionis &c. obijcit, & ſoluit. ¶ [*In glo. 4. ibi, ſi non remunerandi, in pri.*] ſi non remunerandi animo, ſed donandi creditor actionem remiſit fideiuſſori, non agit fideiuſſor mandati [*& ibi. §.*
5 *ult.*] uide de ui. & ho. cle. cum ab omni, in 3. gl. ¶ † *In gl. 2. ibi, admittatur*) ad idem. j. de cleri. ex. mi. propoſuit. ad prælaturam uerò non debet ſe ingerere, de elec. qualiter. Hoſt. ¶ [*In glo. 3. ibi ſed contra*] quod tenet Lau. & Honeſtius eſt hoc ſecundum Hoſtiẽ. (*& ibi, Poſtmodum*) & ibi de hoc (*& ibi, Verum eſt*) idem Vinc. & T. G. & Phi. Hoſt. quid dixerit hic Inno. dicam, infra eo. quoniam, ſuper. 1. gloſſ. (*Et ibi, ſiue poſt*) licet interdum liceat poſt, quod non ante, & è contrario, ut in præ. c. quàm pio.
6 ¶ [*In † glo. ult. ibi, intentio*) ut referunt Inn. & Hoſ. ſunt, qui dicunt, ꝙ ſola intentio inducit ſimoniam in prohibitis, quia ſimoniaca. in ſimoniacis uerò, quia prohibita, requiratur pactio. de his, ſup. de offic. dele. ex parte. Tenendum tamen eſt, ꝙ nunquam ſola intentio inducit niſi mentalem. Quid autem de deſcriptione ſimoniæ dixerit hic Ho. dixi, ſupra cap. nemo, ſuper gl. 2. (*& in fi.*) dic, ut infra eo. c. ult.

S V M M A R I V M.

1 *Ordines non debet quis recipere ab eo, quem credit ſimoniacum, & nume. 5.*
Pro eis conferendis ſi ordinator recipiat pecuniam, an ſit ipſo iure ſuſpenſus, num. 7. & 11.
Pro eis ad diœceſanum recurrendum eſt etiam ab exceptis, eorum executio à quibus nõ recipiatur, nu. 8. in fi. & nu. 9. 11. eos nemo cogitur ſuſcipere, ſed in ſuſceptis miniſtrare, nume. 11.
2 *Credendum eſt literis ſuperioris & quo caſu hic.*
3 *Ea ex nanis dictis non eſt informanda, talis ad prælati conſilium deponenda, & nume. 6. ſi deponi non poſſit, eſt ſequenda, & nu. 8. cir. fin.*
Eam poteſt informare quiſque, prout ſibi placet in indifferentibus.
4 *Sacramenta eccleſiaſtica à quo non recipienda, & quibus danda.*
Peccatori occulto etiam excommunicato officia tenemur miniſtrare.
6 *Simoniacus in ordine ſimoniacè recepto quæ amittat.*
Simoniacus notorius in beneficio qui, & nu. 7.
Tales an ſint ipſo iure ſuſpenſi, & à quibus, & nu. 11.
7 *In excommunicatis notorÿs depoſitis, & ſuſpenſis idem intelligendum quod in ſimoniacis ſuſpenſis.*
Suſpenſio conferenti ordinem ſimoniacè quamdiu duret.
Erronea opinione oſtenſa credere & obedire, & deponere tenetur eam, uer. & hanc.
Canonem male intelligere quando non peccatum mortale.
8 *Ab obedientia ſuperioris non licet recedere, & ipſum ſpernere, niſi in exceptis caſibus, & quibus.*
10 *Epilogus, & additio gloſſarum, nu. 11.*

C A P V T XXXV.

1 Er tuas. C. Non † debet quis recipere ordines ab eo, quem credit ſimoniacum. Miniſtrare tamen poteſt in his, quos prius ab ipſo receperat, communis diuiſio. Et ſecunda ibi, Nos itaque (*Carthuſien.*) uide infra de homici. ſicut (*Diœceſano*) ad quem recurrendum eſt in talibus etiam ab exemptis, ſupra de reſcrip. ueniens. Hoſtien. infra de temp. ordi. cum
a nullus, lib. 6. a [*Poſtmodum*] ſ. ſuſceptis iam ordinibus [*Quorundam*] alias multorum, & forte iſti erant uicini collaterales, uel ſecratarij epiſcopi, tamen priuati. Si
2 enim † ſuperior ſuus ipſum talem eſſe denũciaret, & uitandũ mandaret, prima facie credẽdum eſſet ei, & parẽdum, de proba. poſt ceſsionem, de treu. & pa. capitulo primo, 11. quæſtio. 3. curæ. Hoſt. [*Simonia*] non dicit in ordinibus, uel aliter. Hoſten. [*Et infra*] quæris, an miniſtrare poſsis in ſuſcepto, & ad maiores aſcendere [*Ad ſuperiores*] imò nec in ſuſceptis miniſtrare debet contra conſcientiam [*Forte*] ſub dublo forte & c. de procur. tuæ, uel ponitur pro fortiter ſecundũ Hoſtien. [*Scrupuloſam*] i. credulam, & de facili pruriẽtem.
3 ¶ Et no. 5. ſecundum † Hoſtien. primum ex nanis dictis in alterius præiudicium non eſt cõſcientia informanda. Secundò, quòd ſi taliter ſit informata, eſt ad prælati conſilium deponenda. Tertiò, quòd ſi deponi non poteſt, modis omnibus eſt ſequenda, ſup. ꝙ quo uide, infra de ſenten. excom. inquiſitioni, & ſupra de temp. ord. ad aures. Quartò, quòd animi uirtus de cõſcientia ſcrupuloſa poteſt bonam facere. & vilitas animi econtra. Quintò, quòd in indifferentibus poteſt quiſque, prout ſibi placet, cõſcientiam informare [*Difficultatem*] quò ad ſuſcipiendos, & ſuſceptos [*Errorem*] no. Innocẽ. hic † quòd ſecundum quoſdam à depoſito, excommunicato, uel ſuſpenſo quãtumcunque occulto non ſunt recipienda eccleſiaſtica ſacramenta, ar. hic, in hoc excipiũt baptiſmum, & corpus Chriſti, ut no. infra de hæren. capitulo ſecundo, ipſius tamen in publico petentibus tenemur dare, de conſ. diſtinctio. ſecunda, non prohibeat, prima quæſtione prima, Chriſtus, quia nec in publico ſunt uitandi, ut patet in eo, quod legitur & no. infra de ſentẽ. excommunicatio. cum non ab homine, ſupra de offic. ordin. ſi ſacerdos. imò & ſecundum Innocen. occulto peccatori quantumcunque etiam excommunicato tenemur miniſtrare officia, ſicut & alijs, ne ſi prælatus taliter ſegreget, eos prodat contra id, quod legitur, ſup. de off. or. ſi ſacerdos, infra de pœni. omnis. §. caueat, ſecunda quæſtio. 1. Si peccauerit. prima quæſtion prima, Chriſtus, & uide ſupra eod. tanta. quod les adminiſtrarent, temporaliter, ualet quamdiu ab eccleſia tolerantur. arg. 3. de elec. nihil eſt

§. pe.

§.pe.& fin.ſupra de cohabi.cleri.& mulie.ueſtra.§.fi-
Criminoſorum occultorum etiam ſacramenta non
uitabo,licet quò ad ſe ſint ſuſpenſi,ut ibi, & eod. titu.
cap.fina.1.q.1.ſacerdotes. nam ſola prohibitio homi-
nis, uel canonis hoc illicitum reddit.32.diſt.§.uerum.
& no.infra de hæreti.cap.3. Alii contra,ut no. inſra de
chriſma.capitu. 1. ſecundum Innocen. Sed nunquid
5 † debuit iſte monacus recipere ordines à ſimoniaco
manifeſto in beneficio, uel occulto in ordine? non:
quia executionem non haberet ordinis ſic ſuſcepti,
ſupra eod.tanta.32.diſtin. §.uerum: ſed hic monacus
ignorans fuit,ut ſupra reſpon.1. & ideo papa cū igno-
rante diſpenſat. 1. q. 1. ſi quis à ſimoniacis. hoc enim
6 † ſcias, quòd ſimoniacus in ordine ſimoniacè rece-
pto.& talis ſimoniacus ſolus executionem perdit nō
tantum ordinis ſic ſuſcepti.1.quæſtion. 1. quibuſdam
ſupra eod.tanta,infra eod. cap. penul.quinimmo om-
nium aliorum,& per conſequens admiſtrationem in
temporalibus 81.diſtin.eos:ſed hoc quare? nonne ha-
buit executionem aliorum ordinum non ſimoniacè
ſuſceptorum, & nonne ex conſecratione conſecutus
fuit ius adminiſtrandi? ſic, niſi aliud diceretur, ſup. de
elec.tranſmiſſam:ſed hoc ipſo, quod aliquem ordinē
ſimoniacè ſuſcepit,quantumcunque occultè à cano-
ne ſuſpenſus eſt, ut probatum eſt ſupra, & poteſt eſſe
ratio, quia licet plures ſint ordines, unum tamen eſt
ordinis ſacramentum:licet contra, infra c.pe. & idem
dicendum eſt de ſimoniaco notorio in beneficio,oc-
cultus enim ſuſpendendus eſt, non ſuſpēſus. 1.q.3.c.
1.2.& 3.Tamē ratione illius beneficii ſimoniacè ſic q̄
ſiti ſine peccato,nec ſpecialiter,nec temporaliter mi-
niſtrabit:puta emit epiſcopatum,non ordinem: quia
tunc eſſet ſimoniacus in ordine,& ſuſpenſus,ut no. ſu
pra,ſed epiſcopatū.i.dignitatē epiſcopalem,& ſic pro-
motus ad dignitatem epiſcopalem confert ordines,
uel beneficia, uel alias adminiſtrat. ordines enim ab
eo collati nullum effectum habebunt quò ad execu-
tionem.1.q.3.ea quæ: quia fur cenſetur. ſupra de elec.
dudum,2.reſpon.1.& ſic rem alienam non eſt licitum
contrectare.1.q.1.ordinationes.Si uerò habet alia be-
neficia non ſimoniacè acquiſita, ab illis ſuſpenſus nō
7 intelligitur eſſe. & quod † dictum eſt de ſimoniacis ſuſ
penſis, idem intelligendum eſt ſecundum quoſdam
de omnibus notoriis excommunicatis, depoſitis, &
ſuſpenſis.Suſpenſio uerò cōferētis ordinē ſimoniacè
per triennium tantum durat,infra eod.c.pe.uel eſt ibi
ſpeciale, quia non eſt ibi propriè ſimonia in ordine,
ut ibi dicam ſuper.2.glo.Monacus autem iſte uidetur
in opinione fuiſſe,quòd etiam ſimoniacus in benefi-
cio occultus,& qui recipit pecuniā pro ordine conſe-
rendo perdit executionem omnino,ar.1.q.1.reperiū-
tur, & c.quibuſdam. Et hanc opinionem erroneā ſe-
quendo uolebat ordinari,ſed errabat,ut patet infra.e.
c.pe.& colligitur ex dicto. c.reperiuntur, ibi, ex quo
confidit &c.ſecundum Inno.ſed plus placet ei, ꝙ iſte
monacus non erraret in iure,credens, quòd qui con-
fert ordinem ſimoniacè, ſuſpenſus eſt ipſo iure. nam
& hoc uerum eſt uſque ad trienniū,infra e.c.pe.quod
dic, ut ibi no.Idem grauiter puniendus eſſet, ſi poſtq̄
de iure doctus eſſet,credere, & obedire contemneret
19.di.nulli, prius autem malè intelligere canonē, cū
ſit de iure poſitiuo, non erat peccatum mortale ſecū-
dum Inno.dicendum eſt igitur, ꝙ iſte monacus pro-
babilem credendi præſumptionē habebat, hūc dioe-
ceſanum ordines ſimoniacè contuliſſe, quod forſan
nō fecerat,& ſic errabat in facto.Conſulit ergo,quod
niſi prius hanc credulitatem deponat, ad ſuperiores
ordines non aſcendat,quam præſumptionem,& cre-
dulitatem ex eo ortam ad conſilium,uel mandatum
prælati deponere debet. Si autē hoc ſciret pro certo
nullo modo ab eo, infra triennium deberet ordines
recipere: imò deberet excommunicationem potius
ſuſtinere,infra de ſenten.excom.inquiſitioni. ¶Hoc
8 †etiam teneas,ꝙ non licet ab obedientia ſuperioris re
cedere,& ipſum ſpernere,quantumcunque notorius
ſit, niſi in duobus caſibus, ſ. ſi eſt ſimoniacus in ordi-
ne,uel notorius fornicator.32.diſt.§.uerum.in omni-
bus ergo aliis criminoſis aliud eſt.quamdiu ab eccle-
ſia tolerantur,argumen.15.q.fi.c.fi.& in d.§.verum.&
ſecundū hoc poteſt intelligi,quod hic dicitur, ſ.ꝙ mo
nacus credebat epiſcopum eſſe notorium ſimoniacū
& ideo executionem ordinis nō habere.quare aucto-
ritate propria ab eius obedientia potuit recedere, ſed
errabat in facto forſitan, ut dictum eſt, ſecundum In-
noc.Eſt tamē contra,argum.23.q.4.tres perſonas.3.q.
7.iudicent, ſup. de ap. quia nos. Quid.n.ſi ſit notorius
homicida,uel notorius hæreticus, uel alius peccator,
qui tale peccatum committit? Quod etiam poſt pœnitē
tiam executionem ordinis impedit, de quibus no.ſu-
pra de renun. niſi cum pridem, §. propter conſcien-
tiam? Vtique eadem ratio uidetur.ergo idem ius cen-
ſendum, quod in prædictis tantum duobus exceptis
caſibus, ut patet in eo, quod legitur & not. de accuſa.
inquiſitionis.ſed & quantumcunque ſit aliàs ſine pec
cato, nunquam eſt obediendum contra conſcientiā,
ut hic patet,& in eo, quod legitur & no. ſupra de tēp.
or.ad aures §.1.illud autem aſſero,ſm Hoſ. ꝙ ubi quis
ſcienter ab hæreticis,excōmunicatis,uel ſuſpenſis epi-
ſcopis recipit ordines,executionem non recipit, nec
dignus eſt diſpenſatione. ubi ergo ignoranter, quam-
diu durat ignorantia,haberi debet,ſi ſit probabilis ex-
cuſatio,ut ſupra no.ſed & ſi ſic ordinatus ex aliqua re-
latione remorſum conſcientiæ habeat,ſtatim abſtine
re debet ab executione,argumen. hic, & ſupra de ſe-
cund. nup.c.2. quouſq; fuerit ſecū per proprium epi-
ſcopum diſpenſatum,ut legitur & no. ſup. de ordi. ab
9 epiſcopo.c.1.in fi.& c.2. ¶Quid † ſi papa faceret cano-
nē, ꝙ quilibet poſſet recipere ordines ab occulto ſi-
moniaco? Reſpondeo,poſſet hoc facere,quod ſi quis
negaret,hæreticus eſſet, uel grauiter peccaret.19. diſt.
nulli.Secus ubi papa hoc diceret gloſſando,uel nō in-
tendendo aliorum opinionibus derogare, ſupra de
reſtitutio.ſpolia.literas,§.nos autem,ſm Inn.& Hoſt.
10 ¶Glo.1.dicit aſſerentibus credi nō debere, & ſignat
contrarium. ¶Glo.2.1. ponit opin. Io. demum ponit
contrariam,quam approbat.ſecūdò obiicit, & ſoluit.
b 3.quærit,& ſoluit[b]. ¶*In gl.1.ibi,non debuit*]in infamiam,
11 uel præiudicium alterius,& ſic loquuntur priuia iura
ſecundum Hoſt.ad hoc,ff.de actio.emp. & uend.l. Iu-
lianus:aliàs incipit inter eos,§. quòd autem diximus,
& in fi.ibi,ſoluitur. ¶*In glo.2.ibi,in ordine*] dixit hic Gof.
ꝙ ſimoniacus in ordine conferendo non eſt ipſo iure
ſuſpenſus quò ad ſe & alios. illud enim eſt uerum de
ſimoniaco in ordine ſuſcepto. & ſic intelligit cano.
quos ſtatim alleg.gloſſ.dic ut inſra eo. capitulo penul
timo [*Et ibi,beneficium*] hoc non credo,licet ſatis poſſit
fateri,quòd ſimoniacus in uno ordine ſuſcipiendo, e-
tiam ab aliorum executione ſit ſuſpenſus, ut dixi ſu-
per textu in ultima gloſſa.& poteſt eſſe ratio,quia uni
cum eſt ordinis ſacramentum. & ideò dictum in ſin-
gulari, non in plurali [*& ibi, c. ult.*] nec uidetur, quòd
deberet reſpondere aliud de ſuſceptis, quàm de ſuſci-
piendis, uel e conuerſo. ratio ſecundum Innocent.
quia nemo cogitur præcisè ordines ſuſcipere: ſed be-
ne cogitur in ſuſceptis miniſtrare, ſupra de ætate &
qualitate, quæris, de cele. miſ. capitulo primo, & ca-
pitulo dolentes, ſed & ſecundum Hoſtienſem, faci-
lius eſt frangere conſcientiam in ſuſcepto, quàm in
ſuſcipiendo:quia multa &c.de iureiuran.quemadmo
dum [*& ibi,executionem.*] hoc tene, licet quidā dixerint,

quod ſi coactus hoc facit, execntionem recipit. 1.q.1,
conſtat, ſed ibi fuit diſpenſatum [*& ibi. ſi qui à ſimonia-
cis*] ubi de hoc. 9.q.1.c.2.[*& ibi, c. 1. & 2.*] per quæ iura
& infra de cleri. ex. mi. apoſtolicæ, patet ſecundum
Ho. quòd haberi debet probabilis ignorantia excuſa-
ta: quod intelligas quò ad diſpenſationem.

ANNOTATIONES.

1 ¶Lib.6. Ibi uide Io. And. contra lap. & gl. 18.q.2. abbatibus,
2 ¶Soluit. & dictum eſt in tex. in gl. mag. uer. ſuſpenſo. no.

SVMMARIVM.

1 *Pro chriſmate uel inueſtitura nil exigi debet, & quæ non excuſent.*
Expreſſum pro tacitè expreſſo ponitur.
Ex antecedentibus præſumitur, ad dictio. recipit, iuncta decretali.
Officialium culpa imputatur ad pœnam domini, & quando, ad di-
ctio. officiales.
2 *Suffragium gloſſarum.*
Nominis uariatio nihil prodeſt in palliatione criminis, & num. 3.
ubi ſecus in caſu.
3 *Additio gloſſarum.*
4 *Emptor uenditori ſi fidem non habeat, quid iuris.*

CAPVT XXXVI.

1 IN tantum. C. Pro † chriſmate, uel ec
cleſiarum inueſtitura ni
hil exigi debet, & conſuetudo, uel nominis
uatiatio nõ excuſat, & contra. duo prouidet.
2. ibi, prauam. primam ſubdiuide. 1. narrat. ſecũda ibi.
Cum uerò, narartũ cortigi præcipit, p& uniri [*Nuncupã*
tes] de hoc non eſt curandum: quia non uerbis, ſed re-
bus lex imponitur, infra de elec. commiſſa. §. porrò.
lib.6.[*Exprimat*] i. tacitè intelligatur exprimere [*Recipit*]
præſumitur ex ordine, facit ad idem. 20. diſt. §.1.[*Precio*
ſam] & precio dandam. Abb. uel ratione ſubiecti: quia
ſacramentalis [*Officiales*] hoc propter neglig&etilde;tiam epi-
ſcopi, uel propter connexitatem. Goff. dicit Hoſ. hoc
in eo, quod tanquam officiales excedunt, de off. uica.
Romana, lib.6. & dic ut ibi in 3. glo. [*Decani*] rurarles. ſ.
& dicit Hoſ. ꝙ adhuc iſtud in quibuſdam partibus ſer-
2 uatur [*Vaccam*] forte cum uitulo. ¶ † *In glo. 3. ibi, lecta eſt*]
quod prius ibi uocat pœnam, poſtea uocat uſurã [*&*
ibi, ſi.] in hoc ſimile, quia ibi non prodeſt ſeruo ſimula
re, uel uocare ſe decurionem, nec domino obeſt, ꝙ eũ
ſic uocauerit. ¶ [*In glo. pe. in fi.*] loquitur de conſuetudi-
nibus, per quas iudices exactiones illicitas faciebant.
3 ¶ † [*In glo. 2. in fi.*] de hoc dixi ſupra de priuil. quanto.
¶ [*In glo. 2. Ibi, non prodeſt*] aliquando prodeſt. ſ. de ſpon.
tua. Go. [*& ibi, in fraudem*] de hoc ſupra de arbi. dilecti.
¶ [*In glo. emptor, in fi.*] uel caueatur de re tradenda, ſi pre
cium infra certũ, tempus fuerit numeratum. ff. de re-
a di. ac. ędiles. §. fin. & l. ſe. uideamus, [b] Ho. ¶ [*In gl. ul. in fi.*]
ſupra c. 1. & c. ueniens,

ANNOTATIONES.

b ¶Videamus. Vide Bar. in l. ſi ſol. alle. in glo. & in §. offerri, hic alle.

SVMMARIVM.

1 *Ordinatus in ſubdiaconum, qui prius præſentatori promiſit, quòd*
ab eo nil peteret, quid incurrat, & nu. 6. ſi egeat, qui ei teneatur
prouidere nu. 2. in fin.
Preces non inducunt hic ſimoniam.
2 *Ordinandis qui poſſint titulum aſſignare.*
3 *Intitulatus poteſt petere de bonis eccleſiæ portionem, ad quam eſt*
intitulatus ad uitæ ſuſtentationem.
4 *Epilogus, & ſuffragium gloſſarum. num. 5.*
Iuris ignorantia quibus non proſit.
6 *Additio gloſſarum.*
Simonia a muneris datione, & remiſſione rei tẽporalis inducitur.
Munus quadruplex ſit.
Remittere idem, quod dare in fi.
In annexis idem ius quod in principali, ibid.

CAPVT XXXVII.

1 PEr tuas. Caſus. † Ordinatus in ſub-
diaconum, qui prius præ-
ſentatori promiſit, quòd ab eo nil peteret.
in ſuſcepto miniſtrare, uel ad ſuperiores a-
ſcendere ſine diſpenſatione, non poteſt, etiam ſi pec-
care non credidit. cõmunis diuiſio. & 2. ibi, nos [*Exo-*
rauit] ſi ſtetiſſet in finibus nudarum precum, ſimo-
niacum nõ fuiſſet: ſed ultra proceſsit ad pactum. Ho-
2 ſtien. [*Eccleſia ſua*] non ſolum igitur † Abbates, ſed e-
tiam minores poſſunt ordinãdis in ſibi commiſſis ec-
cleſijs titulum aſsignare, tamen ſine pręiudicio patro
norum, quod dic, ut ſupra de iure pa. capitu. penul. &
ſi facultates non ſufficerent, uel talis nõ reſideret, poſ-
ſet illo titulo priuari, de clerici. non reſi. conquerente
uel ibi non fuerat intitulatus à preſbytero conquer&etilde;-
te. conqueratur enim de ſe ipſo, qui conſenſit, argu.
de cle. coniuga. diuerſis, caueat ergo ſibi epiſcopus,
qualiter talem recipiat pręſentatum. pactum enim in
teruenire non poteſt ſine uitio ſimoniæ. Si autem ta-
lis egeat, epiſcopus coget præſentatorem ad titulum
aſsignandum, ſi habet de ſuo, unde id poſsit, alias epiſ
copus prouideat, de præben. capit. 2. & 4. & capitulo,
cum ſecundum, ſecundum Hoſtie. [*Portionem*] poteſt
3 † igitur intitulatus petere portionem de bonis eccle-
ſiæ, ad quam intitulatus eſt, id eſt uitæ ſuſtentationem
ad idem de filiis preſ. propoſuit: talem tamen & tam
tenuem, quòd non uideatur ſecundum Hoſtien. fie-
ri ſectio fructuum inter ipſos, ne ſit contra. de præbẽ.
maioribus, & capitu. niſi. nam una eccleſia &c. eod.
ritu. cum non ignores, in prin. [*Diſpenſatum*] per papã,
4 Inno. infra. c. pe. ¶ † Glo. 2. ſignat contrarium, ſoluit, &
5 remit. Vlt. gl. per triplicem cauſam iuuat tex. ¶ [*In gl.*
3. ibi. §. ſed iure] ibi dicitur, ꝙ iuris ignorantia non pro-
deſt prudenti, uel habenti iuriſconſulti copiam. ¶ [*In*
6 † *gl. ul. in fi.*] obiicitur hic, non interuenit munus à ma-
nu. hoc eſt pecunia. nõ ab obſequio, ſ. ſeruitium inde-
bitè impenſum, non à lingua, ſ. fauor humanus, ex q
bus inducitur ſimonia, 1.q.1. ſunt nonnulli, & ca. ſi qs
neque. So. hic interuenit pactio de remittenda portio
ne beneficiũ, quod de iure peti poterat, quę portio cõ
ſideratis fructibus temporalis eſt. unde poſſet laico aſ-
ſignari. de hoc de inſti. c. 2. & ſic uidetur remiſiſſe tem
porale pro ſpirituali beneficio conſequendo: ſed idẽ
eſt remittere, quod dare. ſupra eo, querelam item ſub-
diaconatui annexus eſt titulus, qui ſicut & beneficiũ
debuit ſine diminutione coferri. 1.q.3. c. fi. ſupra ut ec.
bene. c. uno. ſecundum Goff. & Hoſt.

SVMMARIVM.

1 *Annexum idem facit quod principale.*
Simoniacum quid dicitur, quia prohibitum, ut hic.
Pecunia ſimonica cui reſtituenda.
2 *Epilogus, & additio gloſſarum.*
Spiritualia quæ dicantur, & cadant in uitium ſimoniæ.

CAPVT XXXVIII.

COnſulere. Non eget ſumma [*Vicedo*
minatum] cui aliquid ſpiri
tuale annexum eſt. 1.q.1. ſi quis epiſcopus,
Inno. & Ab. [*Adminiſtrationem*] perpetuam.
Aliud enim, ſi ad tẽps uendantur fructus. de hoc. ſ. c. nõ
ſatis [*Simonia*] eſt autem hoc ſimoniacum prohibitum

[Con-

[Contumeliam] ar. pecuniam ſimoniacam reſtituendā
ei, in cuius contumeliam data eſt. dic ut ut ſupra eo.
2 de hoc. ¶† Secunda gloſſ. arguit, & argumentum de-
terminat. ¶[In glo. 1 ibi. ſaluator] & ead. quæſtio. §. 1. ad
huius intellectum ſciendum, ſpiritualia ſumi quando
que ſ in eſſentia. Et hæc aut incorporalia, aut corpora
lia. prima nullo mō cadunt ſub precio, vel in venditio
nem. talia ſunt dona, & uirtutes ſpiritusſancti. facit. 7.
q. 1. c. 1. & c. iudices, & q. 3. ſaluator. hoc per ſe patet. ſe-
cunda. ſicut reliquiæ ſanctorum. & hæc de facto uen-
di poſſunt, ſed non ſine peccato, uel uitio ſimoniæ, ſu
pra de reliqui. c. 2. & no. 1. q. 1. qui ſtudet. quædam ue-
rò ſunt ſpiritualia per cauſam, ut ſacramenta ſtrictè,
uel largè ſumpta, quę ſunt cauſa gratiæ. hęc de facto
cadunt ſub precio, inquantū corporalia ſunt, ſed non
ſine uitio ſimoniæ. infra cap. proxi. 1. q. 1. dictum. quæ
dam ſpiritualia ſecundum ſtatum, ut religio, & de
his ut de proximis, infra eo. quoniam, idē de ſpiritua-
libus, quæ à ſpirtuali poteſtate deſcendunt, infra eod.
audiuimus. Idem in ſpiritualibus ex officio eccleſia-
ſtico, & de his hic. officia ergo, quæ uel ex ordine cō-
petunt clericis, ut pulſare campanas, claudere oſtia ec
cleſiæ, uel ſunt adminiſtrationes in eccleſiis, uel eccle
ſiarum rebus, non uenduntur ſine uitio ſimoniæ, ut
hic & in iuribus allegatis in glo. ſunt quædam ſpiritua
libus annexa, uel ab eis dependētia, ſicut beneficium,
uel prębenda, ius decimarum, & ſimilia, & de his vt ſu
pra. ſunt etiam quædam annexa, quia ordinata ad ſpi-
ritualia, ſicut uaſa ſacra ad uſum ſacramentorum, &
ueſtes, & huiuſmodi; quæ etiam uendi non debent,
de reli. do. ad hæc, de con. di. 1. ligna, & c. ueſtimenta.
patronatus etiam annexus eſt ſpiritualitati, nec per ſe
vendi poteſt, de iure. tranſit tamen cum uniuerſitate,
eo. titu. ex literis, ubi ſatis ad hoc ¶[In gl. 2. ibi, qui ſtudet]
& c. 2. ubi de hoc [Et ibi, ad aſſum] & ſi pactum interue-
nit, eſt deteſtabilis alias eſt mentalis. de hoc dixi ſupra
eo. nemo, ſuper gloſſ. 2.

S V M M A R I V M.

1 *Simoniaca exactio tribus in caſibus hic dicitur, & quibus, & n. 5.*
& quibus aliis, nu. 3. & 5.
Occultum nihil in ſi.
2 *Chriſti miraculum quod mirabilius cæteris,*
3 *Cap. ut præterita, ſupra de electio. non obſtat huic.*
Contributio expenſarum pro electo, uel ordinato licet.
Conſenſus facto comparatur in fin.
5 *Epilogus, ſuffragium & additio gloſſarum, nu. 5.*
Cenſum portare tempore chriſmatis, non eſt abſurdum.
Ordinando quando liceat aliquid temporale dare, & ad id etiam
cogetur.
6 *Simonia quare nocata neophytorum.*

C A P V T XXXIX.

1 Sicut pro certo. Caſus† Simo
niacum ē ali
quid exigere pro conſecrationibus epiſco
rum, benedictionibus abbatum, uel ordi.
clericorum, nec excuſat conſuetudo. Et primò narrat
exceſſum, & ipſius excuſationem. ſecundò excuſatio
nem reprobat, exceſſum prohibet, & pœnam addit.
ſecunda ibi, tantum igitur [Perſonis] in miniſteriis for-
ſan epiſcoporum, & ſuperioribus, vt de illis taceatur,
qui infamari non debent. Dicebat Hoſti. quòd etiam
ipſi caueant, ne hoc faciant: quia bene inuenientur,
qui hæc dicent, de uoto, magnæ, uerſi. præterea, & ſe.
2 [In templo] Matt. 21. & inde per Chriſtum expulſis, ut
ibi. Multum extollit Hiero. illud miraculū ſuper Mat-
thæ. tit. 3. F. ſic dicens, Suſcitatione Lazari, illuminatio
ne cęci, & cæteris hoc uidetur mirabilius, quòd vnus
homo illo tempore contemptibilis, & in tantum uı-
lis, ut poſtea crucifigeretur, ſcribis, & Phariſęis contra
ſe ſæuientibus, & uidentibus deſtrui ſua lucra: potue-
rit ad unius flagelli uerba circa multitudinem men-
ſas, & cathedras talia facere, quæ infinitus non feciſ-
3 ſet exercitus [Epiſcoporum] contra ſupra de elec. ut præ
teritæ. Sol. ibi, de expenſis, quæ fiunt ab electo, uel or-
dinato, ad quas contribuire debent, quos res tangit.
hic loquitur de eo, quod exigitur pro collatione or-
dinis, conſecrationis, uel ſacramenti à conſecratore,
uel eius miniſtris ſecundum Hoſtien. [Taxatum] ſupra
eo. dilect⁹. a in fi. [Probis] ſup. enumeratis. Idē de aliis
ſpiritualibus, uel annexis ſupra c. proxi. [Collatis] tollit
fraudem & opinionē dicentium, ꝙ licet exigere poſt
factum, ſed prius non [Aliquid] temporale, uel quaſi.
De ſpirituali uerò, uel onere annexo dic ut ſupra de
elec. ſignificaſti, & de præben. ſignificatum [Exigere]
hoc iuſtificat decre. Innocen. [Dederit] uel conſenſe-
4 rit, ſupra, capitu. non ſatis. ¶ Secunda † gloſſ. dicit, un-
de dicantur & cæt. ¶[In glo. 1 ibi, pro conſuetudinibus] uide
ſupra eodem, cum in eccleſiæ. ſuper gloſſ. ſecunda.
5 ¶† In glo. 1. ibi, conſuetudinem] dixit Vincen. quòd ſi con-
ſuetudo eſſet, quòd cenſus alias debitus epiſcodo por
taretur tempore chriſmatis, non eſſet abſurdum, quia
prælati dant chriſma ſubditis, & ſubditi cenſum præ-
latis, de cenſi. omnis plus. dixit Hoſtien. quòd ſi eſſet
de laudabili conſuetudine, quòd ordinandus aliquid
temporale. puta. 10. lib. daret ad fabricam eccleſię, vel
aliud diuinum cultum reſpiciens, uel ad ſuſtentatio-
nem pauperis ſacerdotis, & ſi ordo liberaliter conſe-
rendus ſit, cogetur tamen poſtea hāc cōſuetudinem
laudabilem obſeruare. ad hoc infra eo. ad apoſtolicā.
a & remit. ibi, & infra eo. Iacobus. ¶[In glo. 2. ibi, teſtamen-
6 to] 4. Re. 5. [Et ibi, Simone] quit forte fuit neophitus. &
ideo uocata eſt ſimonia hæreſis neophitorum. 1. q. 1.
ꝗſquis ꝑ pecuniā: ubi de hoc [Et ibi, teſtamento] Act. 8

A N N O T A T I O N E S.

a ¶Ibi. Facit quod no. de præben. ſignificatum. & quod no. gl. in c
pe. infra de mag.

S V M M A R I V M.

1 *Religioſi precio recepti quibus ſubdantur pœnis, & nu. 6. & quan*
do, nu. 5.
2 *Moniales quot recipi poſſint, monialis appellatione uenit ab-*
batiſſa.
Excuſantur ob ignorantiam & ſimplicitatem, nu. 3.
Palliare quid.
Commodè quod poſſumus, id poſſumus.
3 *Noua receptio monialiū fit, ſi prior erat illata, diſſēſariuē tamen.*
Mulieribus permiſſum ignorare ius.
Monacis an identi, debent eſſe æquales, nu. 5. cir. med.
4 *Epilogus, ſuffragium, additio gloſſarum, nu. 5.*
Simoniacis ueſci non licet, ſed potius fame mori.
Paupertas excuſat à furto, & an à receptione temporalis pro ad-
miſſione in monaſterium.
Quòd canonicus habeat ſicut unus ex aliis, eſt de iure communi.

C A P V T XL.

1 Quoniam. C† Religioſi precio rece
pti unà cum recipientib.
de monaſterio repelluntur, & in arctiora
mon. detruduntur: ſed an concilium ſic re
cepti ponebantur in aliis locis eiuſdem ordinis, niſi
multitudo ſit in cauſa. & ſunt partes quatuor. Prima
prouidet circa futura. ſecunda circa præterita ibi, de
his. tertia prorogat ibi, etiam. quarta publicatio-
nem fieri præcipit ibi, uerum [Paupertatis] hodie † in
mon. monialium non mendicantium recipi non

hoc dicat ſcripſi in cle. de hære. ad noſtrũ, ad fi. [*Pra-*
3 *uas*] prauæ intelliguntur, quando aliquid exigitur pro
collatione ipſorum, uel ſaltem ſatiſdatio [*Obſeruari*],
cum effectu, ar. de cleri. non reſi. relatum, Ergo is, qui
contra conſuetudinem eius per eã introductã eccle-
ſiæ ſubtrahit, ſatisfacere compellitur: alias conſuetu-
do non ſeruaretur cum effectu ſecundum Hoſt [*Libe-
rè*] ut nec exigatur prius pecunia, nec ſatiſdatio, nec
fiat pactio, nec teneat ſacerdos quaſi loco pignoris ſa-
cramentum, niſi fiat ſatiſdatio, uel ſolutio. ſic loquũ-
tur iura, ſupra eo. titu. quæ dicunt conſuetudinem in
talibus nõ ualere ſecundum Ho. [*Per epiſcopum*] ac ſi
4 †dicat ſacerdos non erit iudex in re propria: ſed diœ-
ceſanus, ſi uideat conſuetudinem probabilem & lau
dabilem, ad coerctionem procedet: alias abſtinebit
[*Compeſcantur*] laici. ſ. de clericis dicam infra, c. Iacobus
5 [*Immutare*] intellexit †Innoc. iſtud uerbum de his, qui
mutare uolunt antiquas pias conſuetudines ſolicitã-
do, uel ſtatuendo, quòd nil detur pro ſepultura, uel
ſimilibus: nullus tamen eas ſeruare cogetur, ſupra. c.
non ſatis, cum ſuis concord. facit, quod præcedit de
hæretica prauitate; & quod habetur, infra de ſent. ex.
nouit. Si igitur eſſet conſuetudo, quòd pro pœniten-
tia daretur nummus, uel aliud ſimile, non coget quis
ad hoc. Huius euidens ratio: quia aut dedit coactus;
& ſic fuit ſimoniacum, & contra Ius naturale. & ſic
præſcribi non potuit, & per conſequens nec eſt con-
ſuetudo, de conſue. c. fi. [*Aut uoluntarius*] & ſic non eſt
cogendus. Sed Hoſtien. dicit contrarium elici poſſe
per decre. ſupra de cenſi. ex parte, & ex his, quę infra
dicam ſecundum ipſum Inn. qui dicebat, quòd ſi ſit
conſuetudo, aliquid dari non poteſt tempore colla-
tionis ſacramentorũ, ſicut Venetijs ſoluitur in mor-
te decima mobilium. In Britannia tertia diſpenſanda
in opus eccleſiæ, & pauperum. bene ſunt cogendi ad
ſeruandam hanc conſuetudinem. 11. di. in his. 12. di. il
lud, & c. ridiculum, & ca. conſuetudo. & ex eo, quod
tanto tempore ſoluerint, præſumuntur prius ſe ad id
uoluntariè obligaſſe. & hoc etiam no. Pe. & Abb. Et
dicit Hoſt. quod Venetorum conſuetudo inducta ẽ,
quia in uita Veneti nil ſoluunt pro decima, ideo in
morte omnia ipſorum mobilia decimantur: quod
quandoque eſt eccleſiæ damnoſum, quandoque lu-
croſum, ſecundum quod plus, minuſue uiuunt ho-
mines. poſſet enim 100. annis ſolũ ſemel mobilia de-
cimari: quia tantum uixit paterfamil. poſſent enim
in tribus dieb. tertiò decimari, vt ſi primo pater mo-
ritur, ſecũdo filius. 3. nepos ex filio. Dicit ergo, quòd
quò ad immobilia, in quibus non excuſat conſuetu-
do, nec quò ad mobilia, cum pro illis in uita nihil ſol
uant. & ſic in quanti. non poſſit allegari conſuetudo
ſecundum no. de decimis à nobis. c. 1. li. 6. Non uidet
perfectam excuſationem, niſi talis conſuetudo ſit ap-
probata per papam ſecundum no. de deci. à nobis, &
c. tua. Dicebat autem Inno. non cogi ad ſoluendum
id, quod tempore collationis dari conſueuit, quia ſpe
cies mali eſt, & pręſumit hoc ſimoniacè introductũ
ad hoc. ſ. eo. ſicut pro certo. dicit ẽt certũ pro nullo
temporali differendam ſcrorũ collationẽ, nec ſpon-
te datum eſſe ſpernendũ. 1. q. 1. quam pio Dicit etiã,
quòd ſi conſuetudo eccleſiæ habet, quòd in conſe-
cratione eccleſiæ aliquam partem habet cõſecrator
de oblationibus, & aliam clerici, qui obſequunt con
ſecratori, ad illã cõſuetudinẽ agi poterit petitorio, &
& poſſeſſorio. 10. q. 3. nec numerus. 18. q. ſi. Eleuthe-
rius, c. ſeruitiũ. Idẽ de ſepulturis mortuorũ, & ſimi-
lib. q̃ debentur de iure, uel de cõſuetudine, de ſepul.
certificari. Si uerò ſint aliqua non ex cõſuetudine ge
nerali, ſed ſpeciali debita, ut ſi conſuetudo eſſet, ꝙ in
conſecratione hr̃et. 100. marchas, non crederẽ talem
conſuetudinem ſeruandam, cum male de ea præſu-
matur, ut dictum eſt. Non negamus tñ, quin poſſit ac
cipere expenſas pro ſe, & comitibus ſuis. & ẽt certum
quid poteſt ſtatui. quod accipiat pro expẽſis: quia nõ
cogitur militare ſuis expenſis. 10. q. ul. relatum. 12. q. 2.
charitatem. Expenſas. n. epiſcopus à uilla, ubi ſunt ba-
ptizandi, uel chriſmandi, uel alia ſacramenta conferẽ-
da, uel eccleſia conſecranda, petere poteſt, ſi hñt, un-
de præſtent: alioquin ipſe de ſuo faciat. 10. q. 3. cauen-
dũ. nec ob. e. q. nec numerus: quia illud loquitur, qũ
a aliquid exigebatur[a] ultra expenſas, nam, cũ baptizan
di ad domum baptizantiũ uenirent, nihil pro expẽſis
accipient, cũ & ipſi expenſas non faciant. uel põt me
lius dici, ꝙ aliud eſt petere aliquid ab his, quorũ eccle
ſia cõſecratur, vel de bonis eorum, & hoc nullo mõ
licet, ẽt ſi de hoc ſit generalis conſuetudo. ſ. eo. in tm̃.
aliud eſt nihil ab eis petere, ſed de oblationib. q̃ non-
dũ peruenerunt in ſpãle dñiũ alicuius, uel uſum, uel
poſſeſsionẽ, diuiſionẽ aliq̃ facere, & hæc licet, & cõſe
crationis tpe eccleſiarũ, vel collationis ſacrorũ. Tñ
credimus, ſi ep̃s, uel clerici dicerent, non interim, niſi
ſecuri ſimus, ꝙ dabitis nobis oblones, uel ꝙ uos dñe
ep̃e nobiſcũ ſm conſuetudinẽ antiquã dimiſeritis, ꝙ
peccarent. ſ. eod. cũ in eccleſiæ. ar. ꝯ 53. di. quia ſancta.
Imò plus dñt aliqui ꝙ clerici, qui conſueuerunt hr̃e
aliquã partẽ ab ep̃o. põt ei dicere, ſi ceſſauerit aliquã
partẽ debitã dare, dñe nõ intrabimus, de cætero, ar. 95.
di. eſto. 45. d. cũ beatus; quia ſi ep̃s rõne cõſuetudinis
pctat eos cogi ad ſecum intereſſendũ, & ipſi rñde-
bũt, & tu ipſe circa hoc ipſam cõſuetudinẽ ſerua. nos
tñ credimus, & idẽ Ho ſ. eo. Iacobus, ꝙ non eſt licitũ
clericis negare ep̃o obſequiũ cõſuetum, licet epiſco-
pus deneget conſuetã partẽ oblationum. immò, ſi
fecerint, agere poterit ep̃s noĩe eccleſiæ peti. & poſ-
ſeſ. ꝯ clericos, cum hæc exceptio nunq̃ inueniatur in
iure, ſed clerici ſimiliter cũ ep̃o, non pro eccleſia, põt
agere petito. & poſ. ad prædictã cõſuetudinem cõſer-
nandam, & ẽt quia infringit epiſcopus conſuetudi-
nẽ, ſi expedit canonicis, & ſi cõſuetudo tm̃ in fauorẽ
ep̃i eſſet introducta, poſſent agere ut abſoluerẽtur à
prędicta conſuetudine: quia priuil. & c. 11. q. 3. priuile-
gium. Sed hoc non credit Inno. nã licet aliquãdo ob-
tineat in priuile. non tamen obtinet de iure commu
ni, uel conſuetudinario, quod difficilius ab homine
ſeparatur, quã gratia. ſed poſſunt agere, & petere, ut
quãdiu non ſoluerit epiſcopus, quod cõſueuit, nec
ipſi obſequium debitũ præſtare teneantur. & ſic loq-
tur. 95. eſto. 45. di. cum beatus. ¶ Vlt. glo. dupliciter le
git finem capituli, ſed primam lec. approbat. ¶ *In glo.
1. in fi.*] Go. ne cleri. uel mon. non magno. ¶ *In glo. 3. ibi,
poſſunt*] facit quod no. 47. di. ſicut, in ul. gl. & 1. q. 7. exi-
b gunt.[b] Hoſten. dicit, ꝙ hñt ius petendi ſaltem in mo
dum denuntiationis, de qua ſupra, de iudi. nouit, quæ
de plano & ex officio expediet [*Et ibi, laudabile*] ut ſi in
obſequiis ſolet dari cæreus, in benedictionibus nu-
bentium panis, uel uinum. In conſecrationibus ma-
nutergiũ, uel his ſimilia, licet propter hoc non ſint ſa-
cramenta deneganda, uel differenda: tamen poſt ip-
ſorum collationem populus compelleretur ad illa
c pręſtanda ſecundum[c] Goff. [*Et ibi, implorato*] de plano
& ſine libello. Hoſtien [*Et ibi, introducta*] de hoc. 63. diſ.
quia ſancta. & alle. Phi. ad hoc, ff. de peti. hæred. hære
ditas. §. 1. [*Et ibi eligere*] quia permittitur patrono pau-
peri paſci de bonis eccleſiæ, ipſe nulrra perc. Io. uel ſe
cundum Inno. uolunt prædicare, contra id, infra de
hære. cum ex iniuncto. uel poſſunt lites dirimere, &
eccleſiam defendere, & ideo iuriſdictionem vſurpãt,
de conſtitutio. eccleſia uel fingunt ſe purgare terram
malis hoĩbus, iõ ante degradationẽ puniũt clericos,
uel ſepulturã uendunt, ut aliã emant. & ideo uolunt

uendere cæmeteriatam,nel nt paſcant pauperes,ſęno ratur , infra de uſur.ſuper eo [*& in fi.*]quid de his, qui habent duo cæmeteria,quorum alterum uocant paradiſum,in quo nõ ſepelitur corpus , niſi prius tot libræ ſoluantur? quid ſi maior crux non portetur, niſi certo precio habito?& de 10.aliis quæſtionib. remittit Ho.ad ſum.eo.ti.§.qualiter committatur,uerſi.q d de his,qui habẽt diuerſa. & nunquid pro pſalterio ad corpus defuncti legendo poſsit dari precium.eod.§. uerſi.quod ſi clericus.de materia per Th.ſec.2.q.100. art.2. & 3.& uide quod dixi,ſupra eo.conſulere.

ANNOTATIONES.

a ¶Exigebatur.Vide glo.& Io And.ſupra eo.cum ſit Romana.
b ¶Exigunt.Et quod no.glo.ſupra eo.ſuam,& idem quod hic not. gl.in fi.tenet glo.in c.ſunt,præalleg.
¶Secundum.facit quod no.Ion.ſupra in glo.ma. uide C. de ſac. ſan.ec.l.priuilegia,& ibi Bar.& doc.

SVMMARIVM.

1 *Abbas Ciſtercien.prohibetur ſolenniter inſtallari,& nu.4.*
Profeſſio hic qualiter ſumatur.
Ordinum originalia ſeruanda.
2 *Papæ creditur,licet originale non exhibeatur. quibus caſibus nõ obediendum,nu.3.*
Contra regulam à papa approbatam nulli licet quid mandare.
Ciſtercienſes non ſunt iure communi exempti.unde probent exemptionem,habent priuilgia,& nu.4.
3 *Poſterior in ordine,non infert in obedientia hic.*
Perpetuum refertur ad uitam hic,in fin.
4 *Additio gloſſarum.*

CAPVT XLIII.

1 NE dei. Primò†prohibet Abb.Ciſtercienſi ſolenniter inſtallari. ſecundo ponit formam obedientiæ, quam pmittunt epiſcopis[*Profeſſionis*] idest obedientiæ profeſſæ.Ho.non intelligas de profeſsione, quam facit monacus , quæ præcedere debet electionem ſecundum Goff.de elec.nullus,li.6.[*Origine*]originalia enim ordinum ſunt ſeruãda,de ita.mo. recolentes[*Tale eſt*] Creditur†papæ , licet non exhibeatur
2 originale:alias ſecus C.de eden.auct.ſi quis in aliquo Got.[*Subiectionem*]per hoc recognoſcit eum dominũ [*Reuerentiã*] per hoc recognoſcit eum patrem[*Obediẽtiam*] recognoſcit eum iudicem.Hoſti. [*Patribus*] qui ordinauerunt Ciſtercien. quod ex quo regula eſſet approbata per papam, nulli liceret aliquid contra regulam mandare ſecundum Innoc. & Abb.[*Epiſcopo*] patet hic Ciſtercien. de iure communi non exẽptos: priuile. tamen ſua ſunt illis ſeruanda. & ſi exemptos ſe dicunt,illud probent, quod dic, ut infra de priuil.
3 cum perſonæ,lib.6.[*Saluo† ordine*]quia ſi papa mandaret aliquid,quod eſſet contra ſubſtantialia ordinis, uel peccatum,non debent obedire,ſupra de ſta.mo.cum ad mon.in fi.ſecundum Innoc.quod dic ut ibi ſecundum Hoſtien.& de uoto.c.1.multominus epiſcopo. Nam licet papa hic poſterior ponatur in ordine, eſt tamen prior in obediẽtia.11.q.3.qui reſiſtit 9.q.3.cũcta, & c.per.principalem (*Perpetuo*] idest quandiu uixero,& Abbas permanſero,de elec. uenerabilem.ad
4 fin.¶†Gloſſ.1.ponit prin.caſus.¶ *In glo.1.ibi,Abbatibus Ciſter.*]habent et iſti aliud priuilegiũ,ſupra de ſup. ne. præ.c.1.¶ *In glo.2.ibi.arbi.*]& per hoc reprehendit hic Goff. Vincen.qui dixerat, quod licet ſeculares inſtallarentur , religioſi non. Dixi autem , quod hic non prohibetur inſtallatio,ſed ſolennitas, & exactio.Hoſtien.tamen dicit , quod de plano inſtallari poterunt per monacos eligentes.ſtemus in hoc interpretationi conſuetudinis inter eos ſeruatę per tempora. ¶ *In gloſſ.al.in fi.*] & ſupra de electio.quiſquis. uel ſimoniacus.79.diſt.c.2.Hoſtien.

SVMMARIVM.

1 *A canonico denuò recepto non poteſt exigi prandium prætextu conſuetudinis,uide nu.4.& 7.*
Canonicus in duabus eccleſiis an quis eſſe poſſit n.2.canonici quo modo cogi poſſint, nu.5. remiſſ.
Lapus Abbas & iuriſconſultus tempore Io. And.fuit, imitatus eſt Io. And. in commentada hac decretali. eius quæſtiones in eam quæ,nu.8.
Lapus idem quod Iacobus,& ubi.
Iacobus interpretatur uitiorum ſupplantator, ut hic fuit in fi.
2 *De præpoſitionibus, in,& de,remittit.*
3 *De receptionib.in canonicũ,& ſimilib.& quæ ius tribuat,remiſſ.*
Prouentuum eccleſiaſticorum diuerſæ ſpecies.
In abſentia qui percipiantur.
4 *Vt clerici quid exigant a clericis temporale , quæ conſuetudo ualeat,quæ non,& ſi a laicis quæ.*
Decimas præſcribunt clerici contra laicos,non contra,in fi.
5 *Clauſula ſi eſt ita,intelligitur etiam non appoſita.*
Aequalitas ſeruanda inter canonicos.
6 *Copulatiua utrunque requirit impleri.*
Compulſionis nomine quid ueniat.
7 *Additio gloſſarum.*
Simoniam exactio inducit.
Dare eſt quandocunque dare,fallit.
Annexum præbendæ quod eſt, debetur,& quo caſu hic.

CAPVT XLIIII.

1 IAcobus. Caſus. Prætextu† conſuetudis non poteſt exigi prandiũ à canonico de nouo recepto. Prima ponit querelã. ſecunda dat iudicẽ. ibi,Quocirca.Eſt ſciẽdum, ꝙ olim filius, nunc pater dominus Lapus Abbas ſancti Miniati de Florentia decretorum doctor imitari me uolens,decretalem hanc ſui nominis commentauit,nam ut dicit, Lapus apud eos ſonat in Iacobus,ſicut Bononiæ. Namne ſonat in Ioannes.ſummabat ergo,& diuidebat plenius,dicens ſic.Recepto in canonicũ prouentus,& præbenda debentur, ꝗuis non det recipientib. prandiũ , quod ſibi ex conſuetudine deberi ꝓtendũt diuidit,ꝙ in prima ponitur facti narratio,ꝗ tria continet,ſ.Iacobi receptionẽ, recipientiũ denegationẽ , & cõſuetudinis allegationẽ.ſecũda ibi.Quocirca,in qua tria ponuntur,ſ.papalis commiſsio.conſuetudinis reprobatio.& canonicorũ cõpulſio. Subdit aũt , ꝙ iſte Iacobus iuxta ſui nominis interpretationem fuit uiciorũ ſupplantator:quia prauæ cõſuetudini aquieſcere noluit,uel forsã auaritia eũ traxit[*In eccleſia*]hic tra
2 ctat† de propoſitionibus, in, & de, qđ notaui in cle.
a de præben.ᵃc.1.in gl.de iſto[*Apruina*] ſm hanc literã iſte erat duarum eccleſiarum canonicus , de quo uide.86.di.ſanctorum,& quod dixi,ſupra de pręben.de multa,ſuper ulti.gl.ſed alia litera habet,a pueritia, ſecundum quam ceſſat , quod dixi; & qua ætate poſsit quis canonicari,remit. Hoſtien.de præben. ſuper in-
3 ordinata,ubi dixi in ulti.gloſſ.[*Si receptus*] de his†receptionibus ſatis hic per.D. Lapum.loquitur autem hic de receptione,, quæ tribuit,& dicitur collatio.ſic ſ.de reſc.cũ aliquibus,de præbẽ.cum in eccleſiis,li.6. [*Et in fratrem*] de fraternitate tractat hic, remittens ad ea , quæ ſcripſi,de reg.Ioannes,in gloſſ. eſt ſciendum [*Partem prouentum*] qui ueniunt in communi,& poſtea inter capitulum diuiduntur,infra de uerbo. ſignifica. olim. uel de diſtributionibus loquitur . & quod ſequitur de præben.intelligitur de diuiſa quæ dicitur

corpus

corpus præbendæ, & percipitur in quibuſdam eccle-
ſijs in abſentia. ſupra de conſtitu. cum omnes, ſecun-
dum Hoſti. quod in diſtributionibus non procedit,
etiam ſi id habeat conſuetudo, de cle. nõ reſi. c. vno,
lib. 6. [*Conſuetudinem*] quæ ſecundum †Hoſt. non excu-
4 *ſat*, ubi clerici à clericis exigunt aliquid tẽporale ſpe-
ctans ad repletionem uentris, uel propriam utilitatẽ
petentium, ſupra eo. ſicut, & c. in tm̃. cum ſi. no. ſup.
de conſti. ex parte. Si uerò petatur paramentum, vel
aliud ſpectans ad diuinum cultum, uel fabricam ec-
cleſiæ, dicit Hoſt. & placet. D. Lapo id omnino ſer-
uandum, de teſta. officii. c. fi. ſupra de his, quæ fiunt à
ma. par. ca. c. fin. & hoc caſu ante receptionem poſſet
exigi cautio; ar. de præben. ſignificatum, de ele. ſigni-
b ficaſti, & quod no. de cenſi. quanto, [b] quaſi Deus cũ
canonico ſpirituale cum ſpirituali permutet. ar. ſ. de
re. permu. ad q̃õues. à laicis uerò poſſunt exigere cle
rici ea, quæ conſuetudo laudabilis introduxit, etiam
ſi repletionem uentris, uel aliam priuatam utilitatẽ
reſpicere uideantur, ſupra eo. ad apoſtolicam. Diuer-
ſitatis ratio triplex eſt ſecundum Ho. quia quod iudi
catur priuatę utilitatis, cum clerici petunt à clericis,
iudicatur publicæ, cum clerici petũt à laicis, ar. ff. de
iuſt. & iu. l. 1. & 1. di. ius publicum. ſed publica fortior
eſt, quam priuata. ſ. de regu. licet, de fo. com. ſi diligẽ
ti. Secunda, quia laici ſunt clericis infeſti, & mille mo
dos adinueniũt defraudãdi clericos, & eccleſias. fiat
ergo in hoc compenſatio: maximè cum per hanc p-
uideatur ſaluti. ſ. de decimis, cum non ſit. 3. quia cle-
rici ſunt ſibi magis ſubditi, & ad inuicẽ obedientes, q̃
laici. Si in talibus igitur iudicaretur conſuetudo lau-
dabilis, prelatis daretur materia ſubditos opprimen
di, quod non eſt faciendum, de diuor. quanto. §. pe.
ſic & laici difficilius abſoluuntur, quam clerici, ut di-
cã, de ſent. ex. peruenit. Laici ꝯ eccleſias decimas non
præſcribunt, de præſcrip. cauſam. Clerici ꝯ laicos be-
ne, de decimis, cũ ſint, & c. ad apoſtolicæ. Põt aſſigna
ri quarta ratio per decre. de his, quæ fi. à præla. cũ apo
ſtolica: quia non refert, quę eccleſia habeat, dummõ
laicus non habeat. Remitur etiã ad ſum. eo. ti. §. qua-
5 liter, uer. ſolutio; ex pacto, & ſeq. [*Si eſt † ita*] intellige-
batur, etiã ſi non fuiſſet appoſitum, de reſc. c. 2. & ui-
de quod no. in Cle. de of. dele. c. uno [*Dictos canonicos*]
quomodo iſti vniuerſaliter, & particulariter poſſunt
c cogi, dicam de ſent. excom. Romana. §. ult. [c] li. 6. [*Vni
ex alijs*] arg. pro ęqualitate præbendarum. de hoc, de
cõſti. cum oẽs, de maio. & obe. ſtatuimus (*Et p. abẽn-
6 da*] propter† copulatiuam utrunque impeludum eſt,
ut dicit. D. Laur. uide, quod no. de reſcr. c. 2. & c. olim
[*Compellas*] quid ueniat in hac compulſione, remit. d.
Lap. ad ea, quæ dixi poſt Hoſtien. de æta. & qua. cum
bonæ, ad fi. de offi. dele. c. 1. & c. præterea, in fin. cum
7 cõcor. ¶ †*In gl. 1. ibi exigi*] exactio inducebat hic ſimo
niam ſecundum Vinc. & Goff. & D. Lap. nam alias, ſi
præbendam liberè contuliſſent, datio prandii po-
ſtea interueniẽs non induceret ſimoniam, nec obſt.
quod dicitur, dare eſt quandocunque dare. 1. quæſt.
1. eos: quia illud uerum pactione præcedente. Dixit
etiam Vin. quòd ſi hoc onus prandii eſſet annexum
præbendæ, quòd bene deberetur, argu. C. de do. quæ
ſub modo. l. 1. de præbẽ. niſi, & c. ſignificatum: quod
& ſatis credo, cum & tota præbenda poſſet deberi,
de reſcrip. ſi propter, li. 6. ſalua moderatione Ioan. in
8 dec. ſuſcepti. Sciendum† etiam, quòd. D. Lap. hic for-
mauit. 17. q. quarum aliquæ materiam reſpicientes
expeditę ſunt ſupra, & aliæ ſupra eo. ad apoſtolicã, &
infra c. fi. de reliquis, quæ non reſcipiunt propriè ma
teriam, licet aliquibus uerbis capituli adaptentur, in
ſuis locis propriis tractabitur.

ANNOTATIONES.

a ¶ Preben. Et per Bar. in l. Gallus. §. ille caſus, ff. de li. & poſthu.
b ¶ Quanto. uide ſupra eo. ſicut pro certo, per Io. And. ſuper. 1. glo.
c ¶ Vlti. & ad hoc facit. c. eum qui, eo. ti. li. 6. & l. ea quidem, C. ſi
man. ita. ſue. ali.

SVMMARIVM.

1 *Pro promiſſio non poteſt agi, ubi obſtat turpitudo. nu. 3.*
Receptionis tempus inſpicitur in caſu huius decre.
Inquietatio ubi fiat.
2 *De repræſentatore quo loquatur hæc conſtitutio.*
Ab ordinum quorum executione ſuſpenſus ſit hic præſentatus.
Suſpenſio hæc quouſque duret.
3 *Epilogus, & ſuffragium, & additio gloſſarum, nu. 4. 5.*
*Simonia directè in ordine aliter plectitur, quam per indirectum
commiſſa, & qualis hic fuerit.*

CAPVT XLV.

1 SI quis. Se ſummat [*Promiſit*] nõ †po
teſt, qui ſic promiſit, agere,
ut ſibi remittatur promiſſio: quia obſtat
ſibi turpitudo ſecundum Innoc. & Hoſt.
[*Recipiens*] in ipſa ordinatione, uel præſentatione: ſe-
cus, ſi poſt, ſupra eo. ad apoſtolicam. ſecundum Gof.
[*Inquietet*] extra iudicium. ff. de peti. hære. diuus: uel
in iudicio. ff. rẽ. ra. ha. quo enim, & l. amplius, Go. [*Re-
2 præſentator*] per id† quod ſequitur, patet, quòd loqui-
tur de clerico repreſentante, puta archidiacono re-
preſentante ad ordines, de præben. cum ſecundum.
De laico igitur preſentante ad eccleſiam, uel etiã de
clerico hic non loquitur ſecundũ Ho. [*Ordinum*] quos
ſic contulit, uel conferri fecit ſecundum Go. Ho. con
tra, ſ. quòd de omnibus ordinibus hoc intelligatur,
& facit, quod dixi, ſupra eo. per tuas. 2. [*Triennium*] quo
lapſo iure pœna remittitur ſecundum Inno. & Hoſ.
[*Suſcepto*] punitur plus ordinator propter uitium cha
3 racteris, ſecundum Pe. & Boa. ¶ †Gloſ. 1. quod hic de
iuramento dicitur, coadiuuat. demum ſignat contra
rium ¶ Gl. 2. rñ. per obie. deponi quod debebant. ex
quo & cæt. ſoluit, ſolutioni obiicit, & reſpon. in fin.
4 quæ fuit addi. dat uerum intellectum ¶ †*In gl. 1. ibi, ge
neraliter*] ſequitur, nouimus turpes ſtipulationes nul-
lius eſſe momenti [*Et ibi, ſi ſtipulor, ut id*] exemplificat
lex illa de illo, qui ſtipulatur ſororem ſuam ſibi nu-
pturam [*Et ibi, non dubium*] uide in dec. infra proxi. al.
ſuper ulti. gloſſ. ¶ *In glo. 2. ibi, quin etiam*] liberatus ab
5 obligatione uidetur accepiſſe. ¶ †*In glo. 1. ibi, debitores*]
ibi dixi ſuper 1. gloſ. [*Et ibi, non temerit*] adde, quod no.
de præben. ſi epiſcopus cui, lib. 6. in ulti. gloſſ. ¶ *In glo.
2. ibi, debetur*] ſi bene aduertis in dec. ueniens, remitti-
tur, quod nondum debebatur [*Et ibi, imponitur*] ſup.
6 tamen imponitur, Abb. [*Et ibi† deponentur*] idem dicit
Innoc. & Hoſtien. ipſe tamen Inno. uidetur uelle fi-
naliter, quòd hic non committatur directè ſimonia
in ordine, ſed in beneficio, uel conſecutiuo ordinis
propter ſuperiorem rationẽ, & quia ordinator vult
ordinare, & ordinatus ordinari nullo dato. & ideò
de iure nõ dicitur ſimonia eſſe in ordine. & ideò ſpe
cialis pęnitentia datur in hoc caſu, cum alias directò
ſimoniacè dans ordinem perpetuò debeat eſſe ſuſ-
penſus, & recipiens non ſolùm ab ordine ſimonia-
cè ſuſcepto, ſed etiam ab aliis ſit ſuſpenſus. hic autem
ſolum ab ordine ſuſcepto. de hoc. ſ. eo. per tuas. 2.

SVMMARIVM.

1 *Datum æquiparatur promiſſio, uel retento.*
De præpoſitione, In, remiſſ.

2 *Prouideri in eccleſia ſi mandetur, comprenditur dignitas principalis.*
3 *Abbas monacus eſt, & ſub conſtitutione etiam pœnali includitur, ſimoniacè creatas quibus ceder. & quem locum poſtea obtiaebit. ſiquem monacum ſimoniacè recipit, quid iuris, num* 4.
Beneficij nomine an includat rectorias uel dignitates.
Collatio ſimplicis beneficij conſueuit ad unum ſpectare.
Electio ad plures.
5 *Affectus unde in caſu huius decretalis deprehendatur.*
6 *Epilogus, & additio gloſſarum nu. 7.*
Voluntas ſola, uel animi affectus an inducat ſimoniam ſicut uſurā.
Simoniacus mentalis an in foro pœnitentiali reſtituere cogatur.
An uſurarius eiuſmodi ſimiliter.
Ex narratione mala nihil eſt quia poſſit deprauari, in fi.

C A P V T XLVI.

MAndato. Se ſummat. & pars prima narrat factū, ex quo duo indeciſa quęrebat. ſecunda ibi, conſultationi, reſpondit. 1. ad primum, ſecundò ad
1 ſecundum ibi, Et ad† [*Dato*] promiſſo, nel retēto: quia
hæc æquiparantur, de tranſac. ſuper eo, de te. ueniēs.
Phi. [*Locum*] ſup. Hoſt. & illorum, qui aliquid temporale receperunt, ut locum aſsignarent, qui etiam in-
2 cluduntur tacitè, ut ſequitur [*In monaſteriis*] no. de† prępoſitione In, de qua dixi in Cle. de præben. c. ſi dignitatem, & ſecundum lec. Hoſt. de qua dicam infra, hic probatur, quòd uerbum, quo mandatur prouideri in eccleſia, comprehendit principalem dignitatē eccleſiæ: ſed ſi intelligatur de abbatibus, qui fuerant in monacos ſimoniacè recepti non facit [*Conſtitutionem*] mutatis. ſ. locis priorib. & inferioribus aſsignatis [*Ab-*
3 *bates*] quia† Abbas monacus eſt, & ſub conſtitutione pœnali includitur, ſupra eo. quoniam. Fortius in ſauorabili, ar. ff. de lib. & poſt. cum quidam. Sed cōtra. beneficii nomen non includit rectorias, uel dignitates, de præben. c. ſi. Dicit Hoſti. conſiderandam intentionem ſcribentis, de offi. dele. ſuper eo, cum ſuis cōcor. qui præualet uoci, & ſcripturæ, j. de uer. ſig. intelligentia. fuit autem hæc intentio papæ, quod tam abbates. quàm monaci ſaluarentur. quo reſpectu, ut dicit Inno. fit extenſio, & quia non paratur alii præiudicium. In cōtrario uerò fit reſtrictio, ne alii fiat præiudicium, & ne impediantur electiones. Nec ob. ſi dicatur etiam in ſimplici beneficio fieri præiudicium: tum quia non eſt præiudicium, de quo multum poſſit conqueri, ſupra de offic. le. dilectus: tum quia frequentius collatio ſimplicis beneficij conſueuit ad vnum ſpectare, electio uerò ad plures, & difficilius eſt plures, quàm unum offendere, de tem. or. ca. 2. tum quia illuſorium eſſet mandatum, ſi faltē ſimplex beneficium non includeret. Eſt ergo interpretandum, ut aliquid ualeat, de uer. ſi. Abbate. Simili modo reſpondetur ad decre. ſedes, de reſc. dici poſſem etiam, quòd quia iſta diſpenſandi poteſtas erat beneficium datum diſpenſanti, non delinquentibus, quod patet, quia illorum non fiebat nominatio; ideo largius interpretatur. facit de pręben. ſi cui, li. 6. prima patet [*Ex*
4 *tendi*] Abbates† ergo ſimoniacè creati dignitati, & adminiſtrationi cedēt. quo caſu ſimplicem locum monaci etiam priorem forſan ex diſpenſatione poterūt obtinere: quia in illo non fuit ſimonia commiſſa: ſed ſi aliquem monacum ſimoniacè receperunt, nō propter hoc coguntur, ſi diſpenſatiuè agatur, renūciare abbatiæ, quamuis debeant pœnitentiam agere, & donec illam egerint, à ſacrorum ordinum executione ſuſpendi, ſupra. c. dilectús, & c. ueniens, & male accepta reſignare, ut ibi. Si verò de rigore cum eis ageretur ſine ſpe reſtitutionis expellerentur de mon. & retrudentur in arctius ad pœnitentiam. ſ. e. qm̄, ſm Ho. [*Spiritualium*] hoc quo ad receptos. Goſ. [*Temporalium*] quò ad recipientes. Goſ. [*Quæ*] ſ. ſpiritualia, & tempo-
5 talia [*Affectu*] quia† nec receptus dediſſet, niſi crediſſet recipi, nec illi recipiſſent, niſi dediſſet: non tamen interuenit pactio, uel taxatio [*Acquiruntur*] licet Goſ. intellexerit, ꝙ receptionem ſecuta eſt datio temporalium, licet intentio praua precęſſerit, dic idem ſecūdum Ho. etiam ſi præceſsit datio, quod probat iſtud uerbum, acquiruntur, & ſupra eod. tua nos [*Quo caſu*] cum non præceſsit pactum, licet intentio fuerit corrupta [*Simonia*] patet ergo, quod eſt ſimonia: uide, qđ dixi de elec. quod ſicut, poſt gl. in 3. col. uer. de dolo
6 uerò. ¶† Secunda glo. arguit, quòd latiſsimè &c. & ꝯ regulam, cui licet. ¶ Vlti. gl. no. ꝙ affectus, licet faciat uſurarium, non facit ſimoniacum, tamen punitur. ¶† *In gl. ult. ibi, conſulere*] de hoc. 1. q. 1. c. 1. [*Et ibi, Inducere*] ita & ſimoniā, tamen mentalem tantum: unde ēt ille uſurarius in foro iudiciali, ubi non iudicatur de occultis, reddere non cogeretur, ſed in foro pęnitentiali cogitur. Et ſi dicatur, quare ēt ſimoniacus mētalis in foro pœnitentiali reddere non cogitur, rñdet hic Ho. ꝙ uſura utroque teſtamēto prohibita, nec diſpē-
a ſationem papæ recipit, de uſur.[a] ſuper eo. hic loqmur de ſimoniaco, quia prohibitum, ſicut acquirere beneficium, ubi papa diſpenſat. De prohibitis ergo, qa ſimoniaca uidetur idem, quod in ſecunda. Poſſet ēt dici, ꝙ ideo non reſtituuntur monaco, quæ dedit: qa nil habet proprium. vnde & ſi reſtitueretur, monaſterio remaneret. de ſta. mo. c. 2. & c. cum ad mo. ad fin. uſuras uerò ſoluens, habet proprium. Dicit Hoſti. ꝙ prima ratio præualet, q̄ ad præbēdas, & ſeculares clericos propriū habētes extenditur. ſ. e. tua. Dixit Abb. j. de uſuris, cōſuluit, pro ratione diuerſitatis prædictę uſurarium mentalem teneri reſtituere, quod ultra pceperit: quia ſibi ſoli ex reſtitutione fit præiudicium ſed in ſimonia poſſet fieri præiudicium eccleſiæ, de cuius bonis reſtitueret, ſi nō haberet aliunde. hoc nō placet: quia ſm id nec ſimonia actualis obligaret reſtōni: vel ſm eū ꝓpriū eſt uſuræ, quod cōmittitur ex animo, quod patet ex uerbis ꝓhibitionis, ſ. date mu. nihil inde ſperantes: ſed ſimonia reſpicit factum proprie, vt ſ. ſpirituale uendatur, vel ematur. adhuc remanet dubiū quare in uſura animus obligat ad reſtitutionem, & nō in ſimonia. Dici poteſt, ꝙ plus eſt ꝯ bonum charitatis ſperare lucrum in mutuo de eo, qđ tuū eſt, quā ſperare beneficiū pp id, quod donaui, vel ſperare donum propter beneficium, quod cōtuli, rationis expreſsio. quia ſi mutuaui, obligatus es ēt ciuiliter ad tantundem reſtituendum. q̄ ratio ceſſat in donato. Itē bonum charitatis, quæ poſt deum incipit a dilectione ſuipſius, plus aſtringit me ad mutuū, quā ad donum: quia minus lædor ex primo, q̄ ex ſecūdo. æquū eſt ergo. ut ad quod minus liceat ſperare, ubi prius aſtringor, & minus lædor. Itē in uſura durius interpretamur, ubi lędit unus tm̄, ſ. recipiens: hic duo, ſ. dās & recipiēs. ſ. Itē hęc ſpes eſſe pōt ex parte utriuſq; ibi ex parte alterius tm̄. facit. j. de uſuris. c. ſi. hæc ſunt ſuperuacua, tene menti. Opp. ꝙ uſurarius mētalis, ēt qui ſpē principaliter poſuit in lucro, non teneatur ad reſtitutionem, quam recitat Inn. in dec. cōſuluit, de
b uſuris, ubi uide ſuper uer. ſperantes, & ſuper.[b] 2. gl. & quā quidā attribuunt Go. per id, qđ ibi uo. & in ſum. de uſuris, in prin. Sed puto Go. intellexiſſe de ſpe ſecūdaria, non principaliter poſita in lucro, ut ibi dixi. Et ſic prædicti male referūt op. Go. iuxta illud Terētii in comędiis Nihil ē, qn male narrādo poſſit deprauari.

ANNOTATIONES.

a ¶ Vſur. uide Io. And. in c. peccatum, de reg. iur. li. 6. in 2. 3. 4. mēbro quæſtionis.

Super

b ¶Super.uide Io. And.in c.peccatum, de regu.iur.lib.6.in primo membro quæſtio.

SVMMARIVM.

1 *Continuatio tituli.*
Ne prælati uices ſuas, uel eccleſias ſub annuo cēſu uendant, ubi nō alibi, quàm hic, in iure tradatur.

Ne prælati uices ſuas, uel eccleſias ſub annuo cen. uen. Rub.

1 ¶Viſo † de ſimonia in genere, ſubmittit de quadam ipſius ſpecie, ſ.cum prælati &c. Goſ. habetur materia. 1. quæſtio. 3. per totum. 89. diſtinctio. decenter. 21. quæſtio. 2. cap. ulti.

SVMMARIVM.

1 *Vt iuriſdictionem epiſcopalem, uel aliam ſpiritualem exerceat, dat pecuniam, qua pœna tam ipſe, quàm conferens afficiatur, & num. 3. 4.*
Eius fructu an liceat uendere, nu. 2. & 3.
2 *Obuentiones temporales cui & qualiter uendi poſſint.*
3 *Officia temporalia quæ ſint, & an & quæ emi liceat.*
4 *Pœna huius decretalis eſt perpetua, ac aliâs, ubi non exprimitur, talis eſt.*
5 *Epilogus, & additio gloſſarum, nu. 6.*

CAPVT I.

1 PRætereà. Qui † pecuniā dat, ut epiſcopalē, uel aliam iuriſdictionem ſpiritualē exerceat, officio priuatur. & ſic cōferens illud, conferre non poterit, & canonicè punietur. h. d. cū. ſe. Et hic primò ponit exceſſum, quē ſcdò punit, ibi,
2 præſenti [*Iuriſdictionē*] non † exercenti iuriſdictionem
a obuentiones ᵃ temporales uendi poſſunt, infra c.fin.
ſecundū Inn. ſed ſm Hoſt. etiam exercenti, ſi nō uendatur iuriſdictio. committatur ergo ſimpliciter iuriſdictio, & ex parte alia uendantur fructus, ita quod non miſceantur contractus, de re. permu. ad quæſtiones. non tamen intelligit hoc de fructibus peruenientibus ex iuriſdictione, quibus emptis iuriſdictio non eſſet incepta, ar. 1. q. 3. ſi quis obiecerit. & prohibetur hoc, ne ſubditi grauentur. j. c. 1. etiā ſi merè tēporalis ſit iuriſdictio, in auct. vt iudi. ſine quo. ſuf. per totū. & de mā prin §. j. §. illud. multominus prælatio. uel aliud ius ſpirituale.
3 de hoc. ſ. e. tit. non ſatis. Officia † igitur tēporalia, puta miniſtralia, bailiuia, caſtaldionatum, ſi ſint ſpiritualibus annexa, nullo modo licet emere, ſed eſt ſimonia cū. ſ. eo. alias ti. 1. conſulere. aliàs ſalua iuriſdictione. & prouenientibus ex ea, licet omnia uendere & in perpetuum, & ad tempus. Fatentur vltimò Inno. & Hoſt. quòd ſi ipſa iuriſdictio, uel prouentus eius uendātur, ſpecies mali eſt, & turpe lucrum, & contra legem: tamen non committitur ſimonia, cum nō uendantur ſpiritualia, nec ſpiritualibus annexa, quid autem dixit hic Hoſti. de Ro. curia quò ad ſimoniam, & ambitū, dixi, ſup. ti. 1. c. 1. in glo. quid de [*Vt*] ſup. clericus. Hoſt. [*Priuetur*] i. à clero remoueatur. j. c. 1. Hoſt. Et per hoc & per id, quod dicā. j. gl. proxima, ceſſent uerba Goff. dicentis, quod hic imponitur modica pœna, quia nō agebatur de iuriſdictione uendenda, ſed de temporali commoditate, quæ proueniebat ex illa. uel ſm eū hæ pœnæ infliguntur ipſo iure, aliæ infligentur accu-
4 ſatione propoſita [*Amittat*] in † perpetuum ſecūdum Hoſtien. & diſtrictione canonica percellatur, infra c. prox. in fi. ſm eum. Et quòd pœna ſit perpetua, inducitur. in li. feu. de ua. qui contra conſtitutio. Lo. regis feu. al. c. ſi clericus, uelut epiſcopus. Item quia ubi
b aliud non exprimitur, pœnæ ſunt perpetuæ ᵇ de hoc ſupra de conſtitutio. ex literis. non ob. de elec. cū Vinton. de ſup. ne. præ. ca. 2. de præben. graue, quæ in alijs
5 caſibus loquuntur. ¶Prin. ſe. gl. reſpon. per di. aut uicarius dat epiſcopo &c. ſecundo arguit, ſignat cōtrarium, & ibi remittit. tertiò dicit de pertinentia ad titulum. ¶Vlt. glo. ſignat contrarium, & ſoluit. ¶*In glo. 2. ibi, quicunque*] & ſupra de offi. or. inter cætera. & idem Inno. Goſ. Hoſt. [*& ibi, eſt hic ar.*] quod ſic ſumitur [*& in fi.*] infra de offi. dele. iudex, & duobus. c. ſe. lib. 6.

ANNOTATIONES.

a ¶Obuiētes. Non ex iuriſdictione oportet ex alijs rebus prælatus rebus prælaturæ, ut patet per id, quod ſequitur io oer. non tamē.
b ¶Perpetuæ. uide plenius Io. An. in c. cum bonæ. de æta. & qua. io l. ſi oon præfinitione, & ibi, Bar. ff. de pœnis, & in glo. in clemen. 1. de dona.

SVMMARIVM.

1 *Iuriſdictionis uenditio quid mali inducat, qui eam poſſit demandare, num. 3.*
Quando uendi dicatur, nu. 3. & quibus caſibus detur ordinaria ab epiſcopo, num. 5. alio modo detur, ibid.
Diſſimulatio quando noceat.
2 *Canonica pœna quæ dicatur.*
3 *Epilogus, & ſuffragium, & additio gloſſarum, nu. 4. 5.*
Ratio qualiter ſcribenda ab eo, qui reditus alienos exigit.
2 *Cenſum nouum, uel imponere, uel augere ueterem non licet epiſcopo, cir. fin.*

CAPVT II.

QVoniam. Summatum eſt, ſupra c. prox. Et primò ponit exceſſum, quem expreſſa cauſa fieri prohibet. ſecundò pœnam addit ibi, Quod ſi-
1 quis [*Grauamē*] qui. n. † debet li. 100. per fas & nefas illas & aliquid ultra vult extorquere, & de minima culpa quandoque facit maximam [*Subuerſionem*] quia ſæpe res puniuntur, ubi puniendæ eſſent perſonæ, in auct. de man. prin. §. oportet. col. 3. uendunt etiam iſti, quod epiſcopus ex officio gratis faceret. remit. Hoſtien. ad ſum. eo. ti. ante fi. uer. in ſumma notandum, & ſequētibus [*Diſſimulatione*] 43. di. Epheſiis. T. tacet. n. ut recipere poſſit cēſum promiſſum, licet ſubditorū grauatorū clamores audiat. & quod peius eſt, quādoq; fouet vicarium, & excuſat. contra id. 87. diſt. cap. 1. & 3. 83. diſt.
2 error, ſecundum Hoſt. [*Canonica † pœna*] i. depoſitionis cum nota infamiæ. 1. q. 3. c. fi. & perdit poteſtatē con-
3 ferendi officium, ſupra c. proximo. ¶ † Secunda glo. quærit, & ſoluit. ¶*In glo. 2. ibi, & quia*] ibi dicitur, quòd cui mandata eſt iuriſdictio, illam non demādat: quia non eſt data à principe, nec data à lege, ſed confirmata [*& ibi. §. nos igitur*] ibi lex dat iuriſdictionem defenſori [*& in fi.*] uide de iudi. nouit, ſuper gloſſ. no. quod
4 ¶*In † gl. 1. ibi, ſimoniacum eſt*] tunc. ſ. cum dicit prælatus pro. 100. lib. uendo tibi iuriſdictionē ad me ſpectantē vſq; ad annū, & totum lucrū tuū ſit: ſecus, ſi dicat pro ſalario conſtituo tibi. 100. li. & tu iuriſdictionem exerce, & obuenientia mihi computa, & redde. hoc. n. licitum eſt ſecundum Inn. & Hoſti. & dicit Hoſ. quod hoc caſu omnia ſunt ſcribenda, ut ſciatur quis, à quo, quare, qñ, quantum, & qualiter receptum ſit, & expenſum, in auct. de man. prin. § coges autem, col. 3. & de collatio. §. iubemus, col. 9. & de ob. ad ratio. cap. uno.
5 ¶*In glo. 3. ibi, non*] dicit † Hoſt. quod in duobus caſibus epiſcopus dat ordinariā, primū creando officialē, cui generaliter uices ſuas cōmittat, & ſi alio noie appelletur uel
uice-

uicedominus. uel uicarius, non.n.eſt uis in nomine, de procur.petitio. & hoc poteſt facere ad annum, & plures, ut placet. Secũdò perpetuum ordinariũ cõfirmando, uel inſtituendo, uel conferẽdo beneficium, cui ſit annexa iuriſdictio de iure, de off.or. cum ab ecclesiarum, uel de conſue.ᵃ de elec. dudum. 2. uer. tandem. & in hoc. 2. caſu licet concedi nõ debeat ſub nouo cenſu, uel ueteri augmentato, poteſt tamẽ ſub antiquo non diminuto, ſupra de cenſi. prohibemus [*Et ibi, ordinariam*] ſicut & conſuetudo dat ordinariam, de fo.compe. cum contingat, Hoſtien. [*& in fi.*] de hoc 11. quæſtio. 1. experientiæ.

ANNOTATIONES.

a ¶Conſue. uide Inno. in c. cum ab eccleſiarum, de offi. or. Io. An. in c. cum contingat, de fo. compe.

SVMMARIVM.

1 *Eccleſiæ regimen ſub annuo cenſu committi non debet.*
2 *Spiritualis quærit æterna.*
Carnalis temporalia.
Sacerdotis intentio qualis eſſe debeat, an ei liceat locare operas ad diuina, remittit, nu. 3.
4 *Additio gloſſarum.*

CAPVT IIII.

1 Voniam. Caſus. Regimen † eccleſiæ ſub annuo cenſu cõmitti non debet. primò narrat conſuetudinem, quam ſecũdò prohibet. 3. cauſam reddit. ſecunda ibi, Nec id. tertia ibi, Quia [*Sub annuo*] ut dicit Hoſt. nec in perpetuum, nec ad annum, nec ad momentum uendendum regimen animarum, ut ſu
2 pra c. proxi. [*Ad † æterna*] Innoc. Io. 3. quod natum eſt ex ſpiritu, ſpiritus eſt: quod natum eſt ex carne, caro eſt [*Spiritualis*] ergo ꝑ motio: quærit æterna. Carnalis uerò quærit temporalia & carnalia [*Conſideratio*] ac ſi dicat, ꝙ pura debet eſſe ſacerdotis intentio, ut ſolum deum ſperet retributorem, non per temporale commodum. Vnde reprehendit Hoſti. eos, qui currunt ad mortuum uſurarium diuitem, & pauperem uilipendunt. ¶ [*In † glo. 1. ibi, Prouideat*] ad hoc ſupra de app. peruenit, de cler. ægro. de rectoribus, de cleri. nõ reſi. c. pe. & infra de elec. cum ex eo. §. porrò, li. 6. per
a quod uidetur, ꝙ epiſcopus hoc facereᵃ debeat [*& in fine*] an ſic liceat ſacerdoti locareᵇ operas ad diuina, dixi, qđ notauerunt hic Inn. & Ho. ſ. de pbẽ. ſignificatũ.

ANNOTATIONES.

a ¶Facere. uide Io. An. in c. 3. de offi. archipresby. & in c. omnis, in glo. executioni, & ſup. c. illa, de pœni. & re.

b ¶Locare. An autem poſt ipſius mortem ipſo iure ſit locatio extincta, ſi fiat ſine ſolennitate, tenent domini de Rota, quòd ipſo iure, & per hoc inferunt, quòd. l. conductores. §. pœna illius. C. loca. in ſucceſſore locum habet, ſicut in primo locatore. inferũt etiam, quòd recipiens ſucceſſor pẽſionem unius anni contractũ per totum tempus primæ locationis ob ratificare, cũ ipſo iure locatio ſit finita. uide in deciſio. Rotæ cõcl. 255. & tribus ſe. concl.

SVMMARIVM.

1 *Fructus eccleſiæ ad affictum, uel annuum cenſum poſſunt concedi.*
Eccleſia pro eccleſiaſticis obuentionibus, & quibus alijs modis accipiatur, & quibus appelletur nominibus nu. 5.
Conductor in ſolutione ceſſans expelli põt non obſtante iuramento.
Sii deſerit ante tempus locum ſine iuſta cauſa tenetur ad penſionẽ totius anni.
2 *Epilogus, ſuffragium, & additio gloſſarum, nu. 3. 4.*
Succeſſor quis & quibus caſibus teneatur ſtare contractui prædeceſſoris.
Auctoritas epiſcopi adiecta cõtractui quid faciat, & quid cõtrà.
Capitali conſenſus in quibus alienationibus requirendus.
Vicarium priuilegiatus tenere debet. §. quæritur etiam.
Hæres rectoris tenetur ex mala eius adminiſtratione, eo. §. ad fin.

6 *Decretales huius tituli, quæ ad primam, quæ ad ſecundam partem pertineant.*
Firmas, quarum meminit hæc decretalis, quis recipere nequeat.

CAPVT V.

1 Verelam. Caſus. Fructus † eccleſiæ ad effectum, uel annuum cenſum cõcedi poſſunt. Et primo ponit conductoris querelam. ſecũdò dat ei iudicem ibi, Ideoq; [*Eccleſiam*] i. eccleſiaſticas obuẽtiones [*Ipſe*] Gof. ſ. ꝯductui. [*Tenuiſſe*] i. ipſe cõquerẽs [*Firmauerit*] Si ceſſauerit in ſolutione, non obſtante iuramento, quod habet tacitã conditionẽ, poſſet expelli. ff. loca. l. quæro. §. inter. Item ſi conductor ante tempus ſine iuſta cauſa deſerit locum, tenetur ad penſionem totius temporis. eo. ti. dominus horreorum. §. fi.
2 Vin. ¶ † Secunda gl. quærit, & ſoluit. ¶ Vltima obijcit, & ſoluit ponendo. 6. ſignificationes huius uerbi eccleſia. ſecundò quærit opponendo, & ſoluit. 3. quæ
3 rit de ratione, & reſpondet. ¶ [*In † glo. 2. ibi ſiquis domum §. 1.*] loquitur de vſufructuario, qui locauit ad tem
4 pus, & prius deceſsit. ¶ [*In † glo. 2. ibi, Contractui*] Idẽ Gof. quia nec precarium finitur morte concedentis, ſup. de preca. c. fi. nec ob. ſecundum cum. C. loca. l. emptorem, alias emptori, quæ loquitur in ſingulari ſucceſſore: ſed prælatus eſt uniuerſalis, & debet fauorabiliter proſequi, quos nouit ſuo prędeceſſori fideliter paruiſſe, ut in caſu ſtatim alle. hic Hoſti. & ſecũdum Inno. in hoc differt adminiſtrationem hñs à canonico præbendario, qui nunquã vltra uitæ ſuæ tempus præbẽdam locare poteſt, licet ſuper illa agat, & defendat ut legitimus adminiſtrator, ſupra de proba. c. 3. ſecũdum Inno. quod fatetur Hoſt. niſi ex cauſa rationabili hoc faceret de auctoritate epiſcopi, quam tunc in ſubiectis eccleſijs præſtare poteſt. Ad hoc. ſ. de cenſi. præterea, & ca. ſignificauit. Sed cum textus dicat, ꝑm quod inter ſe conuenit, & nil dicat de epiſcopo, vr̃ ꝙ non requiratur conſenſus epiſcopi. dicit Ho. ꝙ quando ſit ſine ipſius licentia, putat epm reuocare poſſe, inf. de exceſ. præ. ſicut, ſup. de of. uica. clericos. Et hoc cum eccleſia datur ad firmam: ſecus, cum dantur decimæ religioſorum, ſupra de loca. veſtra. Dicit etiam, ꝙ auctoritas epiſcopi ſine cauſa interpoſita rationabili non ualeret per. c. præal. de cenſi. ad idem. ff. de aucto. tu. nulla differentia. cõſenſus uerò capituli requirendus nõ eſt niſi in perpetuis alienationibus, uel ubi epiſcopus aliquid detineret ſibi, de his, quæ fi. à prælatua, ut eccl. bene, capitu. uno, in fi. vide clemen. de reb. eccl. non alien. ſi una & per prædicta etiam dicit, ꝙ ſi canonicus obligauit fructus ꝑbẽdæ ſuæ ad quinquennium pro audienda theologia, & prius morit᷑, quod non noceret ſucceſſori, etiam ſi ille totius temporis pecuniã recepit. ad hoc quod dixi, de pecu. cle. c. fi. Hoc uerum, niſi contractus defendatur ex ſpeciali cõceſsione principis, uel epiſcopi, qui ex cauſa hoc poſſet, ut dictum eſt ſupra, & de hoc dicam, infra ti. 1. c. ulti. ¶ Quærit etiam de prælato, qui obligauit, quia crucesignatus, fructus, uel uiceſima ad quinquẽniũ, uel trienniũ, ut in priuile. cõtinetur, de quo dicam, inf. de Iudæ. ad liberandam. & prælatus primo menſe moritur in uia, nec pecunia inuenitur, an ratus ſit cõtractus, & dicit ꝙ ſic, ſi hoc expreſſè in priuilegio cõtineat᷑, ar. de voto. c. fi. ne is, qui ꝯxit decipiat᷑ ex reſcr. principis, C. de his, qui ue. æta. im. l. 3. & ne ſuis cõtractibus eccleſia fraudẽ adhibeat, ſup. de don. per tuas. in fi. idem Vinc. j. de hære. excõicamus. §. catholici, & Guil. in ſpe. de hæret. ad fi. ubi etiam no. prius Vinc. ꝙ talis priuilegiatus debet tenere uicariũ [*Et ibi, huius placiti*] & c. præ, quod incipit, alienationes, ubi de hoc p

Io.

Io.& per Bar.Brix. [*Et ibi, non pro utilitate*] Dicebãt Inn.
& Hoſti.ſi locaſſet nomine eccleſiæ, licet inutiliter, ſi
ſolennitas non fuit ſeruata, ſucceſſor reuocat, ſup.de
his, quæ fi.à præla.cum nos, de precari.ca.2.ſi fuit ſer-
uata, tenet contractus, ſed locus eſt reſtitutioni, ſupra
de re.ec. non alie.& per hæc mixta potes diſtinguere.
Aut contraxit nomine eccleſiæ, aut proprio. Primo
caſu, aut in utilitatem eccleſiæ, aut non.& ſi non, aut
fuit obſeruata ſolẽnitas, quæ aliás eſſet in alienationi-
bus perpetuis obſeruanda, aut non. So.membrorum
patet [*& in fi.*] loquitur in uſufructuario, qui locauit
in tempus, & ante deceſsit, per quam.l.dixit Ala.& T.
hic ꝙ non ſolum non tenetur eccleſia, uel ſucceſſor,
ſed nec ẽt hẽs locatoris, niſi inquãtum ad ipſum per-
uenit, licet ſm.T.eccleſię bene teneãtur hẽdes recto-
ris ex mala adminiſtratione, ſicut hẽdes tutoris pupil
lo.C.de hære.tu.l.ult.Goſ.dicit hẽdẽ teneri ſucceſſori
pro rata tpis, ſi non eſt ſoluendo, tenetur conductor,
inducit eandẽ.l.ſiquis.¶[*In † glo.ult.ibi, fidelium*] & quã-
doq; deſignat uiros eccleſiaſticos tantum.63.diſ.c.1.
ubi de hoc, & 7.q.1.ſcire, & inf.de uer.ſi.cum clerici.
Itẽ eccleſia quãdoq; mẽ, qñq; filia, qũdoq; uxor uo-
catur, qđ dic ut no.68.di.quorũ uicẽ.[*Et ibi, de in.iur.*]
uel conſiderato tractatu ſub ti.de locato [*Et ibi, prohi-*
6 *bita*] unde † dicebat Hoſti.ꝙ prima & ſa decre.ad pri-
mam partẽ tituli, tertia ad ſecundã, à qua prohibitio-
ne excipitur materia huius capituli. Addit etiã, ꝙ re-
ligioſus ſuo nomine non poteſt recipere tales firmas
nec poſſunt concedi laicis, ſupra ne cle.uel mo.c.1.&
c.ſm.Remit.etiam in materia ad ſummã huius ti.[*Et
ibi, reſpon.*] ſm Ala.& T.Dicebat Vincẽ.hoc ideo, quia
illud eſt onus rei. hoc uero perſonæ [*Et ibi, col.2.*] de
de reſcrip.ſtatutum.§.inſuper, lib.6.

S V M M A R I V M.

1 *Diſpoſitio tituli.*
2 *De magiſtris, ne pro docendi licẽtia, quid exigatur, quibus in alijs ſuperior locis agatur.*

De magiſtris, & ne aliquid exiga- tur pro licen. do. Rub.

1 ¶ Viſo † quomodo ſpiritualia prohibentur pecu-
nia concedi, uel recipi, Eſt uidendum de his, quæ ha-
bent inſtar ſpiritualiũ.ſ.de magiſterio, & de licẽtia do
2 cendi.ideo & c. Goff.de † prima parte.3. diſt. maxime
c.de quibuſdam.44. diſ.cum multa.41.diſt.miſerum,
& c.ſtatuimus.8.q.1.oportet. ad ſecundam tractatur.
1.q.3.uendentes, cum c.ſe.Repetitur in cle.Congruit
autem, de elec.officij, & c.cum in magiſtrum, de cle-
ri.non reſi.relatum, & c.tuæ, de præben.licet, de loca.
cap.1.de teſta.relatum.§.cæterũ, de priuile.ſuper ſpe-
cu.de ſen.ex.c.1.& c.ex tenore, in fi. & c.cum uolun-
tate.§.ult.ad idem no.ne cle.uel mo.c.2.& 2.reſpõ.de
pri.n.c.2.cle.de ſta.mo.ne in agro.§.penul.

S V M M A R I V M.

1 *De magiſtris ne pro docendi licentia quid exigatur, quæ tradãtur in hoc titulo, ſummatim ſcribit, uide nu.5.*
2 *In ſtudio non proficientes reprehenduntur, & quid eis conſulat.*
3 *A doctorandis iuramentum exigitur, & quis modus expenſarum, & pœna tranſgredientium.*
4 *A ſcholaribus primò legentibus petere non licet paſtum.*
Mandare repetitionem non poſſunt irrequiſitis doctoribus.
Magiſtrorum multitudo interdicitur, & quid aliud eos prohibeat, & quid iubeat, nu.5.ſine eis non ſunt diſcipuli, ibid.
Cauſa ſemper attendenda.
Pro cauſa quod peruenit ex ea ſumitur, ad dictio. fructus.
5 *Clerici boni ut inueniantur, expedit eccleſiis.*
6 *Suffragium gloſſarum.*
Alimentorum, & ſumptuum modus quis.
7 *Additio gloſſarum.*

C A P V T I.

QVoniam. Sũma totius ti. primò quò ad
primã partem Rub.ſecũdò quo
ad ſecundã talis eſt. Cathedralis
1 † eccleſia, & q̃libet collegiata, q̃
ad hoc ſufficit, prouidere debet
de vna pbenda magiſtro in grã-
matica, qui clericos eccleſiæ, &
pauperes ſcholares gratis doceat, qui magiſter à præ-
lato cũ capitulo, uel maiori parte ipſius eligi debet,
quorum negligentiam ſupplebit ordinarius. Metro-
politana eccleſia etiam habebit theologum.& ſi utri
que non ſufficit, de grãmatico in aliqua eccleſiarum
ſuarũ, quæ ad hoc ſufficiat, faciat prouideri. Vt theo-
logi poſsint haberi, prælati, & capitula ad theologiæ
ſtudium aliquos mittere debent. quibus prouidebũt,
ſi ſui reditus eis nõ ſufficiunt. Et docẽtes in theologia
donec docuerint, & ſtudentes per quinquenniũ inte-
grẽ præbendarum ſuarum fructus percipiant, cõſue-
tudine, uel ſtatuto ɔ̃rijs non obſtante. hoc di.1.cap.in
prima parte.ſecundũ in ſecunda, pen.& ult. Pro licen-
tia docendi prętextu alicuius conſuetudinis nil debet
exigi, uel promitti. Ob hoc promiſſum remittit, & ſo
lutum reſtituitur. Idonei regere uolentes prohiberi
non debent. Contrafacientes officijs, & dignitatibus
priuabuntur. Primum.c.in ſecunda parte, & ſecundũ
in.1.& tertium.& per talem mixturã hæc capitula nõ
2 deuidenter [*Proficiendo*] reprehẽdit † eos, qui in ſtudio
non proficiunt. qui melius facerent, ſi & parentes in-
anibus ſumptibus non uexarent.ff.de inoffi. teſt.l.1.
ſm Ho. qui etiam remittit ad no.de offi.primi.c.vno,
in fi.[*Opportunitas*] concor.infra de elec.cũ ex eo, li.6.
[*Eiuſdem*] ſecus de alijs, niſi ſint pauperes, infra c.quia
ſm Innocẽ.quod dic, ut ibi [*Doceat*] de ui.& ho.cle.vt
quiſque.T. [*& infra*] ſequebat hic quo & docẽtis &c.
3 ut infra eo. quia [*Exigatur*] Inno. & † circa alias expen
ſas hodie prouiſum eſt.ꝙ hi, ad quos pertinet docto-
rare, prius à doctorandis exigant iuramentum, ne ul-
tra tria millia Turon.argenteorum in ſolennitate do-
ctoratus expendant, & nõ exigentes à collatione do-
ctoratus per tres menſes proximos ſunt ſuſpẽſi, ut in
conſtitu.cle.eo.ti.cũ ſit nimis [*Conſuetudinis*] no.cõtra
4 doctores, qui à ſcholaribus primo legentibus ex cõ-
ſuetudine petunt paſtũ. Abb. [*Licentia*] no.cõtra ſcho-
lares, qui irrequiſitis doctoribus mandant per ſcho-
las, ꝙ repetant aliquam decretalem. Abb. [*Interdicat*]
niſi forte ibi eẽt nimia multitudo magiſtrorum, uel
alia iuſta cauſa ſubſit. Inn. ſemper enim attẽdenda eſt
cauſa, de accu.cum dilecti. Hoſt. [*Contra hoc*] ſ.pro licẽ-
tia docendi aliquid exigendo, vel idoneo petitam li-
centiam denegãdo [*Fructum*] i.beneficiũ, ex quo pro-
5 uenit fructus [*Profectum*] expedit † n.eccleſijs, ut boni
clerici inueniantur, qui poſsint præfici curæ aĩarum,
ſup. ne cler. uel mona.c.ſi. de æta.& qua.c.pc.de elec.
nihil, de offi.or.inter cætera. Sed qui magiſtrũ repel-
lit, hunc profectum impedit: quia ſi non habetur ma
giſter, nec diſcipuli, ſicut alias dicitur, ſi non eſſent au
a ditores, non eſſent doctores[a]: quia nemo inuito au-
ditore, &c.6.q.1.ex merito. hoc pulchè vide in Hiero.
6 ad Ruſti.ſecunda.F.¶ [*in † gl.3.ibi, dat alimenta*] & merce
des pro facultate patrimonij, & dignitate nataliũ [*Et
ibi, Aduocatis*] ſup.conſtituitur ſalarium pro modo li-
7 tis, aduocati facundia, & conſue.fori, ut ibi.¶ [*In † gl.ul.
in fi.*] uide de uſuris, quia fruſtra, ſuper 1. gl. ¶ *In glo.1.*

in

in fi.) quod dic ut no. in ſum. eo. ti. §. 1. Hoſtien. ¶ *In glo. quaſi ſimoniacum, in fi.*) quicquid dicatur, in multis eccle
ſijs de antiqua corruptela contrariũ obſeruatur, Ho.
¶ *In glo. pe. ibi. §. damus*) bene conuenit, quod dicit Hie-
ro. ſuper Gala. li. 2. & uide.

ANNOTATIONES.

a ¶ Doctores. Facit, quod notat Ioan. Aud. in c. cum quid prohibe-
tur, de reg. iur. li. 6. in mercuria.

SVMMARIVM.

1 *Parochia pro diœceſi.*
Magiſtrum ut quis audiat certum, ſi ſe obligauit adiecta pœna, nõ ualet, eos inſtituendi intra quantum tempus, num. 8. & quando poteſtas ſuperiori deuoluatur ibid.
2 *A contrario ſenſu locus hic non eſt.*
3 *Ad ſcholas eundi pro licentia ſi nõ detur aliter à prælato niſi pretio recepto, an ſit ſimonia, & nu. 7.*
Appellationi an ſit locus in differentibus magiſtros, ad dict. appellatione, ea pendente an retractetur factum, nu. 4.
5 *Epilogus, & ſuffragium gloſſarum, nu. 6.*
Repetitionem, uel retentionem dati qui habeant.
7 *Additio gloſſarum.*
Pro docendi licentia ſi quid accipiatur, an committatur ſimonia.

CAPVT II.

1 PRohibeas. (*Parochia*) i. † diœce-
ſi. ſi. de dona. apoſtoli-
cæ, & infra de rapto. c. 1. Hoſt. (*Solutum*) nõ
valet, ſi quis obligauit ſe per pœnam audi
re certum magiſtrum. ff. de ua. & extra. co. l. 1. §. proin
de. ff. de cond. & de. l. Titio. §. 2. ff. de lib. ho. ex. l. 2. Vin.
(*Scriptum*) Matth. 10. (*Accepiſtis*) prælaturam. Quid er-
2 go ſi fuerit empta? Reſpon. non † eſt hic locus à con-
trario ſenſu, ſicut nec. C. de epi. & cle. conuenticula,
& infra de uſu. quãto. Quid ergo procederet cõtra eũ
ut no. ſupra eo. ti. 2. cap. 1. & c. conſulere, & c. ſicut pro
certo. de facto tamen aliter fit, ut no. ſupra tit. 1. c. pen.
Hoſt. (*Gratis date*) ad quod accedit, quod legi. & no. ſ.
3 de don. c. 1. Nunquid † ſi prælatus non dat alicui licẽ-
tiam eundi ad ſcholas, niſi prius recepto precio, erit
ſimonia? Dicunt quidam ꝙ ſic, nam ipſa licentia ſpi-
ritualis eſt, & ex ſpirituali cõpetit poteſtate, ergo eſt ſi
monia, ut ſupra de ſimo. tua nos. Sed ſm̃ Inn. non eſt
ſimonia, ſed turpe lucrum. nõ induxit ius, quia forte
non habebat, & contradicit ei, quod no. infra c. pe. §
a i. ad fi. Hoſt. [a] de hoc Archi. 37. di. de quibuſdam (*Con-
gruis*) i. in omnibus eccleſijs, quarũ ſufficere poſſunt
facultates, infra ca. 2. (*Appellatione poſtpoſita*) niſi forſan
negligentia reuocetur in dubium, & ſuper hoc litige
tur, ſupra de reſti. in inte. c. 2. ut lite pendente, per to-
tum, quouſque ſit diffinitiuum per ſententiã, quæ nõ
ſit appellatione ſuſpenſa, nec poſsit ſuſpendi. ar. C. de
b tranſac. poſt rem [b]. ff. de pœnis. l. 2. §. ſi. Quid † ſi hodie
4 ſit lata ſententia pro prælato, & cras prouidet, & de-
cima die fuit appellatum. Dicit Hoſt. totum retractã-
dum, ſicut ſi poſt ap. eſſet facta ꝓuiſio. ad hoc, de ap.
nõ ſolũ, li. 6. Sed cũ deuolutio poteſtatis nõ uertiẽ in
dubiũ nec cã rõnabilis opponiẽ, appellatio nõ obſta-
bit. Ad idem de ſup. ne. præ. c. ſi. & patet ratio, de his, q̃
5 fiunt à ma. par. ca. ex orc. ¶ † Prima gl. obijcit, dat Io.
Vincen. & aliam ſubdit. ¶ Secunda glo. dat duplicem
lecturã eius, quod de remiſsione hic dicitur. ¶ *In † glo.
2. ibi, ſi quis mandato*) uidetur abeſſe alicui id, in quo ob-
ligatus eſt [*Et ibi, pacta*] pacta cõuenta, quæ aliquid de
trahunt emptioni, inſunt contractui quò ad excipiẽ-
dum, & quæ aliquid augent, non inſunt quò ad agen-
dum [*Et ibi, ei, cui fundum*] Si ei, qui ad quinquennium
conduxerat, teſtator legauit, quicquid eũ dare opor-
tebat, hæres nec petitionem habet, nec retentionem
[*Et ibi, qui ſe*] putans ſe mulieri debere, ſi ꝓ dote. 50. fu-
turo ſpõſo promiſit, nuptijs non ſecutis, habet & ex-
ceptionem, & repetitionem [*Et ibi, qui ſine cauſa*] ſequi-
tur, obligantur, incerti condictione cõſequi poſſunt,
ut liberẽtur [*Et ibi, ſed quod prætor, in fi.*] ubi perfecta, uel
imperfecta re, quæ per metum agitur, cõpetit actio,
& exceptio [*& in fi.*] uide de ſimo. c. pen. ſuper prima
6 gl. ¶ † *In glo. 1. ibi, ob turpem*] & infra de reg. iur. in pari,
li 6. [*Et ibi, redimit ius*] dummodo ſit idoneus. Goſ. Inn.
no. Hoſt. [*& in fi.*] dixit. T. ꝙ ex parte prælati commiſ-
ſum fuit crimen concuſsionis, ſed non ſimonia, quia
exegit in officio non ſpirituali: Dicit Vincen. infra ca
pitu. proxi. ſimonia uidetur, ſi uendatur licentia do-
cendi, licet non habeat curam animarum annexam,
ſicut ſi detẽ pecunia pro iudicatu in eccleſia beati Ia-
8 cobi. i. q. 3. ſaluator. ¶ *In † glo. ult. ibi, nullam*] forſan intel-
lexit glo. ꝙ iſto caſu, ſicut & illo dentur ſex menſes il-
li, qui primo loco habet magiſtros inſtituere. aliqui-
bus uidetur hoc referẽdum ad ſuperioris arbitrium.
& cum iſta prouiſio non ſit perpetua, ſicut beneficia
lis, ſatis æquè minus tẽpus dabitur, maximè cũ ſcho-
la iam ordinata, deficeret magiſter morte, uel aliter:
puto tamen monitionem eo caſu neceſſariam. facit
quod no. de re iudi. ad apoſtolicæ, lib. 6. in ulti. glo.

ANNOTATIONES.

a ¶ Hoſti. glo. ſupra c. proxi. dicit quaſi ſimoniacum uide, ſupra tit.
proxi. c. 1. in tex. & glo. 1. per Io. And. & per ipſum de ſimo. con-
ſulere.
b ¶ Rem. ſuper incidentibus ergo poteſt appellari, quãuis in prin.
ſit ſublata appellatio, quod facit ad materiam. l. ſi. C. de temp. ap.
ad fi. & in l. 1. §. ſi quis ante, ff. à qui. app. non licet.

SVMMARIVM.

1 *A docente nihil à quoquam exigendum.*
Spoliare eſt uerbum medium, in fi.
2 *Epilogus, & additio gloſſarum.*
Magiſtri quales eſſe debeant, & qui nu. 3. inter eos differẽtia, ibid.
3 *Studia literarum an per ſe, uel alijs permittere quis debeat.*

CAPVT III.

1 QVanto. Hoc † impetratum fuit cõ-
tra cancellariũ pariſien. qui
à quolibet docente marcham unam exi-
gebat. Vin. [*Eccleſiaſticis*] maximè. uel. i. ca-
thoeis [*Impendunt*] ſuper hoc conſue. allegantes, ut ſe-
quitur (*Decorem*) & profectum, ſupra c. 1. in fi. [*Admo-
dum*] pro ua Ide. Concor. cle. de iureiur. Romani, uer.
nos itaque, cum ſuis concor. [*Interminatione*] de hoc. j.
de ſagit. c. uno, & ibi ſuper glo. 2. & de cleri. ex. latores,
ſuper glo. pe. dicam aliqua hic no. per Goſ. [*Prohibitio
nis*] quo ad exactiones [*Præcepti*] de permittendo ido
neos regere [*Dignitatibus*] magiſterijs ſcholarũ, de qui-
bus præmiſit [*Spolietis*] ponitur in bona parte, interdũ
2 econtra. de hoc de re. ſpo. conquerente. ¶ † Gl. 3. quæ-
rit, arguit, & ſoluit. ¶ *In glo. 1. in fi.*] contra, ſupra de cõ-
ſti. nam concupiſcentiam. Sol. ibi, Hoſtien. ¶ *In glo. 2.
ibi, debent*] ut ſint ſubtiles in interpretando, & copio-
ſi in diſcernẽdo. C. de profeſ. qui in ur. Cõ. l. una, li. 12.
Item coaptare ſe debent ingenio diſcentium. 8. q. pri-
ma, oportet. Goff. nec debent arroganter docere. 46.
diſt. habet hic. & de hoc uide in Hiero. ſuper titu. hoc
3 ¶ *In † gl. 3. ibi. 93.*] aliàs. 95. di. & melius [*Et ibi, credo*] ſe-
cundum Vin. idem Abb. aliàs de offic. archiepiſ. c. fin.
(*& in fi.*) Idem Hoſtiẽ. quia aut cupiditas ipſum mo-
uet, quod reprehenditur, ſupra e. c. aut inuidia, cõtra
quam

quam.7.diſt.qui contempta.95.diſt.eſto. Aut odium,
uel alia corruptela, ar.1 t.q.5.quattuor. Nam & ſi ipſe
ualde ſit idoneus, tamen expedit, ut collegam habeat,
de of.archidi.c.fi. Eſt & potiſsima ratio ſecundum eũ,
quia talis cum alio proficeret, qui cum ipſo non pro-
ficeret, cum in hoc multum ualeat amor magiſtri, &
acceptus modus legendi. Iſte ergo profectus non im-
pediatur, ſupra capitulo primo.

S V M M A R I V M.

1 *Opportunitas datur ad bonum, & tollitur ad malum.*
Magiſter competens quis, & quando poſſit exigere collectam, ubi teneri debeat, à quibus eligendus, nu.3.& 4.5. a quibus præbenda aſſignetur, nu.5.6.
Eius officium quod, nu.3. à quibus licitè accipiat, nu.4.9.10.
An in canonicum pro docendo poſſit recipi, nu.13.
2 *An religioſus, & maximè monacus poſſit eſſe.*
Officijs diuerſis poteſt quis diuerſo tempore ſeruire, uer. ſolutio.
Profeſſio diſpar non debet eſſe, ſi eſt contraria.
Vix ſi ſi fit, tamen fit, in fin.
3 *Diſcipulorum officium quod.*
Scientia ut coaleſcat.
4 *Collatio beneficiorum communiter ſpectat ad prælatum, & capitulum.*
5 *Theologus requiſitus ab hac conſtitutione, quæ non debeat ignorare.*
6 *Vtilitatis cauſa qui aſſumptus eſt, tandiu placebit, qualiter fuerit utilis.*
Ad contributionem confugiendum in caſu huius conſtitutionis cũ per ſe non ſufficiat una eccleſia, & nu.21
Ad contributionem confugiendum in caſu huius conſtitutionis.
Linguarũ Hebraica, Arabica & Caldea, in quibus ſtudijs debeat habere doctores.
7 *Epilogus, & additio gloſſarum, nu.8.*
Diuitiæ damnoſæ homini.
10 *Hoſtienſis nunquam pro ſe fecit collectam, non pro ſe ſed pro alijs ſcripſit.*
Præbendæ ſectio etiam in perpetuum fit ex cauſa.
12 *Canonicatus idem diuerſo iure conferi non debet.*
In iuramento intelligitur ſuperioris auctoritas excepta.
13 *In canonicum receptio, & doctrina ſunt ſpiritualia.*
Permutatio de ſpirituali cum ſpirituali admittitur.

CAPVT IIII.

1 QVia nonnullis. [*Opportunitas*]
datur † oppor
tunitas ad bonum, & tollitur ad malum,
infra de ſta.re.c.uno.lib.6.[*Cathedralem*] in-
fra addit, ſic collegiata [*Magiſtro*] i. declarat in grãma-
tica, & per quem debeat aſſumi [*Competens*] i. declarat,
ꝙ ſit competens [*Neceſſitas*] hic euidenter arguitur
magiſtrum, cum eget, exigere poſſe collectam. ad idẽ
ſupra de cenſi.cum apoſtolus.§.inhibemus. Hoſtien.
[*Alijs*] conuentualibus, & capitulum habentibus, ut
innuunt ſequẽtia. Sed hodie in ſingulis monaſterijs,
quorum ſuppetunt facultates, teneri debet magiſter,
qui monacos ipſorum in primitiuis ſciẽtijs inſtruat,
ut in conci. Vien.de ſta.mo.ne in agro.§. pe. [*Idoneus*]
2 quærit hic Hoſti. an † religioſus & maxime monacus
poſsit in magiſtrum aſſumi? Videtur ꝙ non: quia ha-
bere debet officium plangentis, non docẽtis. 16.q.1.
monacus, & c.ſe. Ad idem bene facit.e.q.nemo: quia
in uno officio diſpar non debet eſſe pfeſsio, nec poſ-
ſunt cohærere, & coniũgi, quibus ſtudia ſunt diuerſa
16.q.1.nemo, & quia bonus monacus uix facit &c.
16.q.1.legi. multominus bonum magiſtrum. Nam &
in talibus cithara cum pſalterio &c. ar.de cle. con.di-
uerſis, & c.quod à te. Sed contra, Hiero. monet mo-
nacum, ut diſcat multo tempore, quæ poſtmodum
doceat, & ꝙ prius diſcipulus ſit, quàm magiſter.16.
q.1.ſic uiue, & c.ſi clericatus. Itẽ melius eſt cathedræ
præponere monacum ſcientem & honeſtum, quàm
ſecularem clericum ſcientem & inhoneſtum.e.q.do-
ctos, & c.ſunt nõnulli, maximè cum iſti gratis doceãt
nec idonei ſunt prohibẽdi: ſed hi ſunt idonei, qui pri-
mum moribus, & demum facundia &c. ut no. ſupra
c.proxi. Sol. dicit Hoſti. ꝙ aut talis ſe ingerit, & ſic re-
pellitur, ut in primis concor. aut à ſuo ſuperiore mit-
titur, & ab illo, ad quem ſpectat, licentiatur, & tũc eſt
admittendus.16.q.1.moderamine, cum.ca.ſeq. ſupra
de offi.or.interdum: tamen abſtineat à ſcientijs pro-
hibitis, ut ſupra ne cleri.uel mo.non magno, & cap.fi.
hoc etiam expoſcit non ſolum utilitas proprij mona
ſterij, ſed etiam uniuerſalis eccleſiæ, ad hoc de cle.nõ
reſi.ad audientiam.& dicit addendũ, quod no.de ſta.
mo.quod dei.de hære.cum ex iniuncto, & c.excom-
municamus.§.quia uerò. Non ob. ꝙ monacus nõ ha
bet officium docentis. hoc uerum, niſi ad illud eliga-
tur. nec c.nemo poteſt. quia licet eodẽ momento nõ
poſsit eccleſiaſticis officijs, & monacali regulæ deſer
uire, poteſt tamen hoc diuerſis horis, ſicut & faciunt
plerique ſeculares clerici, ſic etiam non debet eſſe di-
ſpar profeſsio, ſ. contraria nam aliàs certum eſt, quod
in una uniuerſitate ſunt diuerſorum corporũ homi-
num genera diuerſa: ſed nec quò ad officium magi-
ſterij ſeculariũ, & regulariũ diuerſa ſunt ſtudia: quia
utriq; ſtudent, utriq; docẽt. Nam & ſi conſideratur vni-
uerſitas ſtudentium, certum eſt, ꝙ diuerſarum ſcien-
tiarum diuerſi ſunt modi, & tantum unum corpus fa
ciunt, & ſimul cohærent, & ſimul cõiunguntur. Nec
ob. ꝙ bonus monacus uix facit bonum clericum: quia
& ſi fit uix, tamen fit. ff. de iudi.uix certis, de cog.ſpi.
3 cap.2.li.6.[*Cum † capitulo*] hoc caſu magis eſt requiren-
dus conſenſus capituli, quàm prælati, prælatus.n. non
doceri, ſed docere debet. Illi verò de capitulo ſunt in-
ſtruendi, unde ipſorum intereſt, ut talis eligatur, cu-
ius modus acceptabilis ſit, & diligatur, ſecũdum Ho-
ſti. Quintilianus.ti.2.de ora.inſtitutione, ut præcepto-
ris officium eſt docere, ſic diſcipulorũ præbere ſe do-
ciles. Scientia enim coaleſcere nequit, niſi ſociata fue
rit tradentis, accipientiſq; cõcordia [*Eligendus*] & ſi iſti
4 negligant, ſupplebit ordinarius, ſupra c.2.in fi.& ar. ꝙ
collatio beneficiorum communiter ſpectat ad præ-
latum, & capitulum, de hoc, ſupra de elec.cum eccle-
ſia [*Ipſarum*] dicit Hoſt. ſic continuandam literam, ac
alios &c. Gratis &c. alias ſecũdum eum innuit litera,
ꝙ ab extraneis poſſet collecta leuari, & ꝙ clericos ec-
cleſiarum nõ tenetur inſtruere pro poſſe, quod eſſet
abſurdum. & ſecũdum eum in hoc addit Lateranen.
cum illud loqueretur de extraneis pauperibus tantũ.
Fatetur tamen quoſdam dicere ad uerbũ, Alios, ſub-
audiendum pauperes, ut ius uerus maneat, niſi corri-
gatur expreſſe, & hoc uidetur hic uelle Inno. dicens,
ꝙ à diuitibus licitè accipit, cum per eos no habeat p̃-
bendam. & addit, quòd dicã ſuper glo. [*Ad curam*] Eſt
5 ergo † neceſſe, ꝙ talis theologus canones non igno-
ret. ad hoc de æta.& qua.c.pe.de of.or.inter [*A capitu-
lo*] eccleſiæ, in qua magiſter eligitur: quod intellige,
cũ ſolum capitulũ ordinat præbẽdas. ubi vero id ſpe-
ctat ad ſolum prælatum, ipſe ſolus hoc ordinabit. ſi ſi-
mul ad illos hæc ordinatio pertinebit. facũ, de off.or.
ad hæc, ſecundum Hoſt. de electione tamen magiſtri
tenendum eſt ſecundum eum, quod dixi ſuper uerſi.
cum capitulo [*Metropolitano*] uel capitulo in vtroque,
ut ſupra dixi, & probatur, infra ubi dicit, eccleſia me-
6 tropolitana grauetur [*Perſiſtem*] Sene.epi.9. Qui † vti-
litatis cauſa aſſumptus eſt, tandiu placebit, quamdiu
utilis fuerit [*Diœceſis*] non dixit, Prouinciæ [*Valeat*] &
ſi nulla per ſe ſufficit, colligat ſimul omnes, & fiat cõ-
tributio,

tributio,ar.de cenſi.procuratores,de ſtatu mo.in ſin-
gulis. Hoſti. *(faciat)* archiepiſcopus.10.quæſtio.1.re-
genda, & c.decernimus[*Prouideri*] hoc in ſtudijs Ro.
curięi,Pariſien.Oxomen.Bonon.& Salamãtino habe
ri debẽt doctores linguarum Hæbraicæ, Arabicæ, &
Chaldeæ.quod & per quos eis debeat prouideri,uide
7 in concil.Vien.co.ti.inter ſolicitudines. ¶ † Secunda
glo.quærit ad negatiuam.alle.tria, ſoluit diſtinguen-
do. ¶ Vlt.glo.quærit,& ſoluit.iterum quærit, all.pro
& contra,& ſoluit.3.quærit,& ſoluit. ¶ in glo.ult.ibi,
§.pe. expedit ordinem decurionum plenum haberi,
8 & ideo etiam ſpurij alias digni admittuntur. ¶ *In † glo.
2.ibi,collectam)* de hoc.18.diſtin.de eulogijs,& plenius.
37.diſt.de quibuſdam [*Et ibi,Societates*] legi eum dixiſ-
ſe, Abite peſsimæ diuitiæ:ego uos ſubmergã,ne à vo-
bis mergar.& uide in Hier.ad Iulianum,ſecunda poſt
prin.Vale.li.8.c.7.ponit Anaxagoram dixiſſe,cum de
ſtudio reuerſus ſuas poſſeſsiones uidiſſet deſertas, nõ
eſſem ego ſaluus,niſi iſta periſsẽt. Seneca epi.17.Mul
tis ad philoſophandum obſtitere diuitię.de Diogene
uide in Hiero.cõtra Ioui.2.ſub litera.I. *(Et ibi, Non ſo-
lum)* ubi de hoc, & in c.præ.quod incipit, uendentes.
9 ubi etiam no.quando ſolui debeat *(Et ibi, non † cogun-
tur)* nam & Sabinus à ſcholaribus ſuis ſubſtẽtabatur.
ff.de origi.iur.leg.2.circa fi. & bona dona ſunt danda
doctoribus.de hoc.3.q.7.§.tria,uerſi.apud urbem [*&
ibi,incedere*] facit, quod no.1.quæſtio.pri.qui ſtudet,in
gl.nunquid ergo [*Et ibi,cum ab omni*] quod dic,ut de re-
ſcrip.ſtatutum.§.inſuper,& §.ſe.li.6.in fi.puto, ꝙ ma-
giſtri,non nouitij,qui docent,ut diſcant,& qui rogãt
potius,quàm rogentur,poſſunt mercedem recipere,
non tamen à pauperibus ſcholaribus, à quibus nõ de
bent exigi ſportulæ,in auct.de mã.prin.§.ſit tibi, coll.
3.Gof. De his nouitijs dixit Io. arguẽdo.7.q.1. Noua-
tianus, ꝙ à principio feruere ſolent, & cito deficere.
10 ¶ Dicebat hic Hoſ.quòd † magiſter,qui non eget,nõ
non poteſt facere collectam, licet recipere poſsit gra-
tis oblatum. nam dicunt vendẽtes in templo, qui qđ
gratis afferre debent, precio largiũtur. quare uidetur
ſimonia.1.q.3.in templo, aliàs eſt ſub.c.uendentes. Si
eget,licet à paruulis nil petat, tamen à diuitibus eſt ip
a ſius inopia releuanda [a] per iura ſuperius alleg. & dicit
Hoſt.quòd credendum eſt ſibi, qui nunquam etiam
pro ſuſtentatione fecit collectam, & qui non pro ſe,
ſed pro alijs iſta ſcripſit,ar.31.di.Nicena.ff.de inter.ac.
11 de ætate.§.1. ¶ *In † glo.ult.ibi,uacet*] uel de cõmuni pro-
uidebitur illi,donec uacet ſecundum Vincẽ.Hoſti.&
Abb. Dicebat ergo Hoſti ꝙ tunc quilibet de eccleſia
det tantum de ſuo,quod fatiat unam præbendam,ar.
ſupra de his quæ fi.à ma.par.ca.c.fi.ſupra de ec.ædi.de
his. Sed contra ſupra de præben.c.anrepe.loquitur e-
nim illud,quando fit defalcatio perpetua,& ex priua
ta utilitate.hic cum ad tempus,ſ.donec magiſter rexe
rit,uel præbenda uacauerit.& publica utilitas, ex qua
hoc fit,præferenda eſt priuatę,ſupra de poſtu.bonæ.i.
ualet & perpetua ſectio præbendæ facta ex cauſa, de
præben. uacante: ſed & temporalis temporaliter to-
leratur.eod.ti. niſi eſſent.cum uerò poſtea præbenda
uacauit, recuperet quis, quod dedit,& reuertatur res
ad ſuam naturam.ff.de pac. ſi unus.§. pactus, & præ-
benda illa uacans aſsignetur magiſtro,ut ſic ceſſet de
falcatio ceſſante cauſa,ſupra de uoto.magnæ *(Et ibi,
12 ſiquis obiecerit)* & idem † canonicatus cenſeretur dupli
ci iure,uno habente ſpiritualia, & alio habente tem-
poralia,qđ nec debet eſſe.12.q.2.cognouimus. Goff.
[*Et ibi,iuramentum*] idem Goff. cum in omni iuramen-
to intelligatur ſuperioris.i. Romanæ eccleſiæ aucto-
ritas except.de iu.iur.uenientes [*Et ibi,expectare*]& pro
batur infra de præben.ſi tibi.2.li.6. [*Et ibi, conditio*] dici
13 poſſet, ꝙ † cum receptio in canonicum, & doctrina
ſint ſpiritualia, admitti poſſet talis pactio,ſicut admit
titur alias permutatio de ſpirituali ad ſpirituale,ſupra
de re.permu.ad quæſtiones. Hoſt.

ANNOTATIONES.

a ¶ Releuanda. Barto. Brix.in c.de quibuſdam.37.diſt.tenet,quòd tunc abundans doctor poteſt licitè petere collectam, ar.epiſcopus qui conſecrans eccleſiam etiam abũdans recipit procurationem,ibi uide

SVMMARIVM.

1 Huius pars decretalis ubi.
Neophytus non admittendus ad docendum.
Docendum quomodo ſit,& à quo.
2 Pro diſciplina recipienda ſacrorum Romani aliquot filios in Tuſiam miſerunt.
Magiſtrorum utilitas, & laus.
3 Beneficiorum peruentus collecti, & precepti cedunt in proprietatem eius,qui habet beneficium, & de eis poſſunt pro uoluntate diſponere.
4 In ſcholis quis dicatur eſſe.
Studentes qui dicanturut gaudeant beneficio iuris beneficiorum.
Fructus pro toto quinquennio obligare,uel uendere nequeunt,nume.5.
Studens Theologię dicitur operari,ibid.
Huic conſtitutioni fraus ut fieret.
Clandeſtinum factum exaggeratur,non excuſatur.
Studio uacare quantum temporis oporteat.
Pythagoricorum ſilentium quot annorum.
Generalia uerba ſufficiunt ad reuocatorias, in fin.
6 Epilogus,& ſuffragium gloſſarum, nu.7.
Iuris ignorantia non iuuat in bonorum poſſeſſione petenda.
Remiſſum quod eſt à prætore,pro eo non eſt adeundus,& exemplũ.
8 Additio gloſſarum,& nu.ſeq.
Docilis homo, docibilis dicitur ſcientia, ſed quandoque confunduntur.
Inter ſcholares miſſos à prælatis,& non miſſos, quæ differentia.
9 Doctores quamdiu percipiant abſentes beneficiorum fructus, & priuilegio gaudeant.
Quandoque reuocantur,& qua de cauſa.
14 Ad ſtudiũ qui mittũtur ſi contentio ſit,an ſint dociles, quid iuris.

CAPVT V.

1 SVper ſpecula. Pars † huius,ſu-
pra ne cleri.uel
mo.& infra de priuil.ſuper ſpecula [*Magi-
ſtrorum* theologorum [*Docti*] arguit Hoſt.
neophytum non admittendum ad docendum. opor
tet.n.quem multo tempore diſcere,quod poſtea do-
ceat,non ſuo ſenſu, ſed ſecundum ueritatem ſcriptu-
rarum.37.di.relatum.de elec.cum in magiſtrum[*De-
2 ſtinentur*] refert † Vale.li.1.c.1.in prin.ꝙ ſenatus decem
filios principum Romanorũ miſit in Tuſciam pro re
cipienda diſciplina ſacrorum [*Splendor*] mundum illu
minans,infra de hære.cum ex iniuncto.1.reſpon.[*Fir-
mamenti*] quia multos relinquẽt diſcipulos inſtructos,
qui & cathedram aſcendere merebuntur. & eſt ſum-
ptum ex prologo bibliothecę.8.ca. [*Erudire*] Dan.12.
[*Proprię prouentus*] ſ.præbendarũ,& beneficiorum ſuo-
3 rum,& ar.ſecundum † Hoſti. prouentus beneficiorũ
ſaltẽ collectos & perceptos cedere in proprietatẽ be-
neficiati: unde poteſt de illis pro uelle diſponere. de
hoc ſupra de præben.ratio. & de hoc de of.or.præſen
ti, lib.6. [*Studentes*] in loco ſolenni & ſtudio generali,
ut in conſtitutio.ſtorum,& ſupra de cler.nõ reſi.tuæ.
4 Et intelligo † quem in ſcholis eſſe,& ſi aliquando di-
uertat ad curiam Ro.uel aliò, ſtatim reuerſurus nec
enim

a enim diuertiſſe uidetur, de pę.di.1. diuortium [a]. Item
ſtudentes intelligo non tantum in ſtudio morantes,
ſed etiam ſcientiæ operam dantes, ut hi ſoli habeant
hoc priuilegium, ar.16.quęſtione prima, generaliter,
C.de epi.& cleri.l.generaliter, & C. de re.mi. leg. vlti.
Item hoc priuilegium habent ſtudentes in theologia
in ſcholis, & in domo. Si enim poſt reditum ſchola-
rum baccalarium haberet in domo, qui ei legeret
leges in cam. dico fraudem fieri huic conſtitutioni
clandeſtinè, & clandeſtinitas factum exaggerat. non
excuſat, de clande. deſpon. per totum.30.quæſtio.5.
per totum.ff.de ritu.nup.l.vlt.& eodem modo poſſet
fieri fraus conſtitutioni ſuper ſpecula, ſi habens per-
ſonatum, uadit ad ſcholas canonum, & in camera le-
giſtam habet, qui eum leges docet. Goſ. [*Quinque*] ad
5 idem † in proœmio ff.orum.§.pro reſponſis. ibi, & in
quinti anni &c.uide in Hierony. ſuper eccleſiaſten,
ſuper.3.cap. Pythagaricorum doctrina eſt, tacere per
quinquennium, & poſtea eruditos loqui. idem Sene-
ca.epi.52.ad Lucil. [*Percipiant*] licet permittatur eis, ꝙ
percipiant, non tamen quòd obligent, uel uendant
recepto precio pro toto quinquennio, quod ſi fece-
rint, an ſucceſſor teneatur, no.ſupra titu.proxi.capi-
tulo ult.Hoſtien. [*Aliqua*] no.pro uerbis generalibus,
quòd ſufficiant ad reuocatorias. uide infra tit.2.ſicut
ait [*Denario*] ſtudens ergo in theologia, dicitur opera-
ri.& ſic non ſolum reſidet, ſed deſeruit: tamen tene,
b quod habes, ſupra de præben.licet [b] Hoſt. ¶ † Quarta
6 gloſſ.tria dicit. princi.& fi.de miſsione, & ſuppletio-
ne, medium de ſuperfluitate. ¶ Antepenul.glo.quæ-
7 rit, reſpon.alle.contrariũ. ¶ *In † glo.3.ibi, regula.§.1.*] ui-
de de ſi.per tuas.3.ſup.1.gl. [*Et ibi, in bonorũ*] in bonorũ
poſſeſsione petẽda iuris ignorãtia non iuuat, quominus
dies cedat. potuit enim peritiores cõſulere. ¶ *In
glo.pe.ibi.§.ulti.*] pro remittendo ſibi iureiurando non
habet hæres per teſtatorẽ iurare grauatus neceſſe præ
8 torem adire, cum iam ſit à prætore remiſſum ¶ *In gl.
3.in fi.*] prouidetur etiam talibus, infra de elect.cum
ex ea, libro ſexto. ¶ *In glo.1.ibi, docendum*] unde melius
dixiſſet, docile: quia homo docilis, ſcientia docibilis:
quandoq; tamen ſummitur unum pro alio. unde Io.
6. Et erant omnes docibiles deo. & ſi. uerbum.24.diſ.
qui epiſcopus, Goſ. [*& ibi, iſtis*] ſ.electis & miſsis per ſ-
laros, & capitula. Alijs uerò, qui non ſunt miſsi, licet
aſsignentur propria beneficia, nil tamẽ ſuppletur. &
hæc eſt differentia inter iſtos, & illos, ſecundum Ia.&
Phi. [*Et ibi, 2 in fi.*] & de elec.commiſſa.§.porrò, lib.6.
9 ¶ *In † glo.nunquid, ibi, primus*] ſ.docentibus.& hoc tenet
hic Hoſtien.quia ſemper expedit, quòd doceant: qđ
eſt uerum ſecundum eum niſi ex cauſa à capitulo re-
uocentur: forte ut quod extraneis in remotis parti-
bus erogant, communicent his, à quibus ſunt bene-
ficiati, ar. de teſta. cum in officijs [*& in fi.*] dic quòd
pars præcedẽs habet ſuam ſpiritualem determinatio
10 nem ibi, Dum in ſcholis docuerint. ¶ *In † glo.ſ.ibi, fa-
ciant*] cum non obſtet conſuetudo, uel ſtatutum con-
trarium, ut ſequitur. Dicit tamen Hoſtien.quòd tali-
bus referri poſſet quæſtio, quòd non ſint dociles, &
ſi prælatus, & capitulũ hoc contendant, eſt expectan-
da licentia ſuperioris: aliàs ire poſſet inhabilis ad di-
ſcendum contra mentem, & uerba iſtorum iurium.
& obſtaret etiam ſecundum eum nimia multitudo.
Ad id ſupra de cler. non reſi. ope. [*& in fi.*] & infra de
elec.ubi periculum.§.præterea, libro ſexto, in gloſſ.
ulti.ibi.ante. Matth.20.& B.

ANNOTATIONES.

a ¶Diuortium. Facit de conſe.di.6.ſint tibi, & quòd no. Io.And. in c.ex parte, de cle.non reſi.in c.licet canon, de elec.li.6.& Bar. in l.1.ff.ſol.matri.

b ¶Licet. Et uide de priuil. c.1 m de diuer.libro ſex o.& per Ioan & hic in glo.

SVMMARIVM.

1 *Oeconomia tituli.*
2 *Seruorum duplex ſpecies.*
3 *Famuli quibus modis ſummatur.*
4 *Patri ſacerni unde detinentur.*

De iudæis, & Sarace. & eorum ſeruis, Rub.

1 ¶ † Viſo de his, qui ſpiritum ſanctũ per ſimoniam
nendendo blaſphemant, uideamus de his, qui deho-
norant deum male colendo. & ideo &c. exquo uerò
tractaturus erat de his male colentibus, ſubmiſit de
2 eorum ſeruis quod † dupliciter intelligitur, ſ.de ſeruis
propriè, qui diſtinguuntur à liberis, infra capitulo.2.
& ulti.de famulis, qui ſeruiunt, licet ſerui non ſint, ſed
liberi, de quibus, infra eo. Iudæi, & c.ad hæc, & c.& ſi
3 Iudæos. Sic † quandoque famulus ponitur pro ſeruo,
de ſer.non or. de famul. ¶ De prima & ſecunda par-
te.23.quæſtio.8.diſsipat, & 28.quæſtione prima caue.
& facit.23.quæſtio.4.5. & 6.per totum, ſpecialiter de
Iudæis.28.quæſtio.1.Iudæi, & quatuor cap.ſe. & cap.
ſi quis.45.diſtin. qui ſyncera. de ſaracenis.11. quæſt.3.
ad menſam. de ſeruis.44.diſt.mancipia, cum duobus
ca.ſequentibus repe.in cle. Et conueniunt.de reſcrip.
eam te, de teſti. Iudæi, & capitulo licet uniuerſis, de
ap.conſuluit. 3.de deci.de tertis, de conuer.infide.ca-
pitulo ſecundo, de bap.debitum, de uſur.poſt miſe-
rabilem, & cap. quanto. facit de hæreti.contra Chri-
a ſtianos, lib.ſexto, & † dicunt Iudæi à tribu [a] Iuda, quæ
4 cæteris erat honorabilior. Saraceni à Sara libera uxo-
re Abrahæ, cum Agareni uocari deberent ab Agar
ancilla, ex qua deſcenderũt. Iudæi legem Moſaycam
ſeruant ad literam. Saraceni nec nouum, nec ueius te
ſtamentum recipiunt: ſunt tamen quidam qui reci-
piunt.5.li.Moyſi.Goſ.

ANNOTATIONES.

a ¶Tribu. aliter dicit Lactanti. li.4.diuinarum inſtitutionum.cap.10.ubi uide.

SVMMARIVM.

1 *De Iudæis ſaracenis, de ſeruis ubi ſcribatur alibi in iure canonico.*
Vnde dicantur duo priores, & quam ſeruent legem.
Seruus emptus à Iudæ caſu redimatur.12.ſolid.& à quo, nu.2.
2 *Redemptori qualiter ſeruire teneatur, & nu.4.& quod ius in eum habeat, ibid. quid ſi plures erunt redemptores, ibid.& nu.5.*
Ingenuus quis.
Gloſſa quæ fuit olim facta eſt hic contextus, in fi.
3 *Epilogus, & ſuffragium gloſſarum.nu.4.*
Suis nummis redemptus quis dicatur, in fi.
5 *Additio gloſſarum.*
Concurrentium emptorum quis præferendus in caſu huius conſtitutionis, & à quo, & ſupra nu.4.

CAPVT I.

1 PRæſenti. Si ſeru' emptus
à Iudeo cã mer-
cimonij factus eſt, vel fieri deſi-
derat Chriſtianus, proxij.ſol.re-
dimitur. Et primo poni ꝣ cõſti-
tutio bimẽbris. ſ. de baptizato,
& de baptizati uolente. ſecũdo
ponitur eius cauſa ibi, quia [*Ca-
no.*] quaſi hic ponat ſuprema æſtimatio [*Chriſtianorum*]
non

2 non † dicit ergo hoc capitulum, quòd ſeruus ſe redimat, ſed quòd Chriſtianus quilibet eũ redimere poſſit, & poſſet loqui ſecundum Ala. Goff. & Inno. in ſeruo infirmitatis cauſa baptizato ante tres menſes, qui tamen fuerat emptus mercimonij cauſa [*Seu*] ſuperfluit [*Ingenuitate*] ut quaſi. ſ. ad modũ ingenui nec ſeruire teneatur, nec patronum in eo retineat is, qui redimit, nam propriè ingenuus, qui naſcitur liber, inſti de inge. in prin. [*Idem fiat*] ſ. quod liceat redimi [*Seruitutis*] hæc olim gloſſ. ¶ † Gloſſ. 2. declarat, de quo ſeruitio intelligatur. & quid ſi precium habere non poteſt
4 ſubdit, & ſoluit duas quæſtiones. ¶ † *In 3. glo. ibi. §. dominus*] ſi ſeruus adiudicatus pro noxa ei, cui deditus eſt damnũ emendat, auxilio p̃toris inuito dño manumittitur [*Et ibi. l. ult.*] ſi redmi Chriſtianum capitiũ à Barbaris illũ emendo, ille reſtituit precium, aut per quinquennium ſeruit [*Et ibi, ſi cum omnes*] ſi pluribus dominis aggreſſuram paſsis ſeruus uni tantum tulit opem, ſi omnibus ferre poterat, tenetur: alias excuſatur alterum eligendo [*Et ibi. §. ſuis autem*] ſuis nummis redimitur, qui totum precium non numerauit, ſed ex opis
5 eius impletum eſt precium. ¶ [*In glo. 2. ibi, ubi de hoc*] ibi enim no. de qua moneta hoc intelligatur [*Et ibi, mancipio*] non Chriſtiano ¶ [*In glo. 3. ibi, concurrant*] primò epiſcopus loci eligat magis idoneum. ff. de accu. l. ſi plures. Gof. ad hoc, de procur. ſi duo, lib. 6. Dico, quòd ſi alter meliorem cauſam offert, ut redimat ad libertatẽ ſaltem ad ſeruitiũ ille præeligatur [*Et ibi, ſed cum omnes*] & infra de reſcrip. duobus, in fine, lib. 6.

SVMMARIVM.

1 *Iudaus Chriſtianum in ſeruum non poteſt habere.*
Dominium pro ſeruitio perſonali.
Res qualibet tranſit cum onere ſuo.
2 *Contra talias exigentes argumentum.*
Ab originarys etiam nil exigendum ultra id, quod iura pracipiũt.
Transferri non poſſunt, nu. 4. in fi.
Hi qui ſint, nu. 5. remiſſ.
Pedagium quis amittit ex eius de loco ad locum translatione.
De pedagijs ubi tractetur.
3 *Epilogus, & ſuffragium gloſſarum, nu. 4.*
Extempore ius acquiritur, caſus excipitur, & exempla.
5 *Additio gloſſa.*
Aſcriptitij qui, remiſſ.
Lex ultima. C. qua pro libertate, quomoda non aduerſetur huic decretali.

CAPVT II.

1 MVltorum. Caſus. † Iudæus Chriſtianum in ſeruum habere non poteſt. hoc primo: in aſcriptitium uerò poteſt. 2. ibi, Hi uerò [*Dominio*] i. perſonali ſeruitio: ſecus de reali, ut ſequitur, Hoſtien. [*Si qua*] ſ. ſerui. uel [*ſi qua*] ſ. mancipia Chriſtiana [*Seruetur*] i. in libertatem eripiatur [*Conditione*] i. per conditionem [*Prædictis uiris*] ſ. Iudæis, quibus cum ſint permiſſa dominia terrarum, & per conſequens ipſarum aſcriptitij: quia quælibet res trãſit cum ſuo onere, de decimis paſtoralis, cum ſuis concor. [*Extra hoc*] ſ. quod iura p̃cipiunt. & expreſsè hic † arguitur contra illos, qui talias exigunt, nam etiam ab originarijs nil exigendum eſt ultra id, quod iura præcipiunt: Sed poſſet reſponderi hoc ſpeciale in odium Iudæi dominantis. ad idẽ, infra eo. ſicut. Remit. autem, ſupra de immu. ec. non minus, & c. aduerſus [*Transfere*] ar. quòd ſi quis pedagium transfert de loco ad locum, amittit ius pedagij. de his pedagijs in ſum. de cẽſi. §. ex quibus cauſis. Hoſti. ¶ Secunda † glo. no. infert, & moderatur, & ad mòderatum opponit, & ſoluit. ¶ Glo. 3. arguit, ſignat cõtrarium, & remittit. ſecundò arguit, & ſignat contra-
4 rium. ¶ *In* † *gl. 2. ibi. l. 1.*] ad teſtimonium admittitur is, qui non prohibetur [*& ibi. l. ult.*] cano. de pę. diſt. 1. nemo. ¶ *In glo. 3. ibi. §. ſicut*] ſi lex agri non inuenitur, uetuſtas tenet uicem legis [*Et ibi, ſi quis diuturno*] qui diuturno uſu, & longa quaſi poſſeſsione ius aquæ ducendæ nactus eſt, non habet docere, quo iure id cõſtitutum ſit [*& ibi. l. 1. & 2.*] Iudex longi temporis conſuetudinem uicem ſeruitutis obtinere ſciet [*Et ibi. ſ. 30. annis*] & tunc etiam proles eſt originaria, licet. 30. annis ibi nõ manſerit, ut in l. cum ſatis [*& in fine*] libertatis iura non matilantur, etiam ſi. 60. anni ſint lapſi. ¶ *In gl. antepe. ibi, ſi quis prædium*] etiam ex pacto non poteſt dominus uendens, uel donans prædium illius origina-
5 rium ad alium locum transferre. ¶ *In* † *glo. 1. in fi. tit.*] & C. de epiſc. & cle. deo nobis, & C. ne Chriſti man. l. una. ¶ *In glo. 2. ibi, originarios*] qui ſint originarij, & qui aſcriptitij, no. 54. di. generalis. Hoſtiẽ. remittit ad ſum. de natis ex li. uen. §. ſic fecimus [*Et ibi, liberos eſſe*] unde teſtari poſſunt. de hoc in ſpe. de inſtru. edi. §. compendioſe, poſt prin. [*& ibi, ar. contra*] ſup. quod promoueri poſſunt [*Et ibi, ſi ſeruus. 2.*] in fi. [*& in fine*] uel non tenet, ut ibi no. per. c. ea. diſt. quicunque. ¶ *In glo. 3. in fi.*] hoc, cum de originali libertate fides fieri poteſt. primum, cum nulla fides fieri poteſt ſecundum Hoſtiẽ. uel ut in 3rio. not. Accur. illud in ſeruo: hoc in aſcriptitio, qui liber eſt, ut hic.

SVMMARIVM.

1 *Synagogas exigere non licet Iudæis.*
Synagoga, eccleſia quid, & quibus conueniant.
Catholicon dictionarium Io. And. ætate erat uſiũ.
2 *Additio gloſſarum.*

CAPVT III.

1 IVdæi. Breue [*de ciuitate*] ſcilicet Ianuenſi. nam continebatur in antiqua † eos conqueſtos papæ, quòd non permittebantur in antiquis ſynagogis [*Exigere*] nõ putat Egi. quòd in noua ciuitate hoc poſsint etiam de licentia epiſcopi [*Synagogas*] quomodo ſynagoga dicitur congregatio, & eccleſia conuocatio. primum pecoribus cõuenit, quæ ratione carent, & greges dicuntur, quia congregãtur: ſecundum hominibus qui ratione utuntur, ponit Archi. de con. diſtinct. 1. eccleſia. & uide in catholicõ, in dictione, eccleſia, &
2 ſcripſi de elec. fundamenta. poſt prin. lib. 6. ¶ *In † glo. 2. ibi. §. opus nouum*] uide hunc §. & ſeq. de nou. oper. nunc. capi. 2. in prin. 3. glo. ¶ [*In glo. ult. in fi.*] R. ſi. 18. q. 2. de monacis, & c. cellulas. Vinc.

SVMMARIVM.

1 *Paraſceue quod, & unde appellatum.*
2 *Suffragium, & additio gloſſarum.*

CAPVT IIII.

1 QVod ſuper his. *Paraſceue* 6. † feria quæ ſic appellatur: quia Iudæi ea die, quæ ſabbato erant neceſſaria, præparabant, quaſi præparatio, ideſt paratus eſcarum ſecundum Papiam.
2 ¶ [*In † glo. 1. ibi, Iudaos*] uide infra eodem ſicut, in quarta gloſſ. ¶ [*In gloſſ. 1. ibi, creatoris*] & carnes comedere.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Chriſtiani, qui ſeruiunt in domo Iudæis, uel Saracenis, excommunicandi, uide num. 4.*
Iudæos etiam baptizatos qui principes ſpoliari permittat & bonis ſuis, uide nu. 2. ad dictio. poteſtatibus. num. 6.
Quibus caſibus ab eccleſia coerceantur, num. 3. remiſſ. & 5.
Peiores ſunt gentilibus, num. 4.
Excluduntur ab actibus legitimis, num. 5.
Ab eis medicinam recipere, uel cum eis.
Balnari non licet, num. 5.
A Chriſtianis aliquo ſigno diſtinguendi, ibid.
Sententiæ ferendæ canon eſt, cum loquitur ut hic per uerbum excommunicentur.
Ad fidem ſe quis conuertiſſe Chriſtianam præſumendum inſpirante deo: ad eam conuerſi finguntur miſerabiles perſonæ, nu. 6.
2 *Ad religionem ſiue fidem Chriſtianam conuerſorum melior debet eſſe conditio, & in quibus hic.*
Vxorem recuperant, & quo caſu, nu. 6. in fi.
3 *Epilogus, ſuffragium, & additio gloſſarum. num. 4.*
Serui infidelium an ſubditi eſſe debeant dominis ſuis etiã diſcolis.
Per baptiſmum iudæorum actiones alijs competentes non extinguuntur.

CAPVT V.

1 IVdæi filiæ. Pars. 3. de teſti. Iudæi. C. excõicari debent Chriſtiani, q ĩ domo ſeruiũt Iudæis, uel Saracenis. & hoc primo. & ẽt ſeculares principes, qui Iudæos baptizatos bonis ſuis ſpoliari permittunt. hoc ſecundo, ibi. Siqui obtentu, quod oĩno prohibetur, inf. eo. ad hæc [*Qualibet*] quæcũq; ſit illa [*Domibus*] de culturis, ſup. c. 2. [*Excommunicentur*] & ſic eſt canõ ferẽdæ ſententiæ [*Inſpirante*] quod p̃ſumit, etiã ſi doſus ſubſecrueniat. r quod dic. ut de con. cõiu. dudũ, Hoſt. [*Excludantur*] per ſuos, qui remanſerunt in Iudaiſmo [*Habebuntur*] ſic me
2 lior debet eſſe cõditio cõuerſorũ ad religionem, qui hoc ut ingrati excludunt ab hæreditate, in auten. de ſan. epi. §. antepen. in fi. uel pen. col. in prin. §. nulla. ue
a ro, C. de epi. & cle. deo nobis, §. 1. Excepta[a] feudali, in libro feudorũ de illo, qui arma belli depoſ. c. 1. & an mutus, uel aliter imperfectus feudũ; reſpõ. c. mutus, & ſi de feu. cõuer. fue. c. ſi clericus. & de benefi. ſem. nõ. ar. ex hoc illud. Hoſt. [*Fuerit*] ut, l. propter id ſũt poſſeſſiones illis auferant [*Poteſtatibus*] & ſi ipſi idem auferant, eodẽ mõ coerceant, ad hoc de naris ex li. uen. c. uno, cũ cõcor. [*Hæreditatis ſuæ*] l. paternæ, uel à iure, uel aliàs ex teſtõ, uel ab inteſtato ab agnatis, uel cognatis dela
3 tæ [*Suorum*] q. ſ. t pe cõuerſiõis poſſidebãt. ¶ Gl. 3. obiicir, & ſoluit ponẽdo. 10. caſus, quibus eccleſia coercet iudæos. ¶ Pen. gl. arguit, & reſpõ. ponit obiiciendo de decr. cãm. ¶ [*In glo. ult. ibi, in fide*] cũ. n. illi ſtatim fuerint li
4 beri, illos nõ recuperãt, ut in §. ſeq. ¶ [*In glo. 1. ibi, iudæi*] ſunt tñ Iudæi peiores gentilibus. 1. q. 1. nonne, in prin. & quare hoc, ibi no. [*& in fine*] opponit Gof. de auct. apoſtoli, ad Timo. 1. 6. c. in prin. Si qui ſerui ſunt ſub iugo, ẽt infideliũ, dños ſuos honore dignos arbitrẽtur. Et 1. Pet. Subditi eſtote dñis ẽt dyſcolis. Dicit Goff. illud intelligendũ ſm̃ antiqua tẽpora, qñ pagani nõ trahebãt ſeruos ad ritus ſuos. hodie, q a id faciũt, diſſoluitur ius ſeruitutis, cũ etiã diſſoluat ius matrimonii. 28. q. 2. ſi infidelis. uel trahat illa auctoritas ad illos, de quibus, ſup. c. 2. qui ſeruiũt in agro. interpretat. n. p pca dicta apoſtoli, & euangelii. 28. q. 1. iam nũc. ¶ [*In glo. 3. ibi,*
5 *ſæpe*] ubi de hoc [*& ibi, actibus*] ut à teſtimonio, ut probat canon ſtatim alle. & ſup. de teſti. Iudæi [*& ibi, archiepiſcopatu*] & ut uſuras nobis reddãt, de uſuris. poſt miſerabilem, & c. quanto. ſit alia debita ſoluãt, C. eo. Iudæi Romano: ut per habitum, uel ſignum à nobis diſtinguãtur, infra eo. in nonnullis. uide in clau. concilii
b Vien. de teſti. cum Iudæi. Item nec licet nobis ab ipſis, licet boni ſint medici, medicinam recipere, vel cũ ipſis balneari. 28. q. 1. nullus, & c. omnes, ſecundum Hoſtien. qui remittit ad ſummam, eo titu. §. & in quibus grauentur[b]. ¶ [*In glo. niſi, fuerint, in fine*] Idem, ſi res ipſo
6 rum mobiles eſſent furtiuæ, uel immobiles uiolentæ. 14. q. 7. ſi res. Nec ob. peccata in baptiſmo deleri: quia actiones aliis competentes non extinguuntur, ut ſolet notari. 26. diſt. deinde. Goff. & de diuor. gaudemus, in fine. ¶ [*In glo. pen. ibi. fides*] ſm̃ Ala. & quia nouiter cõuerſi finguntur miſerabiles perſonæ ſecundum Inno. alleg. de uer. ſig. ſuper quibuſdam. ¶ [*In glo. ult. in fi.*] uxorem tamen prius cõuerſam recuperat, niſi illa cũ alio contraxerit, ſupra de diuor. gaudemus, ad fi.

ANNOTATIONES.

a ¶Excepta. Contra uidetur notari, de prob. in pœnitentia, & per Io. And. ſuper minore annis. & uide in Spe. de ſta. reg. §. 1. in verſi. 45. & per doct. in auctẽn. ingreſſi, C. de ſac. ſan. eccle.

b ¶Grauentur. An Iudæi, & infideles ſint, de fo. eccle. an laicorum, uide per Io. And. de diuor. gaudemus, & de uoto, quod his, ubi uidetur contra. ſibiipſi.

SVMMARIVM.

1 *Chriſtiani ſi deferant Saracenis merces prohibitas, uel in ipſorum nauibus miniſtrent.*
Quibus ſubijciantur pœnis. & quæ ſint huiuſmodi merces, nu. 4.
Nauium etiam fabricationem docere prohibentur, num. 5.
Gubernantes naues Saracenorum comparantur pugnantibus excõmunicatio ſimitur pro eius denunciatione.
3 *Epilogus, & ſuffragium gloſſarum. num. 4.*
Armorum appellatione quæ contineantur.
Promiſſio duplex non duplicat debitum eiuſdem rei.
5 *Additio gloſſarum.*
Clericus miniſtrans arma non pugnantibus an habeatur pro homicida.
6 *Excommunicationis iuſtæ ſpecialiter, & nominatim prolatæ quo ad primam, & ulteriores pronunciationes quot effectus, & iuſta quot.*
7 *Excommunicati deterior conditio, quàm aliorum peccatorum non excommunicatorum, & in quibus.*
Eccleſiæ poteſtas operatur etiam quo ad triumphantem in ligando.
Banditus iterum banniri poteſt citatione ſolum facta, ubi habitare conſueuerat.

CAPVT VI.

1 ITa quorundam. C. Chriſtiani de ferentes Saracenis merces prohibitas, uel in ipſorũ nauibus miniſtrãtes excõicati ſunt, & rebus ſuis priuãdi. & capientiũ ſiũt ſerui. Et primò ponit duplicẽ Chriſtianorum exceſſum, quẽ ſecundo tripliciter punit. ſecundã ibi, tales [*Glorientur*] id eſt gloriari deberent, vel reſpicit factũ, ſicut. ſ. de excel. pla. quàm ſit graue [*Ad impugnandos*] id eſt ex quib[9] impugnari põt, licet illud forſan in mente non gerãt. Alii intellig. ñ propriè. ſ quod facit, infra eo. ſignificauit, & iura alle. in glo. 1. [*Cupiditate*] ad idẽ, ſup. tit. 1. quanto. & adde qđ dr, inſ. eo. ad liberãdã
2 [*Gubernationis*] iſti æquantur in delicto pugnãtibus, infra de pœnis, quod in dubiis [*Seruos*] quos nec illi manumittere poterunt, C. quibus ad lib. pro. non licet. l. 1. aliàs 2. & uide in Spec. eo. tit. uer. ſed nunquid [*Proferatur*] poteſt dici, q hoc reſpicit actum denunciationis ſm̃ Gof. ¶ Glo. 3. arguit, quod clericus miniſtrans &c.
3 ¶ Pen. gl. no. triplici iure ſequitur conductam. ¶ Vlt. gl. nõ. excommunicatum iterum excõicari, alle. concor. & demum contrariam, ponit opi. dat ſolutionẽ.
4 ¶ [*In glo. 2. ibi, l. 2.*] lex iſta exprimit loricas, ſcuta, arcus, ſagittas, ſpatas gladios, ferrum factum, uel infectum,

& generaliter cuiuſq. generis arma. Lex, cotē, quæ ſequitur, loquitur de lapidibus neceſſariis ad ferrū acuēdum, de ferro, frumento, & ſale. ¶[*In glo. ult. ibi, qui bis idem*] ſequit̃, promittit, ipſo iure amplius, quàm ſemel
5 non tenetur. ¶[*In †glo. 2. ibi, decapitandi*] Idem in his, q̃ docent eos naues facere, cum prius illius rei peritiā non haberent, C. de pę. l. fi. ¶[*In gl. 3. ibi, pugnantibus*] de nō pugnantibus, quos etiam credit clericus petere ad defenſionem corporis, dicit Hoſt. diligenter conſiderandā cām petitionis, & armorū, & perſonarū qualitatem, & his conſideratis, & an inquiſierit de cauſa petendi, iudex, uel pęnitentiarius arbitrabitur negligentiā accuſatam, uel diligentiam, & probabilem ignorantiā excuſatam. 37. di. §. fi. de cle. ex. mi. apoſtolicæ, & q̃d no. ne cle. uel mo. clericis, & e. ſententiā, ubi uide, q̃d ſcripſi in glo. dicunt quidam. ¶[*In glo. hoc potuit, in fi.*] præcipuè iſtius, quod eſt eccleſiaſticum ſm̃ Goff. alle. C. de epi. & cle. aucten. clericus. uel hic oſtendit papa, quid principi facere incumbat ſm̃ eum. ¶[*In glo. no. ibi, ius gentium*] ubi de hoc[*& in fine*] & de iure ciuili, inſti. de iur. perſo. §. pen. ¶[*In glo. ult. ibi*] Sengeldrudā, & ibi hæc gl. [*& ibi, ut quidam*] Io. T. Go. Phi. Hoſt. uerò hic dicebat,
6 q̃ iuſtæ excōmunicationes ſpecialiter & nominatim prolatæ quo ad primā pronunciationē triplex eſt effectus. Primus, q̃ eccleſia declarat illū, licèt occultum, à deo fuiſſe ſeparatum propter peccatū. propriè. n. non excōicatio, ſed peccatū ſeparat à deo. Iſ. 59. A. Iniquitates ueſtræ diuiſerunt inter uos, & deū ueſtrū. Secūdus, ut à cōione eccleſiæ ſeparetur per iura, quæ all. glo. & quò ad hos duos excōicatus amplius nō excōicatur. Tertius, ut ab oībus catholicis ſit excluſus reputet̃, & teneatur, donec fuerit abſolutus, de ſent. ex. à nobis, & c. nuper. Effectus uerò ſecūdæ ſententiæ eſt etiā declarare illū ex nouo delicto à deo proiectū. & idē intelligas tertio de tertia, quarto de quarta. Effectus uerò iniuſtæ ſententiæ unicus eſt. ſ. ut talis tanquā à deo ſeparatus, tam per ſe, quàm per alios euitetur, donec aliud per iudicē ſuū decernat̃. & quotieſcunque iteret̃ ſententia, iſte eſt effectus. ubi certū eſt, q̃ ſententia nulla eſt, tunc nullus eſt illius effectus, de exceſ. præ. cum ad quorundā, de of. dele. cū contingat, de ſent. exc. ſolet,
7 lib. 6. Tenēdum eſt †autem firmiter ſm̃ eum, q̃ excōicatus difficilius reſurgat, & gratiā dei recipiat, quàm alius peccator nō excōicatus. & q̃ orationes ſuæ, & alia opera, quæ facit de genere bonorū, debiliora ſunt, quàm in alio, in quo remit. ad ſum. de pę. §. & an fictè. & q̃ angelus bonus datus ad cuſtodiā minus laboret in illo, & q̃ angelus malus plus poteſtatis habet in illo, Nā ſm̃ ſanctos utitur tali hoīe, ſicut aſino iumēto ſuo ruſticus. Itē uirtus poteſtatis eccleſiæ etiā quò ad triumphantem aliquid operatur in ligando. & remit. ad ſum. præ. tit. ſub rub. de remiſſioni. §. 1. & §. ad quid ualent[*& ibi, ligari*] & bannitus iterum banniri, citatio ne ſolum facta, ubi habitare cōſueuerat. de hoc in Sp. de accuſa. ad fi.[*& in fi.*] & inf. de ſen. ex. cū pro cauſa.

S V M M A R I V M.

1 *Iudæi ſynagogas ueteres in primum ſtatum reparare poſſunt, nouas conſtruere minimè. qui eos ſubiecerit, ſeruit uti, nu. 4.*
2 *Quare tolerentur.*
3 *Suffragium gloſſarum.*
Nouum facere quibus uetitum. & ſup. nu. 1. & 4. §. 1.
Trāsformare non poteſt uſufructuarius poſſeſſionē, nu. 4. §. poſtre.
4 *Additio gloſſarum.*
Reſtituere an poſſit epiſcopus presbyterum à ſe remotum inuito patrono.

C A P V T VII.

1 COnſuluit. C. Iudæi ueteres ſynagogas in primum ſtatum reparare poſſunt: nouas conſtruere non poſſunt. Et ſunt duæ par. 2. ibi, Verum. & pars huius, de appel. conſuluit. 3.[*Minantur*] licèt nondū corruerint[*Precioſiores*] hoc non ſeruatur. Ala.[*Tolerantur*]
2 quod fit, quia† ſperat eccleſia cōuerſionem illorum, & ut ad fidem facilius trahantur. 45. di. qui ſincera, &
3 quia ipſi ubique parati ſunt ſeruire. Hoſt. ¶[*In †glo. 2. ibi, facere*] unde uſufructuarius poteſt tueri tectum antiquum, ſed rudis parietibus, & ubi aliàs non fuit tectū, non poteſt imponere, ut ibi. ¶[*In glo. ult. ibi. §. ſed neque*] aliàs. ſub §. ſed ſi ædium, uſufructuarius loca diurna transformare, coniungere, uel ſeparare nō poteſt. ¶[*In*
4 *†gl. 1. ibi, ſubiecit*] de facto, de iure enim fecit mors Chriſti, infra eo. & ſi Iudæos, in prin. & fi. Hoſt.[*& in fine*] de Conſtantino. 96. diſt. in præall. Conſtantinus: de Iuliano. 11. q. 3. Iulianus. ¶[*In glo. 2. ibi, nouum*] unde nec reficiens impeditur per noui operis nunciationem, ff. de no. op. nun. de pupillo. §. ſi quis riuos. Vln.[*& in fine ti.*] ſi. de his, quæ fiu. à præla. eum apoſtolica, & de feu. c. 2. & faciunt hæc iura ad quæſtionem, an epiſcopus poſſit reſtituere presbyterum à ſe remotum inuito patrono. Goff. de hoc, uide infra de reſcrip. quamuis, lib. 6. ¶[*In gl. ult. in fine*] Et in hoc plus poteſt clericus, ut not. de pecu. cleri. c. fi. in glo. 2.

S A M M A R V M.

1 *Chriſtiani in familiari ſeruitio Iudæorum eſſe non debent, uide nume. 2.*
In nullo, pro in paucis.
Contingere quod poteſt præuidendum.
Cum ſancto ſanctus eris.
2 *Epilogus, & additio gloſſarum.*

C A P V T VIII.

1 AD hæc. In †familiari ſeruitio iudęorum Chriſtiani eſſe non debēt, & ponit cauſam ibi, Quoniam[*Neceſſe*] quia moniti non parent[*In nullo*] ideſt in paucis. Hoſt.[*Inclinarent*] præuidemus, quod contingere poſſet, de ſeruis non or. c. 1. & dicitur, Cū ſancto ſanctus eris &c.
dinarius [*& in fine*] & capitu. uolentes, lib. 6. & 6. quæſt.
tertia, capitulo ultimo.

ANNOTATIONES.

a ¶Seculari. Vide in c. eum non ab homine, prælle. & io c. at ſi cle-
rici, io ſi. de iodi. & in c. 2. de pœn. lib. 6.
b ¶Prætor. hoc placuit Zen. & Matthæo, in clemeo. 1. de ſupp. ne-
gligen. prælato.

SVMMARIVM.

1 *Hæreticorum bona confiſcantur, etiam ſi catholicos habeant filios.*
Per mortem etiam fit eorum publicatio.
2 *Bonorum huiuſmodi apprehenſio quando fiet.*
*Filius non priuatur eccleſiaſtico beneficio propter crimen læſæ ma-
ieſtatis à patre commiſſum.*
3 *Poſteri hæreticorum ſi damnentur ſententia, an extenſio fiat ad fi-
lios filiarum.*
Iniuriam in deum quis ferre non debet, an in ſe.
Iudicium dei nec fallit, nec fallitur.
Pater affligitur ex pœna progeniei ut ex propria.
4 *Epilogus, & additio gloſſarum. num. 5.*
Decretalis hæc ubi præualeat legibus.

CAPVT X.

1 VErgentis. Caſus. Bona† hæreticorũ confiſcantur, etiam ſi ca-
tholicos habeãt filios. præmittit deciſum
exordium. Secũdò ponit ſtatutum de pu-
blicatione, quod probat per arg. à minori. 3. ſoluit ob
ſtaculum. ſecunda ibi, In terris. tertia ibi, Nec huiuſ-
modi [*Et infra*] nõ ſolum ſapiunt elementa corrupta,
ſed etiam homo teſtatur, in an. ubi de materia ma-
gnum eſt exordium [*Noſtræ*] Hoſtien. habens in litera
[*Noſtræ*] dicebat, quòd loquebatur prælatis eccleſiarũ
[*Publicari*] etiam poſt mortem, ſupra eo. ſi quis, infra
eo. accuſatus, §. in eo. libro ſexto, ſaluo, quod dicitur
de præſcript. capitulo ſecundo, libro ſexto [*In alijs ter-
ris*] ſcilicet quæ non ſunt de temporali iuriſdictione
eccleſiæ [*Idem*] ſcilicet bonorum publicationem [*Se-*
2 *culares*] apprehenſio † tamen bonorum non fiet, niſi
primò pronunciatio fiat ſuper crimine per iudicem
eccleſiaſticum, qui hoc posſit, infra eodem cum ſecũ
dum, libro ſexto [*Confiſcentur eorum*] quid de feudo? ui-
de ſatis in Specu. de feudis, §. 2. uer. 40. & aliquid dixi
poſt Hoſtien. de pœnis, in quibuſdam, in fine [*Conſer-
uata*] propter crimen læſæ maieſtatis commiſſum à
patre filius nõ priuatur eccleſiaſtico beneficio, ut no.
ſexageſimaſexta diſtinct. ſatis peruerſum [*Quod eſt Chri-
ſtus*] de hoc, ſupra de electio. ſignificaſti. In fine, de ſa-
cra unct. capitulo uno, uer. unde in ueteri. Hoſt. [*Gra-*
3 *uius*] quærebat hic Hoſtienſ. nunquid † ſententia, qua
damnantur poſteri hæreticorum, extẽdatur ad filios
filiarum, de quo dic, ut infra eodem ſtatutum, ſecun-
do, libro ſexto. & facit quod ibi notaui, & c. lib. de pę-
nis, ubicunque [*Aeternam*] Hier. contra Vigilantium,
1. C. meam iniuriam patienter tuli: impietatem con-
tra deum ferre non potui [*Seueritatis*] ſcillcet publica-
tionis bonorum [*Caſibus*] etiã iſto minoribus, ut præ-
miſit [*Iudicium*] quod nec fallit, nec fallitur, inſ. de ſen-
ten. excommunicatio. à nobis. ſecundo [*Progeniem*] ex
cuius pęna pater affligitur ut ex propria, ff. quod me.
cauſa, iſti quidem, & dixi ſupra de fili. presby. in rubri.
4 ¶Prima † gloſſ. reſpondet per quæſtionem, an papa
posſit principibus imperare. ¶Penultima glo. ſignat
5 contrarium, & ſoluit. ¶*In tertia gloſſa, ibi, l. una*] uide de
uita & honeſ. cleri. ut clericorum, in tertia gloſſa. ¶*In
gloſſa decimaſeptima, ibi. ſi apud*] & quæſtione quarta, ſi is
qui ad idem, ſupra titu. 1. in nonnullis, in fine, & ſupra
de decimis, tua, ſecundo [*& in fine*] facit quod not. de
maledi. capitulo ſecundo, in prima gloſſa. ¶*In gloſſa
penultima, ibi, eodem titulo*] nec debuit remoueri, ſecun-
dum Hoſtien. [*& ibi, Io.*] qui etiam hoc no. uigeſima-
tertia, quæſtione ſeptima, in ſumma [*& in fine*] & idem
probatur, infra eodem cum ſecundum, libro ſexto.
Ego credo hanc decretalem præualere legibus in il-
lis terris tantum, quæ ſubſunt temporali iuriſdictio-
ni domini papæ. In aliis autem præualent leges, quæ
maiori æquitate nituntur, C. de iudi. placuit, & pœnæ
moliendæ ſunt, de pęniten. diſtinct. 1. §. pęnæ. T. Goff.
Hoſtien. remittit ad ſummam, eo. titu. §. qua pęna: ſed
auctẽ. Gazaros contradicere uidetur, quæ concor.
a huic iuri can. & uerſic. huius[a]. dec. ¶*In gloſſa ultima, ibi,
item peccato*] & ibi ſunt multa exempla.

ANNOTATIONES.

a ¶Huius. Et hoc tenet glo. 6. q. 1. §. nouum, uer. ſi quis cum militi-
bus.

SVMMARIVM.

1 *Aduocati, uel notarij hæreticis, uel ipſorum fautoribus fauentes,
uel ſub eis litigantibus patrocinantes, uel ſcribentes quibus ſub
dantur pœnis, nume. 4.*
*An per eos geſta inficiant inſtrumenta, uel ſententias, numero 3.
& 4.*
Specialiter quod iniungitur, magis timeri ſolet.
2 *Fautor fautoris hic punitur ipſo iure.*
*Excommunicato omnis exceptio fauorabilis & odioſa compe-
tit.*
3 *Cauſa, pro iudicio.*
Factum pro extraiudiciali.
*Hæretici nec iudicare poſſunt, nec publica officia exercere. Si con-
ueniantur, an deneganda ſit eis iuſtitia, num. 7.*
Eis in quibus poſſit participare iudex, nume. 7. cir. fi.
Suſpenſi hic exercendo prohibitum non fiunt irregulares, in fine.
5 *Epilogus, & ſuffragium gloſſarum. num. 6.*
Creditor ex ui pacti quo caſu poſſeſſionem ingredi poſſit.
7 *Additio gloſſarum.*
*Contra fiſcum agitur à creditoribus eius, cuius bona confiſcata
ſunt, circa fin.*

CAPVT XI.

1 SI aduerſus. Caſus. † Aduocati, vel
notarii hæreticis, uel
ipſorum fautoribus fauentes, uel ſub eis li
tigantibus patrocinãtes, uel pro eis inſtru-
menta ſcribentes, infames ſunt, & ab illo officio ſuſpẽ
ſi. primò ponit deciſum exordium. ſecundò prohibi-
tionem. tertiò pęnam, ſecũda ibi, Quia plus. tertia ibi,
quod ſi. [*Generaliter*] hoc dicit: quia generaliter omni-
bus eſt prohibitum hæreticis præbere fauorem. iſtis
uerò ſpecialiter prohibetur [*Imperatur*] concor. cle. de
2 exceſ. præla. frequens, in fi. [*Fautoribus*] not caſum quo
ipſo iure punitur fautor fautoris [*Defenſoribus*] qui hæ-
retici ſunt, infra eo. excommunicamus, §. credentes,
Hoſtien. [*Vel fauorem*] dixit hic Vincen. quòd fauora-
bilis exceptio, ut Velleianum, non datur excommu-
nicato: odioſa, ut Macedonianum, bene. ff. de condi.
indebi. qui exceptione. ſed malè cantauit: quia omnis
exceptio fauorabilis, & odioſa ſibi competit: quia nõ
excommunicati fauor, ſed æquitas iudicantis atten-
ditur, ſupra de exceptio. cum inter, Goffred. & ipſe
idem Vincen. poſtea dixit idem, & Ioã. & adde quod
3 dixi, de exceptio. à nobis, ſuper prima gloſſa [*In † cau-
ſis*] ſcilicet criminalibus [*Vel factus*] id eſt quibuſcũque

negociis, ac ſi dicat in iudicio, uel extra. Infra de verb.
ſigni. forus, §. negocium [*Aliquibus*] etiam catholicis
[*Eorum*] hæreticorum, qui nec iudicare poſſunt, nec
publica officia exercere. infra eodem excommunica
mus. §. credentes [*Officio ueſtro*] ſcilicet aduocationis,
uel tabellionatus. nec eſſent iſti irregulares, licet poſt
ſuſpenſionem illud exercerent. Infra de ſenten. excô-
municatio. his qui, libro ſexto, & dicam. infra de cler.
excom. c. fi. & de exceſ. prælа. c. fi. idem. G in Spec. titu.
2. §. iuxta, C. uer. ſed quid dices? [*Suſpenſas*] qua ſenten-
tia durante non ualebunt inſtrumenta confecta. inf.
c. 2. § credentes. uer. quòd ſi forte iudex. cum ſimili-
bus. Quid † de patrociniis? nam illa de facto tenent. di-
4 cunt quidam ſententias irritandas: alii contrà. Credit
Hoſtien. quòd eſſet per ſummum pontificem decla-
randum, ſupra qui filii ſint legi. per uenerabilem. ſup.
de feu. capitulo primo. de conſtitut. capitulo finali,
cum ſuper hoc nullum expreſſum ius habeatur, niſi
quod aduocatus poterit per exceptionem remoueri
ut in præ. §. credentes. uel dic lucrum pauperibus ero
gandum, ad hoc quod dixi. ſupra titulo primo. cū ſit,
& capitulis ſequentibus. talis etiam de tranſgreſſione
aliàs puniri poſſet ¶ Tertia † gloſſ. ſignat contrarium,
5 & ſoluit. ¶ Vltima gloſſa no. probat. & ſignat contra-
rium. ¶ [*In gloſſa tertia, ibi, Lætitia*] creditor, ex ui pacti pe
6 cunia ſibi non reſtituta, poſſeſſionē ingrediens, uim
non facit: tamen auctoritate iudicis deberet id face-
re. ¶ [*In gloſſa prima, in fine*] infra de procura. qui ad agen
7 dum. libro ſexto. ¶ [*In gloſſa ſecunda, in fine*] ſupra de præ-
ſcriptio. ad audientiam ¶ [*In gloſſa tertia, ibi, denegandum*]
in excommunicatis non hæreticis habēt hæc locum
[*& ibi, ſententia*] dicit Hoſtien. quòd quãuis ad defen-
ſionem criminis uel bonorum non audiatur, ſi tamē
aliàs de alio crimine accuſatur criminaliter, nō dene-
gabitur iuſta ſententia. Nec ob. ſecundum eum in au-
cten. colla. 6. de priuileg. dotis, poſt medium. ubi dici-
tur, quod nec beneficiis iuris nec aliquib' priuilegiis
tales poſſunt ſe iuuare: quia illud, & ſimilia poſſunt
intelligi quò ad impugnationem. accuſationem, uel
inquiſitionem, uel ad hæreſis defenſionem. unde &
licet hoc patrocinium uetetur aduocatis, & ſcrinia-
riis. non tamen iuſtitia iudicibus. Nec ob. ſi dicis, hære
ticum ſtatim poſt deprehenſionem puniendū: quia
ſi ſponte redeat, recipitur, & in mona. detruditur. inf.
capitulo excommunicamus. ſecundo, ibi ergo ſe po-
terit defendere ſuper alio crimine accuſatus, argum.
C. de his, qui ad eccleſiam con. l. ſur. maximè ſi præ-
uentus fuiſſet in alterius criminis accuſatione, ſupra
de foro compet. propoſuiſti. Dic tamen, quòd alius,
quàm iudex in cauſis, uel factis ipſorum non poteſt il
lis participare, niſi in his, quæ ſpectent ad ſalutē. quic-
quid, ſupra dixerit Hoſtien. non puto hanc prohibi-
tionē locum habere niſi in his, qui ſunt hęretici: non
in his, qui fuerunt, ad hoc. infra capitulo ſtatutum, ſe-
cundo, ſecundo reſpon. l. 6. [*& ibi, confiſcari*] unde con-
tra fiſcum agant creditores. C. de fideiuſ. l. 1. & 3. Goff.
concor. ff. ſolu. matrimo. ſi marito, C. eo. l. 2. C. de bo-
nis proſcrip. ſi ut proponis, & ad l. Iul. de ui. l. tutoris
[*& ibi, auferentur ſua*] in Iudæis ſecus, ſupra titulo proxi.
ſicut Iudæi. ¶ [*In gloſſa ultima, ibi, tollere*] Hoſt. de hoc re-
mit. de ſecundis nup. c. penul. & vlt. & ſupra de re iudi.
cum te, ubi uide in glo. magnam, & ſuper ult. gl. [*& in
fine*] de infamia facti loquitur.

SVMMARIVM.

1 *Laici occulta conuenticula non faciant, nec prædicent, nec ſacerdo-
tes reprehendant.*
Papæ officium quod.
2 *Conuenticula fieri nullibi debent, & facientibus quæ pœna.*
De fide publicè non eſt diſputandum.
3 *Magiſter docere debet in alto.*
Nudè, hic ut accipiatur.
A deo miſſus quis dicatur.
4 *Miraculorum cauſa & ius in gentibus.*
5 *Sacerdos qualis eſſe debeat. uitandus proprius non eſt, excepto ca-
ſu, num. 8.*
Scholaſtici, pro ſcholaribus & prouectis.
Exemplis non eſſe iudicandum, quomodo intelligendum.
Frequenter inducuntur, & probant, & quæ.
6 *Reprehenſio genera quæ. pro correctione ſumitur.*
Eius libido uiget in hominibus.
7 *Iniuria, uel detractio non infertur ſcienti, & uolenti.*
Supponere ſe alicui non poteſt clericus. an papa.
Obſequi, obedire. in fine.
9 *Epilogus, & ſuffragium gloſſarum. num. 10.*
Inutiles iudices remouentur, & qui ſint huiuſmodi.
12 *Additio gloſſarum.*
*Inſtitutio poteſt ad unum pertinere, & ad alium deſtitutio, & quo
iure.*
*Præſcriptio non extenditur niſi ad partem tantum præſcriptam,
& exempla.*

CAPVT XII.

1 CVm ex iniuncto. Laici † oc-
culta conuē
ticula non faciant, nec prædicent, nec ſa-
cerdotes reprehendãt. Et primò ponit tri-
plicem laicorum reprehenſionem, quam ſecundò
proſequitur. Primò primam ibi, Deus enim. Secūdò
ſecundam ibi, Sicut enim. Tertiò tertiam ibi, Licet au
tem [*Et infra*] ſequebatur, Cum ex iniuncto nobis apo
ſtolatus officio ſimus ſecundum apoſtolum, ſcilicet
ad Ro. 1. ſapientibus, & inſipientibus debitores, pro v-
niuerſorum ſalute nos oportet eſſe ſollicitos, vt ma-
los retrahamus à uitiis, & bonos in uirtutibus ſouea-
mus. Tūc autem opus eſt diſcretione maiori, cum ui-
tia ſub ſpecie uirtutum occultè ſubintrant. Poſtea ſe-
quebatur, quomodo Meten. epiſcopus inſinuauit pa
pæ, quòd multi laici, & mulieres euangelia, epiſtolas
Pauli, moralia Iob, pſalterium, & libros alios fecerint
transferri in Gallicum, facientes poſtea, quæ ſequun-
tur. Et ſi. in clemen. de religio. dona. cum de quibuſ-
dam, & de hæretic. ad noſtrum [*Commendandum*] de ma-
giſt. ſuper ſpecula, ne cleri. uel mon. ſuper ſpecula. §.
2 quia uerò. Hoſtienſ. [*Conuenticula*] quæ in † eccleſia, uel
extra fieri non debent, C. de epiſcopis, & clericis, l. cō-
uenticula. & C. de ſumma Trinita. l. ſecunda, aliàs
capitalis eſt pœna, C. de his, qui ad eccle. confu. l. de-
nunciamus. nec eſt de fide publicè diſputandum, C.
de ſumma Trinita. l. tertia, & infra capitulo ſecundo,
§. primo [*Lux uera*] Ioan. primo [*Tenebrarum*] ſic, ſupra
de officio delegati, conſuluit [*Creatura*] Matt. ult. in fi-
3 ne [*Dicens*] Matt. decimo [*Tecta*] argue, quòd † magiſter
docere debet in alto. ad idem ſecunda, quæſtione ſe-
ptima, §. de his, uer. his ita [*Apoſtolum*] prima ad Cor.
duodecimo, ad fi. & ad Eph. 4. [*Doctorum*] id eſt prædica
torum [*Apoſtolum*] ad Roma. decimo [*Præcepit*] Luc.
decimo A. [*Dignior*] uerum dicit, ſi de illa conſtaret
[*Nudè*] id eſt ſine ſigno miraculoſo, uel ſufficienti ſcri
pturæ teſtimonio. nam nec ipſius iuramento crede-
retur: tum quia ſolus: tum quia in re propria, ſupra
de teſtib. licet, prima, quarta, quæſtione tertia, nul-
lus [*Aſtruat*] id eſt aſſerendo ſtruat, uel inſtruat. Ho-
ſtienſis [*Miraculi*] Hieronym. ſuper Eſaia, libro deci-
4 mooctauo, non † potuiſſent omnes gentes in tam
breui tempore credere niſi ſignorum miraculis fides
ipſorum quodammodo fuiſſet extorta. clamantibus
enim apoſtolis, & apoſtolicis uiris, dominus ſigno-
rum

rum magnitudine reſpondebat [*Pellet*] exodi. 7. [*Di-
cens*] Ioannes primo [*Eſaias*] 40 cap. in princi [*Propheti
5 cum*] Malach. 2. [*Ex ore*] debet † ergo talis eſſe, qui ſciat
omnipotententi reddere rationem. uigeſimaſexta di.
§. ecce quòd, ante fi. Hoſtien. [*Sſcholaſticis*] ideſt ſchola
ribus, & prouectis, multominus ab aliis ſubditis. 6. q.
1. ones [*Lege*] Exo. 22. in fin. ad idem Io. 10. [*Exemplo*]
licet non exemplis, ſed legibus iudicandum ſit. C. de
ſenten. & interlocuto. nemo. quod quomodo intel-
ligatur, dixi ſupra de re. iudi. in cauſis: frequenter ta-
men inducuntur. & probant exempla, & hiſtoriæ ſa-
cræ ſcripturæ, ut hic, & ſupra de electi. uenerabilem;
ver. quod autem, ſecũdum Hoſtien. [*Legitur*] Numeri.
22. [*Ait*] Ioan. 8 [*Euangelicam*] Matth. 18. [*Reprehenderet*]
6 de † triplici reprehenſione. ſ. improperioſa, ſociali, &
temeraria no. Io. 21. diſtinct. nolite. Et Hoſtien de 10.
ſpeciebus reprehenſionum tractat in prin. ſuæ ſum-
mæ, quomodo niget hodie in hominibus reprehen-
dendi libido, uide in Hier. ad Celantiam. E. [*Nam qui*]
Matth. 5. [*Innocẽtia*] ſicut Chriſtus qui peccatum non
7 fecit, & c. i. Petri. 2. c. [*Supponit*] & tunc nulla † poteſt nõ
tari iniuria, uel detractatio, quæ non infertur ſcienti,
& uolenti, infra de regu. iur. ſcienti, lib. 6. cum concor.
iſta tamen ſuppoſitio non poſſet fieri à clerico quò
ad uiolentiam inferendam cor. quin inferens ſit ex-
communicatus. quod dic, ut infra de ſenten. excom.
contingit. i. ſupra de iureiur. ex reſcripto. ſed nec quò
ad iuriſdictionem hoc licet ſine ſuperioris licentia. de
foro compe. ſignificaſti. nec quo ad forum pœniten-
tiale, infra de pœnitentils, omnis. §. 1. litera ergo iſta ſe
cundum Hoſtien. eſt intelligẽda de extraiudiciali ſup
poſitione quò ad inferiores à papa, ſicut ſupra de iu-
reiurand. ueniens, & c. Quintauallis, niſi fieret de ſu-
perioris licentia. quò ad papam poteſt intelligi etiam
de iudiciali, per iura alle. hic in gloſſ. quem alia iura
poſitiua non ligant. de hoc, ſupra de conceſ. præben.
propoſuit [*Subditus*] ſine aliqua ſubmiſſione ſuperio-
ris [*Reprehendendi*] ideſt corrigendi, non quòd hoc li-
ceat in publico: ſed dicit hoc, quia minus peccaret, vt
poteſt hoc colligi, de ſenten. excommunicatio. cum
non ab homine. de cohi. cle. ueſtra, uerſi. Item aliud,
Hoſtien. [*Obſequendi*] ideſt obediendi. ſic ſupra de reb.
eccle. non ali. capitulo fina. cum concor. [*Quod ſi*] hic
8 improbat † ſecundum Hoſtien. quòd ſubditi contem-
nendo proprios ſacerdotes ipſos euitant, & faciunt
euitari, de quo ſupra 1. reſpon. ibi, eorum cõſortium,
ſed ibi non loquitur de ſacerdotibus tantum [*Remoue-
ri*] ſup. Hoſtien. temeritate propria uitandi non ſunt.
quod intelligas niſi in caſu ſupra de cohi. cleri. ueſtra
[*Sacerdotum*] & aliorum clericorum beneficiatorum
9 omnis enim res, & cæt. infra de regu. iur. omnis. ¶ † *Gl.
ad hanc*] diſtinguit inter correctionem publicam, & oc
10 cultam, & denunciationem euangelicam. ¶ † *In gloſſ.
antepenul. ibi, ſi quos*] ſi præfectus prætorio uidet iudices
propter corporis inualitudinem, negligẽtiam, uel cri-
men eſſe inutiles, illos remouet, & alios ſubrogat.
11 ¶ † *In glo. imo, in fin.*] contra nouageſimoquarto diſt. ca-
pitu. 1. ¶ *In glo. ſic infra ibi, ſacerdos*] contra, nouageſima-
quarta diſt. in ſancta. ibi dicitur, quod diaconi prædi-
cant, ibi tripliciter ſoluitur. ¶ *In gloſſ. 21 in fine*] contra.
19. diſt. 2. ultra medium, ibi non quęritur quis, uel qua
lis prædicet. ibi ſoluitur. ¶ *In glo. nec iſtud, in fine*] uide in
Hiero. ſuper Matthæ. C. ¶ *In gloſſ. ad hanc ibi, apoſ. 2.*] ad
Timo. 3. [*& ibi, in omni*] ubi de hoc [*& ibi. ſi peccauerit*]
ubi de hoc [*& in fin.*] adde, quod not. ſupra eodem ti-
tu. capitulo ſecundo, de hoc dixi ſupra de iudic. noui.
¶ *In glo. ut 2. in fin.*] Io. 2. quæſtio. quinta audirum. ff. de
iur. om. iu. eſt receptum. ¶ *In glo. pe. in fin.*] de accuſa. ad
12 petitionem. ¶ *In † glo. ulti. ibi, pertinet*] ordinario iure ex
ſpeciali enim iure uel commiſſione poſſet compete-
re alterum ſine altero. idem in præſcriptione, qui e-
nim præſcripſit inſtitutionem, non intelligitur præ-
ſcripſiſſe deſtitutionem, uel renunciationis receptio-
nem, aliàs diceretur præſcriptum, quod non fuit poſ
ſeſſum contra regulam, ſine poſſeſsione, cum con-
cor. infra de regu. iur. libro ſexto. & ff. de uſucap. l. pe-
nul. §. fina. non obſtat connexio, per ea quæ not. eod.
titu. odia. de viſitatione quo ad procurationem, & de
noualibus quò ad decimas, ad idem quod no. de ma.
& obe. cum inferior, in 1. gloſ. cum ſua remiſ. & quod
no. ff. de procur. qui procuratorem, & C. de an. ex. l. fi-
na. in prima gloſſ. poſt prin. facit, de reſc. ſuſceptum.
libro ſexto, & quod ibi ſcripſi in fine. & ſuper quinta
gloſſ. & quod ſcripſi, de proba. in præſentia, ſuper fin.
ulti gloſſ. niſi ſecundo, & c. uno. lib. 6. [*& in fi.*] de hoc
dixi ſupra de off. archi. cum ſatis.

SVMMARIVM.

1 *Hæreticorum pœnæ hac in decretali ponuntur, uide nu. 13. 14. & 15. ubi de pœnis credentium, receptatorum, & fautorum, & nu. 17. 18.*
De hæreticorum uitatione & perſecutione, nu. 21. & 24.
Eos punire quis poſſit.
Puniendi quando, ut tales qui aliquando puniantur, nu. 3.
2 *Ipſorum delictorum bona eccleſiarum non applicanda fiſco.*
Applicantes excommunicati ſunt.
Suſpectorum pœna an ſit in eos neceſſaria ſententia, nu. 4.
In purgatione hi deficientes, ut conuicti puniuntur.
3 *Lapſus anni hic effectus referuntur, & nu. 4.*
4 *Sententia an ferenda ſi qui aliquo facto damnentur.*
Leges ab eccleſia approbatæ ſequendæ, in fin.
5 *Ad purgationem præſtandam ſi eccleſia ſuſpecto aſſignet terminũ, nunquid propter hoc ſit uideatur indixiſſe, & ſic contra eum, ut hic dicitur, procedere contumacem.*
6 *Purgare ſuper tali ſuſpitione ad arbitrium noſtrum quid ſi decernamus, & ad purgationem præſtandam aſſignemus terminum peremptorium.*
Contra contumacem abſentem multa fiunt, quæ, ſi adeſſet, non fierent, cir. fi.
Contumacia quæ operetur, ibid.
7 *Iuramentum dominorum temporalium contra hæreticos, remiſſ. à quibus præſtandum.*
8 *De hæreſi non purgantium terram ſuam pœna, remiſſ. & nu. 10.*
In ea quot teſtes requirantur, nu. 21.
Concilij prouincialis poteſtas in rege & principes, & ex qua cauſa hic.
Regi qui princeps æquiparetur.
Excommunicatus in una eccleſia, & in alijs eſt excommunicatus alsa de eo uide nu. 15.
9 *Prædicari crucem quis non poteſt niſi papa.*
Bona excommunicati & rebellis poſt annum catholicis occupanda à quo poſſint exponi, & nu. 10.
Et quæ fiunt occupantium, nu. 11.
A maiori ad minus argum. hic.
Brachium ſeculare quando inuocet eccleſia.
Excommunicati qui dicantur, in fin.
10 *Rebellium perſonæ, & bona inuadenda à catholicis, & quo iure necandi, & eorum cremandæ ciuitates.*
11 *Occupata bona quæ quis faciat ſua, & quando reuertantur ad dominum antiquum.*
12 *Indulgentia crucesignatorum quæ, de fructibus obligatis à crucesignato ad triennium an bis recipiat manualia, & an debeat ſeruare uicarium, remittit.*
Crucis ſignum contra hæreticos quando detur, & priuilegio cruciatorum ſit locus. A quo ea prædicari poſſint nu. 28.
13 *Satisfactio hæretici uel de hæreſi ſuſpecti quæ.*
14 *Patarenorum receptatores, & complices & fautores qualiter puniantur.*
Filij eorum etiam patiuntur pœnam, & quam.

Detectori alicuius eorum præmium quod.
15 *Excommunicati pęnæ quæ, ei communicare non denunciato an ſit mortale, nume. 16.*
Coram eo diuina celebrantes excommunicati ſunt, & quando fiãt irregulares, num. 17.
Damnati hæreſeos nepos an eligi poſſit, & qualiter ipſe plectatur.
Sententia à non iudice lata etiam inter ignorantes eum talem non ualet hic.
Tabellionis hæretici pœna.
Similitudo hic in quibus ſpectetur, cir. fi. ad uerſi. in ſimilibus, nume. 29.
16 *Excommunicationis ſententia maior, & minor qualiter quis percellatur.*
17 *Clerici magis puniuntur quàm laici, num. 18.*
Regulares magis quàm clerici, ibid.
19 *Prædicatio prohibetur abſque ſuperioris auctoritate, & qua ſuſpecta, num. 20.*
Prædicandi auctoritas quibus, & à quo conceſſa ſufficiat, & numero 20.
20 *Miſſam celebrare quis poſſie concedere, & uti.*
A deo miſſus quis dicatur, in fine.
21 *Monitio præcedere pœnam debet.*
22 *A fidelium communi uita quæ diſſideant.*
23 *Iurare nolentium pœna in cauſa hæreſeos, & in alia cauſa, quæ, nume. 26. in fin.*
24 *Epiſcoporum hæreticos non perſequentium pęna.*
25 *Epilogus, & ſuffragium gloſſarum. num. 26.*
Odio alterius quem grauari iniquum eſt, & exemplum.
Receptatores coerceri debent latronum. de receptatoribus alÿs, ſupra nume. 1.
Socius criminis pari pœna punitur.
Suſpitionem inducit patientia in filÿ uel filiæ binis nuptÿs, et quæ alia mala ſupra num. 22.
27 *Additio gloſſarum, & nu. ſequen.*
Conſtitutionis huius ordo mutatus.
28 *De fide reſpondere ad papam principaliter ſpectat, non eius acceſſorÿs.*
Conſanguineorum damnati pœna in quibus criminibus temperetur.
29 *Abſolutio ab excommunicationis ſententia ab ore papæ prolata an ab inferiori impartiri poſſit.*

CAPVT XIII.

EXcommunicamus. Summam
breuem non recipit, & ſummabitur per
1 partes. Et in hac prima † ponitur excommunicatio, & damnatio hæreticorũ [*Nominibus*] de
quibus patet. 24. quæſtio. 4. capitulo penul. [*Varietate*]
aliàs uanitate, uel ueritate. ſic infra capitulo pe. [*Damnati*] pęna damnatorum [*Balinis*] uidetur quod etiam
priuatus punire poſſit hæreticũ, de quo uide. 23. q. 5.
ſi audieris, & quod dicam, infra eo. præſidentes, lib. 6.
[*Puniendi*] niſi ſtatim ſponte reuertantur, ſupra eo. ad
abolendam, & infra capitulo penul. [*conficentur*] ipſo
iure, infra eo. cum ſecundum, libro ſexto [*receperunt*]
2 nec † inquiſitores propter ipſorum delictũ bona eccleſiarũ debent appplicare fiſco eccleſiæ. & hoc ſciẽter facientes excõmunicati ſunt p concil. Vien. eo. ti.
nolentes [*Qui autem*] pœna ſuſpectorum ſe nõ purgãtium [*Monſtrauerint*] i. ſi monſtrare neglexerint. his enim, qui in præſtanda deficeret, puniretur ut conuictus ſine aliquo temperamento. & ſic poteſt intelligi
ſupra eo. ad abolendam. §. qui autem. & de hoc infra
de pur. ca. inter, in fi. & tunc non eſſet locus excommunicationi, & annali expectationi, de qua ſequitur,
ſecundum Hoſt. & adde, quod ſtatim dicam [*Satisfactione*] de qua dicam, infra §. credẽtes [*Excommunicatio-*

3 *ne*] hac de cauſa lata [*Velut*] poſsibile eſt, ꝙ nõ eſt hæ-
a reticus,[a] tamen propter hanc uiolentam prẹſumptionem condemnatur ut hæreticus[a] ſi. ſecundum Hoſt.
ſupra de iud. nouit, uer. ſed cum dominus, ibi, Sit tibi
ſicut ethnicus. Et no. ꝙ lapſus anni quãdoque aufert
poſſeſsionem, ut lit. non conteſt. quoniam. §. in alijs:
quandoque proprietatem, C. de requi. reiſ. l. 2. quandoque inducit iuſtam condemnationem, ut hic, &
11. q. 3. rurſus, & c. quicunque [*Condemnentur*] ſecundũ
4 † Vin. per hoc uerbum futuri tẽporis uidetur, quòd
poſt annum neceſſaria ſit ſentẽtia. & ſic poſt annum
ante latam ſententiam poterit purgare uitium, ſicut
ſi legata eſt optio infra tẽpus, poſt illud eligere poſſum ante, quàm mancipia diſtrahantur. ff. de opti. le.
mancipiorum. ad hæc infra de præben. ſi tibi abſenti,
li. 6. Dicebat Hoſt. ꝙ per quæſtionem Federici. C. eo.
auctẽ. Gazaros, non uidetur, ꝙ ſit neceſſe tales condemnari, cum ibi dicatur, ita ꝙ ſi ſic per annum permanſerint, eos tunc ſicut hæreticos condemnamus.
ergo ſine aliqua ſententia uidetur illos eſſe dãnatos.
nec ob. ſecundum eum, ſi dicas, ꝙ crimen hæreſis ſit
de foro eccleſiæ: quia dicta conſtitutio fuit non ſolũ
per Ro. eccleſiam procurata, ſed etiam approbata. &
probatur hoc infra eo. ut inquiſitionis, in prin. lib. 6.
5 ¶ Quærit † hic Hoſ. Quid ſi eccleſia ſuſpecto aſsignet
terminum ad purgationem prẹſtãdam, nunquid per
hoc ſic uideatur purgationem indixiſſe, quod ſi non
uenerit, & hac de cauſa excommunicetur, & poſtea
per annum expectatus ſit contumax, debeat ut hæreticus iudicari? Hanc quæſtionem non puto dubiã eo
modo, quo proponitur, infra eo. cum contumacia,
lib. 6. dicebat autẽ quoſdam dicere ꝙ ſic: quia ex quo
non uenit, patet ꝙ per ipſum ſtetit, quo minus purgatio indiceretur. unde perinde eſt, ac ſi indicta eſſet, ar.
ff. de reg. iur. ad ea. §. ſemper, & l. iure ciuili, ff. de condi. & demon. iure ciuili, & l. quibus diebus. quod non
placet: quia aliud eſt tantum purgationem indicere,
aliud ad purgandum terminum aſsignare, & aliud
utrunque facere, ita, ꝙ ſi alterum tãtum interueniat,
nunquam poteſt dici, ꝙ in purgando cõtumax ſit. Si
enim terminus aſsignatur tantum, non poteſt dici, ꝙ
aſsignatur ad purgationem indictam ſed indicendã,
infra de pur. ca. c. fi. in prin. ſi igitur nõ ueniat, & ſi ſit
contumax in non ueniendo, non tamen eſt contumax in non purgando: quia non poteſt dici contumax reſpectu purgationis indicẽdæ, cum adhuc non
ſit in rerum natura, ar. ff. de iur. codi quidam referũt,
ſupra de cõſti. cum acceſsiſſent. §. fi. Item ſi purgatio
ſit indicta, ſed nõ ſit terminus aſsignatus, de facili nõ
poteſt comprehendi contumacia, ar. in eo, quod le.
& no. ſupra de offi. or. irrefragabili. §. exceſſus, niſi dicas intelligendum eſſe, quod ſtatim purget ſe, ar. ff. de
uer. ob. cum qui cal. quod in hac materia durũ eſſet
ſentire, igitur utrunque requiritur, ſ. ꝙ purgatio indicatur, unde & in prædicta conſtitutione, Gazaros
iungitur ad mãdatum eccleſiæ, uel ad arbitrium epiſcopi, ſupra c. ad abolendam. §. qui autem, & hic temperatur pœna illius, & ꝙ ad hoc faciendũm terminus
peremptorius aſsignetur, ar. ff. de iu. ad peremptoriũ,
& l. ſequentibus, ſupra de offi. dele. conſuluit, & probatur, ſupra de re iudi. ꝙ ad conſultationem, ſupra de
cohi. cle. & muli. cap. pe. §. pe. & in fi. ſupra de ſimo. de
6 hoc, in capitulo inſinuatum. ¶ Sed † quid ſi dicat iudex, uolumus, decernimus, & mandamus, quòd ſup
tali ſuſpitione te purges ad noſtrum arbitrium, & ad
hanc purgationem præſtandam tibi talem terminũ
peremptorium aſsignamus, in quo niſi ueneris, & dictam purgationem præſtiteris, contra te, quantum
de iure poterimus, procedemus, & ipſo non ueniẽte excommunicatur, nec dictam purgationem ut
ci-

citatus etat, præſtitit? hic locum poteſt habere iſte. §.
niſi citatus reputās ſe grauatum à tali mandato ex iu-.,
ſta cauſa expreſſa duxerit appellandum, ſupra de ap-
pellatio. præterea, eo.tit. cordi, libro ſexto, ſupra de re
iudi. quod ad conſultationem: quam tamen ſi eccle-
ſia uelit excludere, indicat purgationem declaratam,
& bene formatam tali contumaci, quamuis abſenti.
ad quam præſtandam iterum aſsignet ei diem perem
ptorium, in quo niſi uenerit, excommunicet ipſum:
quia purgationem ſibi indictam non præſtitit. & ſic
omnino locus eſt huic, §. nec contumax audictur ap
pellans, ſecunda, quæſtione ſexta, §. ſunt quorum. nec
mireris, quòd dixi abſenti & contumaci purgationē
determinatam & ſpecificatam indici poſſe, cui tamē
forſan nō indiceretur, ſi pœnitēs eſſet, rationibus ſuis
auditis. nam idem eſt & de ſententia diffinitiua, quæ
plerunque datur contra abſentem contumacem, &
tamen forte non daretur contra præſentem, & de iu-
re ſuo docentem, ut patet, C. de iudic. properandum,
de electio. ſtatuimus, infra de eo, qui mit. in poſ. cauſa
rei ſeruan. cum qui, libro ſexto. hoc enim contuma-
cia operatur, quæ, ut ſup. no. poſ. & proprietatem rei
aufert, & probationem ſufficientem inducit, ac om-
nem exceptionem, & defenſionem excludit. & adde,
quod no. infra de pur. cano. nos inter alios, & c. inter
ſolicitudines, §. fi. & de pęnis, capitulo finali [*Moneantur*]
7 *tur*] iuramentum† dominorum temporalium contra
hæreticos[*Iuramentum*] ſi hodie hoc iuramentum non
præſtetur, negligentia epiſcoporum eſt in cauſa, quæ
illis in hac parte multum eſt uerenda. ſi. de treu. & pa.
capitulo primo, poſſet etiam dici ſecundum Hoſtiē.
hic quod hic dicitur, locum haberet tātum in prouin-
ciis, uel terris infamatis de habitatione hæreticorum,
ad hoc, infra §. adiicimus [*Exterminare*] idem uer. in §.
ſequen. & uide quod dixi in clemen. de iureiuran. Ro
ma. §. porrò, in princip. [*Perpetuam*] no. ad ea, quę dixi,
ſupra de iudic. capitu o fina. tamen forte hoc dictum
fuit propter comitatus, ducatus, principatus, in qui-
bus ſuccedunt filii, ſupra de uoto, licet, ſecūdum Ho-
ſtien. [*Teneatur*] ſi requiratur. ad hoc, infra §. primo, in
8 princip. [*Si uerò dominus*] pœna† dominorum non pur-
gantium terram ſuam de hæreſi [*Et prouinciales*] & in
prouinciali concilio, ſupra titulo primo, cum ſit ni-
mis, de præben. graue. & habet hoc locum, ſi ille ſit
rex, uel magnus princeps, qui poſsit illi æquiparari, vt
ſi ſub ſe habet metropolitanum, & ſuffraganeos, ſex-
tà, quæſtione tertia, ſcitote, tertia, quæſtione ſexta, nō
liceat, & capitulo unaquęquæ. ſunt enim talia grauia
ratione perſonæ, uel rei, de quibus agitur in concilio
tractando, in auctē. de ſanct. epiſcopis, vt autem om-
nis, columna quinta, collatione nona, & decimaocta
ua diſtinctione, propter, primo & ſecūdo, & quod di-
citur, ſupra eodem ad abolendam, ſolum epiſcopum
hoc poſſe, verum eſt, niſi propter ſcandalum, uel gra-
uitatem negocii oporteat cæteros epiſcopos conuo-
cari: aliàs ſolus epiſcopus excommunicat, & uicini il-
lum euitant ad eius requiſitionem, de tape. capitulo
primo, nec poteſt quis excommunicatus eſſe in una
eccleſia, quin ſit excōmunicatus in aliis, quarta quæ-
ſtione quinta, capitulo uno, ſecundum Hoſtien. ubi
de hoc, & decimaoctaua diſtinctio. placuit, quod fa-
cit in contrarium, & quinquageſimatertia diſtinctio.
ſi quis [*Pontifici*] ratione grauitatis negocii, & grauis
pęnæ infligendæ [*Ex tunc*] ſcilicet lapſo anno. ſed poſ-
ſent & metropolitani cum prouinciali concilio con-
tra iſtum quaſi ſuſpectum ſeruare, quod dicitur, ſupra
9 eodem, §. qui autem [*Exponat*] mandando † prædicari
crucem, quod alius facere non poſſet, ut dicam, infra
§. catholici, ſuper prima gloſſa, putat tamen Hoſtien.
quòd diæceſanus bona ſubditi excommunicati & re
bellis & per annum expectati poſſet exponere, infra
de homici. pro humani, uer. ſitque cum ſuis. quod ſic
probat. certum eſt, quòd poteſt hoc de perſona cleri
ci incorrigibilis, non ſolum in hoc crimine, ſed in a-
liis, ut patet de iudic. cum non ab homine, de uerbo.
ſignificatio. nouimus. ſi poteſt de perſona clerici, for
tius & laici. & ſi de perſona, fortius de rebus, argumē.
duodecima, quæſtione prima, præcipimus, de dona-
tio. inter uirum & uxorem, capitu. penultimo, de de-
ci. ex parte, tertio. generaliter in res, & in perſonas in-
uocat eccleſia brachium ſeculare, infra de homi. po-
ſtulaſti, de cleri. excom. capitulo ſecundo [*Exterminatis*
tis] quaſi extra terminos, & fines eiectis. Egi. [*Poſſideāt*]
10 & ſic† inuadēdi ſunt rebelles, & ipſorum bona aucto-
ritate eccleſię per alios catholicos occupanda, uigeſi
matertia, quæſtione ultima, §. his ita, & capitulo ſe-
quen. ſecunda, quæſtione quinta, §. ipſis autem, & ca-
pitulo ſi apud carnales, cum ca. ſequi. hoc autem agē-
tes dicuntur diligentiſſimi rectores, & pii cōſultores,
ea. quæſt. ſi uos. ſunt etiam tales necandi, & ciuitates
cremandæ, ea. quæſtio. ſi audieris. Et temporalis do-
minus, qui negligit, plectendus eſt. ea. cauſa, quæſtio.
ſecunda, dominus. 3. quæſtio. 7. qui ſine, in auctē. ut
diffi. iu. §. penultimo, & ultimo, collatio. nona, ſecun-
dum Hoſtien. [*Fidei*] aliàs fideli [*Saluo iure*] no. pro pro
11 teſtatione [*Principalis*] à† quo dominium illud teneba-
tur. & ſic immobilia ſunt prioris domini. ff. de cap. &
poſtli. reuer. ſi captiuus; mobilia fiunt occupantium,
eo. titu. l. antepenul. ff. de acqui. re. do. transfuga. C. de
cap. l. ab hoſtibus. uel dic, quòd ubi inter Chriſtianos
ex una parte eſt iuſtum bellum, ex altera iniuſtum, iu
ſtè pugnans omnia occupata ſua facit, quæ tamen ab
alio in feudum nō tenentur, ff. de cap. l. 5. §. in pace, de
acqui. rerum do. naturalem, §. fi. uigeſimatertia, quæ-
ſtione quinta, dicat, & quæſtione ſeptima, ſi de rebus.
Sed & feudalia occupare poſſunt, ſaluo iure domini
innocētis, ut hic. ubi uerò infideles, uel Chriſtiani in-
iuſtè pugnantes bona immobilia iuſtè pugnantium
occupant, & poſteà recuperantur, ad antiquum do-
minum reuertuntur, ut in d. l. ſi captiuus. & de hoc, ſu
pra de iureiurand. ſicut. 2. & de homici. pro humani,
ibi, diffidatus, libro ſexto, ſecundum Hoſtien. hæc au-
tem clauſula ceſſat, ubi non eſt principalis dominus,
ſecundū eum. (obſtaculum) præcedens litera facere
uidetur pro rege Arragonum, vt ſibi non præiudicet
occupatio facta per regem Francorum de comitatu
Toloſano ad mandatum eccleſiæ. ſed iſta litera eſt cō
tra eum: quia impedimentum præſtitit Gallicis occu
pantibus terram, ſecundum Abb. [*Lege*] de qua dictū
eſt ſupra uſque ad uerſiculum, Saluo [*Catholici*] indul-
12 gentiam† crucesignatorum cōtra hæreticos, & quod
hic not. Vinc. de prælato crucesignato, qui obligauit
fructus ad triennium, uide ne. præ. uiceſ. cap. ult. ſuper
glo. 2. infra hic no. reliqua uide ad literam in Spec. eo.
titu. §. in fauorem, uſque ad fi. ſan recipiat manualia,
& an debeat tenere uicarium [*conceduntur*] habent re-
miſsionem peccatorum. & præter id plura alia, quæ
habentur, ſupra titulo primo, ad liberandam, in par-
te deciſa, quam ibi poſui, & gloſſaui. interpretatur au
tem conſuetudo etiam per religioſos inquiſitores in-
ducta, quod etiam tempore pacis eccleſiæ, ex quo
non reſtat hæreticorum perfidia, uel potentia, uel in-
caſtellatio, datur contra hæreticos ſignum crucis, &
ſic cruciati priuilegio, de quo hic loquitur, uolūt uti
13 [*Credentes*] pęna† credentium, receptatorum, & fauto-
rum [*Talium*] ſcilicet receptatorum, defenſorū, & fau-
torum. credentes enim omnino ſunt damnati, infra
c. penul. in fi. Hoſt. quod dic, ut ibi dicam [*Satisfacere*]
ſic, ſupra §. qui autem, & infra §. primo, conſiſtit autē
in hoc ſatisfactio, quod abiuret hęreſim: purget ſe, ſi

tantum eſt ſuſpectus,infra §.adiicimus. & ſi alia cauſa
notoria excommunicatus ſit, reſtiruere debet perce-
pta,& quæ percipi potuerunt, arg.de reſtitu. ſpo. gra-
uis.& quæ ex occupatione aliqua,ſi forſan illam fece
rant,peruenerunt,ſupra de iureiuran.ſicut,uel ex offi
cio uſurpato,damnato, uel ſibi interdicto, ſupra titu-
lo primo . cum ſit . idem ergo & de his, quæ ratione
participationis ad eum peruenerunt, arg. dictorũ iu-
rium , & ſupra eo.ad abolendam. §.1. in fi. tenetur e-
nim ſatisfacere de acceſſoriis, & ſequelis hic , ſicut de
ipſa offenſa.ſm Hoſt.ad hoc, de uer.ſi.ex parte. inf.de
reg.iu.acceſſorium.lib.6. [*Contempſerit*] ſup. Hoſt.ſi lai-
cus fuerit : quia de clerico prouidetur. infra uer.ſi ue-
14 rò clericus[*Infamis*] ſecunda† pęna in officio inquiſito
rum.habetur talis conſtitutio Federici. Patarenorum
receptatores,& complices,& quocunque modo fau-
tores, qui ut à pęna alios poſſint eximere, de ſe uelut
improuidi nõ formidant , publicatis bonis omnibus
relegandos in perpetuum eſſe cenſemus , & ipſorum
filii ad honores aliquos nullatenus admittantur. Si ta-
men aliquis fautorum hmõi detexerit aliquem Pa-
tarenum.de cuius perfidia manifeſtè probetur , in fi-
dei præmium,quam agnouit,famæ priſtinæ de impe-
riali clementia reſtitutionis beneficium integrum cõ
15 ſequatur [*Nec ad publica*] 3.pœna† quæ locum habet e-
tiam in excommunicato,de procura.c.fi.Hoſt.[*Ad eli
gendos*] 4.pęna.& idem etiam in excommunicato à ſu-
ſpenſo , ſupra de conſuetu. cum dilectus. de elect.illa.
Et no,quòd ponit hic vt diuerſa. per quod uidetur, quod
nepos damnati, licet nõ poſſit habere eccleſiaſticum
beneficium uel publicum officium, ut infra eod.c.2.
lib.6,eligere tamen poſſit ad illa [*Ad teſtimonium*] v. pę-
na,& idem in excommunicato , ſupra de teſti. veniẽs.
2.§. fi. [*Inteſtabilis*] 6 pęna, de qua ſecundum Hoſtien.
an in excommunicato locum habeat , not.de excep.
pia,de ſenten.excom.decernimus.lib.6.& ibi plenè ſu
per ulti.glo. dixi [*Hæreditatis*] 7.pęna [*Accedat*] ex teſta-
mento, uel ab inteſtato , licet aliud innuatur in parte,
in auctẽ ut cum de appel.co.§.generalem,& ſequen
tibus,colla.7,ſed corrigitur in illa parte, ſupra eo.uer-
gentis.Hoſt. [*Nullus*] 8.pęna. quæ in quolibet excom-
municato locum habet , ſupra de iudic. intelleximus
[*Quod ſi forte*]6.pęna.& idem in excommunicato noto
rio,ſupra de re iudi.ad probandum,ſaluo eo,quod ha
bes,infra eo.præſidentes,lib.6.[*Sententia*]lata etiam in-
ter eos,qui ignorabant eum talem, ſecũdum Io. cum
ſit lata à non iudice,alle.in contrarium. 3.q.7.§.tria,in
prin.[*Nec cauſæ*] 10.pęna, quæ ſeqnitur ex proxima [*Si
fuerit*] 11.pęna.& idem in excommunicato aliàs.infra
de ſenten.excommunica.decernimus[*Si tabellio*] 12.pę
na,quæ in allega.excommunicato uendicat ſibi locũ.
11.quæſtio.quarta,nullus.Hoſtien.qui de cæteris pœ-
nis per utrunque ius cõtra hæreticos promulgans re-
mit.ad ſum.eo.tit.§.qua pęna fuerit receptator,defen-
ſor, uel fautor, Hoſtien. [*In ſimilibus*] poteſt facere cõ-
parationem ad ſimilia officia , & ad ſimiles perſonas ,
ut dicam ſuper glo.proxi. [*Deponatur*] ultra pęnas præ-
dictas.& additur hoc propter rationem,quæ ſequitur
[*Si qui autem*] pęna illorum ,qui talibus communicant
[*Tales*] ſcilicet credentes,receptatores,& fautores[*De-
16 notari*] argumen.quod† communicare excommunica
to non denunciato ſit ueniale, poſt denunciationem
mortale.de hoc,ſupra quod me.cauſa,ſacris,de cle.ex
commu.capitulo finali [*Percellantur*] per ſententiam ,
vel ipſo iure.ſi intelligas de minori,vel de participatio
ne in crimine [*Sepulturæ*] de hoc,dic hodie,ut infra eo-
dem, capitulo ſecundo , primo reſponſo , libro ſexto
17 [*Alioquin*] ſupple, ſecundum † Hoſtienſ. excommuni-
cati ſunt clerici ipſo iure, cum cenſeantur fautores.&
cum per papam tales ter excommunicentur in anno
celebrantes autem diuina coram excommunicatis, à
papa excommunicati ſunt,infra de ſenten.excommu
nicatio.ſignificauit. quod intelligas , ut ibi dicam. re-
ſtat,quòd ſi ſic excommunicati celebrant,& ſacramẽ
ta interdicta in anno miniſtrent, irregularitatẽ incur-
runt.infra de cleri.excommunicato mi capitulo pri-
mo,& ſecundo. & capitulo poſtulaſtis [*Regulares*] ſup.
18 caueãt à prædictis[*Etiam hic*] ac ſi diceret,ſi† clerici gra
uius puniuntur,quàm laici quia grauius peccant.ſi re
ligioſi grauius,quàm clerici,& ideo grauius puniun-
tur.ad hoc,infra eodem accuſatus,ad finem, libro ſex
to[*Vt illorum*] ſi omnes, uel maior pars deliquerint,pla
num eſt.aliàs contra,de his,quæ fiunt à maiorita.par.
capitulo quæſiuit , uel dic quòd hoc eſt ſpeciale pro-
pter immanitatem criminis.ſicut & aliàs , ſupra eodẽ
uergentis,de officio Archidia.ea quæ,Hoſtien. [*Diœce
ſi*] ſi.infra de priuileg. tuarum'.;de exceſ.prælato. illud
19 [*Quia uerò*] prohibitio † prædicationis abſque ſuperio-
ris auctoritate [*Ait*] ſecundo,ad Timo. tertio. A. [*Di-
cat*] ad Roma,decimo[*Non miſſi*] hoc dicit ſecundum
Hoſti. quia ſunt quidam miſſi per uniuerſum orbem
ordinarii,ſicut epiſcopi, qui habent auctoritatẽ à do-
mino prædicandi per uniuerſum orbem euangelium
omni creaturæ.Matt.ult.vigeſimaprima diſtin. in no-
uo.& de talibus ſacerdotibus,ideſt epiſcopis,poteſt in
telligi,decimaſexta,quæſtione prima ſtatuimus, & ſe-
cundum hoc,decimanona diſtinct.ſecundum.& hoc
niſi prohibeantur ab eo,cuius eſt diœceſis, ſexta,quæ-
ſtione tertia,ſcriptum.uel illud intelligitur de falce iu-
riſdictionis,non prædicationis.cum enim miſſio epi-
ſcopi,ut eſt dictum,probetur auctoritate diuina,non
debet prohiberi,ſed ubique recipi.ad hoc,ſupra capi-
tulo proximo,uer.Ioannes,dum tamen caueat ab er
rore.allega.contra,de pur.canoni. inter ſolicitudines,
quadrageſima diſtinctio. ſi papa. Maximè quia uerbũ
domini non eſt alligatum,ſecunda , ad Timo. ſecun-
do,B.dicit Hoſtien.quòd epiſcopus ſemper & ubique
ad prædicandum admittitur,niſi prohibeatur ab illo,
cuius diœceſin intrat.non prohibitus autem,licet præ
dicet in diœceſi aliena, non tamen dat indulgentiam,
niſi de ſpeciali papæ licentia,uel epiſcopi loci,infra de
pęniten. & remiſſio. quòd autem. ratio diuerſitatis,
quia per prædicationem non intelliguntur multum
alieni limites uſurpari , nec paratur alicui graue præ-
iudicium:imò fit melior conditio diœceſani,& anima
rum ſibi commiſſarum , nonageſimaquinta diſtinct.
ecce.unde uidetur eo inuito hoc fieri poſſe , ff. de ne-
gocia. geſt.ſoluendo, ff.de ſolutio.l.ſoluere, & l.ſi de-
bitor: ſed hoc nõ procedit ſecundum eum : quia licet
non fiat illi graue præiudicium,tamen intereſt ſua,ne
fiat ipſo inuito , ne ipſius termini uideantur occupa-
ri,argumen.ff.de ne.geſt.cum pecunia, in fine,ad hoc
de uſu pal.ex tuarum. De non epiſcopis autem dic, ut
ſequitur [*Apoſtolica*] ut patet de Prædicatoribus,& Mi
noribus.in dec.Bonif. ſuper cathedram, innouata per
concil.Vien.de ſepult.dudum Benedic. quæ ad idem,
20 ſupra titulo primo,quàm ſit[*Epiſcopo loci*] non ergo li-
cet Abbati hanc auctoritatem dare, ſecundum Inno-
cen.argumen.ſupra de præſumptio.nonne,& melius,
infra de exceſſib.prælato. accedentibus: ſecus, ſi miſ-
ſam uelit quis celebrare : quia illud poteſt concedere
quilibet curatus,dummodo conſtet,celebrare uolen
tem eſſe presbyterum,ſupra de cleri.peregrinantibus,
capitulo tertio , ſecundum Innocentium , & eſt ratio
ſecundum eum : quia in primo magis imminet peri-
culum , quàm in ſecundo , ut ſupra, & infra capitulo
proximo , uel dic quòd ſi perſona prædicare uolen-
tis ſit not. ſicut magiſter in theologia , uel alius com-
petens & idoneus prædicator , ut per epiſcopum ap-
probatus & deputatus ad curam , ut ſunt eccleſia-
rum

ſiatum prælati, uel alii, quibus prædicate generaliter,
uel ſpecialitet ſit conceſſum, etiam quilibet curatus
hanc auctoritatem dare poterit ſecundum Innocen.
ad hoc, ſupra de officio ordinarii, cum ab eccleſia-
rum. quod intelligit Hoſtien. caſualiter, & in tranſitu,
ſed etiam epiſcopus hoc generaliter cōcedere poteſt
per totam ſuam diœceſim, de offic. ordi. inter cætera,
quod inferior nō poteſt, ut hic [*Priuatim*] priuata ma-
gis eſt ſuſpecta, ſupra capitulo proximo [*Vſurpare*] ut
patet ex his, quæ ſupra dixi, uſurpate intelligitur non
miſſus per papā, uel epiſcopum, uel non probans miſ-
ſionem per operationem miraculi, uel ſcripturæ teſt-
monium, ſup. capitulo proximo, uel probans miſſio-i
nem, prohibitus tamen ab eo, cuius eſt populus, niſi
ipſa miſſio ſuperioris auctoritate approbaretur [*Præ-*
21 *ſumpſerit*] ſup. ſi † monitii non reſtituerint [*Quàm citius*]
ad ſuperioris arbitrium [*Adijcimus*] uitatio, & perſecu-
tio hæreticorum [*Honeſtas*] ſupra de officio Archidia.
capitulo primo, de offic. ordi. inter cætera [*Semel*] ſu-
pra de officio Archidiaco. mandamus [*Tres, uel plures*]
ſecūdum quoſdam intendit hæc litera, quod in crimi-
ne hæreſis requirātur neceſſario tres teſtes ad minus,
quaſi iſte ſit caſus ſpecialis, quo non ſufficiunt duo, ad
dendus ad notatos. 2. quæſtione quarta, in princi. cum
uideatur abſurdum, quē de tam graui crimine ad di-
cta duorum teſtium condemnari, maximè cum trun
cetur ordo defenſionis circa notitiam teſtium, infra
capitulo finali, libro ſexto. & ſic circa interrogatoria,
quæ dari ſolent, ſupra de teſti. per tuas, eodem titu. præ
b ſentium[b], lib. ſexto. ſed uerius uidetur, ideo de tribus
hic dici: quia quāto pluribus committitur inquiſitio,
tanto facilius fiet nunciatio, non quòd omnes tres de-
beant nūciare, ſed unus ex tribus: nec tota uicinia, ſed
unus ex uicinia, & uide quod dixi poſt Innocen. ſupra
de ſimo. ſicut [*Viros*] ſi. ſupra de accuſatio. ſicut olim
[*Conuenticula*] ſi. ſupra capitulo proximo, in princ. [*Di-*
22 *ſſidentes*] ut† quia laici non profeſſi, portāt habitum re-
gulatem: uel pone exemplum in his, qui ſequūtur nu-
ditatem totius corporis, uel partis, puta pedū, uel non
conuiuunt hominibus, non uiſitant eccleſias, non au
diunt uerbum dei, non colunt dominicam, forte co-
lentes ſabbatū: ſine lumine etiam die clareſcente non
comedunt: panis eſum abhorrent: die dormiunt, no-
cte uigilant. hæc, & ſimilia diſſident à communi uita
fidelium [*Purgauerint*] ſed in purgatione defecerint, vel
quia iurare nolunt, uel alio modo: ſecus, ſi negligunt,
23 de hoc dixi, ſupra §. qui uerò [*Si qui uero*] pęnat iurare
nolentium [*Obſtinatione damnabili*] hoc dicit propter re-
ligioſos, qui non rebelliter, ſed quædam honeſtate iu-
rare renunt. de teſti. nuper, de iureiurand. & ſi Chri-
ſtus, ad fi. ſi uerò oſtinabiliter iurare renuūt, dicentes
hoc mortale, habet locū quod hic dicitur, & ſunt ta-
les de ſecta Vandenſium, qui omnino iurare renuūt,
ſecundum Hoſtien. ſecundum quem iſtud eſt leue ar-
gumentum ad cōuincendum hæreticum, de quo po-
teſt intelligi lex. 2. C. de hære. ut dixi, ſup. de præſump.
24 literas, ſuper glo. penul. [*Volumus*] pęnat epiſcoporum
non perſequentium hæreticos [*Euigilent*] etiam ſi per
ſedem apoſtolicam ſint inquiſitores in prouincia, vel
diœceſi deputati, infra eo. per hoc, libro ſexto. & tunc
erunt paſtores ſuper gregem ſuum uigilantes, Luc. 2.
ſecundum Hoſtien. qui remit. de officio Archidiaco.
capitulo finali, negligens. in aliis reprobanda, ſed hoc
caſu deteſtanda negligentia epiſcopi [*Deponatur*] tamē
à ſolo papa. unde nec hoc caſu procedunt inquiſito-
res contra epiſcopos, infra eodem inquiſitores, libro
ſexto [*& poſſit*] de cle. non reſiden. quia nonnulli, & ca
25 pitu. relatum. ¶ *Glo.† uidetur hic*] ſignat contrarium, de
dec. literas, & ſoluit. iterum, ſignat contrarium de cau
ſis conuenientibus, & ſoluit. ¶ *Glo. argumen. quòd*] arguit

26 & ſignat contrarium. ¶ *In † gloſſ. argumen. quòd, ibi, Sanci-*
mus] uide in capitulo proximo, alle. ſuper ultima glo.
[*& ibi, ſi quis, no*] reuocatur lex, quæ permittebat, pro-
pter odium paternum per matrem filium exhæreda-
ri. ¶ *In gloſſ. ſine quibus, ibi, congruis*] præſes debet recepta-
tores coercere, ſine quibus latrones diu eſſe non poſ-
ſunt [*& ibi, l. 1.*] uide de fur. qui cum fure, ſuper ulti.
glo. [*& ibi l. 1.*] qui occultat. uel ſociat criminis reum,
pati pęna punitur. ¶ *In gloſſ. ult. ibi, §. 1.*] uide de calum.
capitulo ſecundo, in gloſſ. ſecunda. ¶ *In gloſſ. hæc omnia*]
ſola prima concord. facit ad propoſitum. aliæ melius
adaptantur ad fi. ſecundæ gloſſ. & l. ſcientiam. uide. ſu-
pra capitulo ſecundo, ſuper 1. glo. l. quid ergo, §. 1. di-
cit, quod pater, qui patitur filium, uel filiam conſtitue
re binas nuptias, notatur, quia conſtituiſſe uidet. ¶ *In*
gloſſa penultima, ibi, §. in poteſtate] loquitur in conuento
noxali, qui non vult iurare ſeruum in ſui poteſtate nō
eſſe, nec ſe dolo feciſſe, quo minus eſſet. ¶ *In gloſſa ulti-*
ma, ibi, indicia] uide de probatio. tertio. ſuper ulti. gloſſ.
27 ¶ *In† gloſſa prima, in fine*] iſta enim conſtitutio immedia-
tè ſequebatur illas. & fuit tertia, ut dixi, ſupra de accu-
ſatio. ſicut. ¶ *In gloſſ. uidetur hic, ibi, uiolentiſſima*] idem no.
ſupra de ſimonia. inſinuatum [*& ibi, annus*] de hoc. ſu-
pra de dolo & contuma. ueritatis [*& ibi, ut ibi*] de hoc.
uigeſimaquarta, quæſtione tertia dixit apoſtolus [*&*
in fine] uel eius contumacia, infra eodem cum contu-
macia, libro ſexto. ¶ *In glo. argumen. quòd propter, in fine*] il-
lud ſpeciale. & uide quod no. in præ. capitu. quæſiuit,
in ulti. gloſſ. cum ſuis remiſ. ¶ *In glo. argumen. quod auctori*
28 *tate, in fine*] crux† tamen prædicari non poteſt ſine ſpe-
ciali papæ licentia, ſicut nec ipſius uotum redimi, ſu-
pra de uoto, quòd ſuper, & c. ſequen. ille ergo iudicat,
qui poteſt ſoluere, argumen. de reg. iu. c. 1. de maio. &
obe. cum inferior. ſecunda ratio, quia propriè & prin-
cipaliter ad papam ſpectat reſpondere de fide, & per
conſequens eius acceſſoria expedire. 24. quæſt. 1. quo-
ties. Tertia ſit quantitas indulgentię, de qua ſequitur,
quam nullus facere poteſt niſi ſolus papa. Remit. ta-
men Hoſtien. ad ſum. de uoto, §. in quo caſu, & à quo
crux. ¶ *In glo. ſine quibus, ibi, conſanguinei*] in quibus tamen
temperaretur pęna extra iſtud crimen, ff. de excep. l. 2.
ſed non in iſto ſecundum La. ¶ *In glo. ſic. ſupra ibi, exce-*
ptionem] de hoc, infra de ſenten. excom, decernimus, in
29 ult. gloſſ. [*& ibi ſimilibus*] ut ſic† comprehendat omnia
publica officia cuiuſcunque nominis, quæ nec nomi-
nari poſſent, ff. de præſcrip. uer. l. 4. & uariantur per di-
uerſas prouincias, nec de nomine curandum, ſup. de
procu peritio, & omnes actus legitimos, ut ſupra glo.
prox. poteſt etiam per illud uerbum fieri comparatio
ad perſonas ſimiles, ſicut ſunt ſchiſmatici, & notorii
excommunicati, ſecundum Hoſtienſ. [*& in fine*] imò
dic, ut infra de reſcri. capitulo primo, libro ſexto. ¶ *In*
gloſſa hic reſeruat, ibi, ipſum eccleſiæ] ſecundum Ioan. & ip-
ſum abſoluere. quod uidetur uerum ſecundum Ho-
ſtienſ. quoad ſententiam canonis: ſecus de ſententia
oris papæ, quam profert ter in anno, à qua non uide-
tur, quod inferior a papa poſſit abſoluere, de maiori-
tate & obedien. cum inferior. ex quo ſequitur, quod
nullus poteſt ad plenum reconciliare hæreticum ſine
ſpeciali papæ licentia, quod eſt nota dignum ſecun-
dum Hoſtienſ. niſi dicas ſententiam oris papæ eſſe ca-
nonem generalem, à quo poſſit inferior abſoluere,
ex quo papa non reſeruat, de ſenten. excommunica.
nuper. & adde ſecundum eum, quod no. de priuileg.
ad hoc, de ſenten. excommunicatio. à nobis, 2. uer. ut
autem, & quod dixi, ſupra titulo primo, quod olim,
ſuper gloſſa ſecunda, & quod dicam, eo. titu. ut offi-
c cium[c], libro ſexto, in princ. ¶ *In gloſſa argumen. quod, ibi,*
calumniæ] dic, ut ſupra de iuramento calumniæ, impe-
ratorum.

ANNOTATIONES.

a ¶Hæretiens. Et hoc inſurgit ex quadam facta confeſſione. de cuius effectu, uide not. per Bartol. in l. eum, qui delatorem, ff. de iure fiſ.

b ¶Præſentium. Et hanc partem uidetur tenere Innoc. & Archi.& Io.Mo.in c.ut officium, de hære.lib.6. ubi uide Io.And.

c ¶Officium. Circa prin. ubi tenet hoc ultimum,

SVMMARIVM.

1 *Laici, cuiuſcunque ſint profeſſionis prædicare non debent.*
Eis quæ alia ſint interdicta.
Verendi uerbum quibus capiatur modis, in fine.
Doctorum nomine accipiuntur hic prædicatores, in fine.
Ordo, quid hic ſignificet.
2 *Epilogus, & additio gloſſarum. num. 3.*
Vitia ſæpe ſub ſpecie uirtutum ſubintrant, & qualiter quandoque uertuntur in uſum uirtutum.

CAPVT XIIII.

1 SIcut. Laici cuiuſcunque ſint profeſſio
nis prædicare nō debent. [*& infra*]
hic deciſum habes, ſupra eo.cum ex iniun
cto, uer. ſicut enim [*Laici*] dicit Goff. quòd
in ſpirituales actus interdicuntur laicis, ſ. prædicare, ut
hic, & in concor. decimas recipere. 16.q.ult. decimas.
Item oblationes. 10.q.1.quia, & c.ſanctorum. item co
gnitio cauſarum eccleſiaſticarum, de iudi.c.2.& 3.re-
cipere compromiſſum de re ſpirituali, de arbi.c.contin-
git, Eligere, de elect.quiſquis, & c.ſacroſancta. recipe-
re reſignationem beneficii à clerico, de renun. quod
in dubiis. Dare inueſtituram. 16.q.ul. ſi quis deinceps.
Suſtinentur tamen de gratia in iure patronatus, quod
in ſpirituale eſt, de iure par. quoniam, & ut partes ſuas
interponat electioni tractandæ, eo.tit. nobis. vide ple-
nius hos caſus poſt Hoſt. in præ. dec. contingit, de arb.
in ult.glo. [*Verendum*] ideſt timendum, vel cauendum:
quandoq; ponitur pro uerecundia. 8.q.1.uereor [*Sub-
intrent*] quaſi inter bona & ſancta uerba occultè ſemi-
nata per tales [*Doctorum*] ideſt prædicatorum ad propo
2 ſitū [*Ordinis*] ideſt profeſſionis, uel habitus. ¶ *In 1.glo.
ibi l.ubi*] uide hanc & ſe.de ele. cum in iure, ſuper 1.glo.
3 ¶ *In glo.1.ibi, ſæpe uitia*] ultra.4.exempla, quæ dat ille ca
non. dicens, φ tenax parſimonia: effuſio largitas, cru-
delitas zelus iuſtitiæ, & remiſſio pietas uult uideri. Se-
neca.43. Ad Lucil. addit, Temeritas ſub titulo fortitu-
dinis latet. Moderatio uocatur ignauia. pro cauto, ti-
midius accipitur. in his magno periculo erramus, &
ad idem uideas ualde pulchrè in Hiero. de homine
perfecto §.ibi ecce. iniuriam feciſſe uirtutis eſt, aliena
poſſidere potentiæ &c. Et quomodo quandoq; rea-
liter uitia uertuntur in uſum uirtutum, uide Grego.
ſuper Iob. 2. capitulo, vbi exemplificat de ira, ſuperbia
& fortitudine [*& ibi, Eſa.*] ſexto capitulo [*& ibi, mitte*]
in hoc facit ad propoſitū: aliàs uideret facere contra,
quia ſe obtulit; ſed nō obtulit ſe prædicationi, ſed miſ-
ſioni. ¶ *In glo.ult. ibi, ad hoc*] quod intelligas, ut ibi not.
[*& ibi, ordinis*] ideſt profeſſionis.

SVMMARIVM.

1 *Paupertas non eſt de genere malorum.*
Hæreſis ab eccleſia iudicatur. In eius crimine licet pænitere, nu.2
Eccleſiæ appellatione qui hic comprehenduntur.
Pœna huius conſtitutionis mitigari & mutari poteſt ab inquiſito ribus, in fine.
2 *Accuſans an per pænitentiam deſiſtere poſſit ab accuſatione & uitare pœnam talionis.*
Hæretici qui ſint credentes erroribus hæreticorum. damnati ſunt.
Quo ſupplitio afficiantur, num. 4.
4 *Epilogus, & additio gloſſarum.*

CAPVT XV.

EXcommunicamus. Se ſum
mat, &
1 4. ſunt dicta [*Pauperes*] paupertas † non eſt
de genere malorum. 15.quæſtio.1.illa [*Ar-
naldiſtas*] forte iſti ſic dicūtur à nominibus adinuenien-
tium iſtas ſectas, ſicut Donatiſtæ, à Donato: dulciniſtæ
noſtri temporis à Dulcino [*Diuerſas*] 24.quæſtio.3.ca-
pitulo penul. [*Eccleſiam*] non per iudicem ſecularem,
cum ſit crimen eccleſiaſticum, infra eo. ut inquiſitio-
nis, § prohibemus, libro ſexto. & appellatione eccle-
ſiæ, intellige diœceſanum, & inquiſitores, ſi ſunt in lo-
co deputati per papam. alter enim ſine altero damna-
re non poteſt. quod dic ut in clem. eo. titu. multorum
[*Degradatis*] per epiſcopos ſuos etiam non adiunctis ſi-
bi aliis epiſcopis. quod dic, vt infra eo. capitulo primo
libro ſexto [*Detrudantur*] mitigari tamen & mutari po-
teſt hæc pœna per inquiſitores. quod dic, ut infra c. ut
2 commiſſi, uer. & illorum, lib. 6. Sed dubitatur † circa
pœnam talionis, an poſſit accuſans, & deficiens per pœ
nitentiam euitare pœnam talionis, ſicut & ipſe de hæ-
reſi accuſatus, & conuictus poteſt? Et dicit Iacob. de
Are. C. de accuſ. l. ſi. φ non, dicens ſic obtentum. nam
ſpeciale in crimine hæreſis, quòd licet pœnitere, vt hic.
ſed accuſans nō tenetur de hæreſi, ſed de calumnia. in
quo crimine ſtatutum non eſt per pœnitentiam uitari
pœnam. & facit, quod no. C. de quæſtio. l. penul. [*Errori
3 bus*] hæretici † ergo ſunt, ex quo credunt errores: ſed
ſunt alii, qui credunt hæreticos bonos eſſe. & de tali-
bus credentibus, qui aliàs fidem catholicam tenent,
ſupra eo. excommunicamus, §. credentes, ſecundum
Abb. Ad hoc, infra eo. tit. accuſatus, §. ſi uero, in prin.
lib.6. dicit Hoſtien. hodie credentes non excommuni
cantur, nec ſuſpenduntur, ſicut receptatores, & defen
ſores, licet olim ſecus eſſet etiam tempore concilii, ſu
pra eo. excommunicamus, §. credentes. & hoc ideo,
4 quia damnati ſunt, ut hic patet. ¶ Gl. † 2. quærit, ſoluit,
ſolutioni obiicit, & reſpondet. ¶ *In glo. 2. ibi, ſupplicio*]
nam igne cremantur. de hoc dixi, ſupra eodem ad a-
boleodam, §. laicus [*& ibi, docere*] ad hoc, infra de pri-
uileg. ſuper Speculato. [*& ibi, intelligitur*] idem not. ui-
geſimaſeptima, quæſtione quinta, aliquanti [*& in fi.*]
remitt. Hoſtienſ. ad ea, quæ no. ſupra in ſumma, eo. ti-
tu. §. qua pœna. ¶ *In gl. ult. ibi, damus*] dic, ut infra eod. ſu-
per eo, libro ſexto.

SVMMARIVM.

1 *Ad hæreticorum obſequio, & debito fidelitatis, ac poteſtate, qui abſoluantur, an reconciliati recuperent amiſſa, num. 3.*
2 *Suffragium gloſſarum.*
In ſtatu eodem permanenti fides ſeruanda, quo erat tempore ſtipulationis.
3 *Additio gloſſarum.*
Reſtitutus an recuperet amiſſa, & quis.

CAPVT XVI.

ABſolutos. Hominum. de hoc, ſup. de
ſimo. ex diligenti, infra de
1 reg. iu. c. fi. [*Obſequii*] dicit hic † Goff. quòd fa
miliares, ſerui, liberti, mercenarii ſunt etiā
adiutorii. non obſt. 11. quæſtione tertia, quoniam, in-
fra de ſenten. excom. inter alia, quæ loquuntur in ex-
communicato non hæretico. uxor a ſit nō recedat ab
excommunicato, ut ibi; ab hæretico ſic 28. q.1. ſic n.
[*manifeſtè*] ſecus, ſi occultè, ſupra de ſimo. ſicut nobis,
in

in fin.cum ſuis concor.Phi.tamen dicebat Idem, ſi oc
cultè,dummodo probari poſsit.ſi intellexit, probari
poſsit, & ſit probatum,tunc procederet eius dictum,
de uerb.ſi.cum olim[*Aſtricti*] abſoluti ſunt etiam filii
à patria poteſtate.quod dic, ut infra cap.2.in fi.lib.6.
2 ¶†Gl.2.reſpon.per quæſtionem. ¶ *In glo.2.ibi,cum quis*
1.Rub.] ſi ſtipulatus ſum mihi,aut Titio dari,Titio tūc
rectè ſolui poteſt , ſi in eodem ſtatu manſerit, in quo
3 erat tempore ſtipulationis. ¶† *Glo.1.ibi,ipſo iure*] olim
non erat ſic expreſſum,ſecundum Hoſtien. qui quæ-
rit, an ſi talis reconcilietur ipſo iure, fidelitates recu-
peret,quod uidetur,argum.C.de ſenten.paſſ.& re.l.1.
& ulti.2.q.3.§.notandum,in fi.dicit contra ſecundum
eum,ſicut nec recuperarent, ſi fuiſſent uaſalli ſenten-
tialiter abſoluti,argum. ſupra de diuor.de illa.ſecus, ſi
ad tempus lata eſſet ſententia, ſcilicet quamdiu , &c.
de pæ.c.ulti.in fi.nam per abſolutionem tunc excom
municatus recuperat hæc iura. facit quod dixi , de ui
& ho.cle.capi.fin.ſecundum eum huic ſo. concordat
Abb.per dec.ſupra eo.uergentis, contra ſupra de ele.
quia diligentia, uide quod ibi dixi ſuper glo. fin.dice-
bat hic Abb.poſt Vincen.quòd illud in eccleſia : hoc
a in priuato[a] [*Et ibi,Lapſi*]facit quod no.11.q.3.Iulianus.
¶ *In glo.a.in fi.*]adde, quod nota.15.quæſtio.6.nos ſan-
ctorum, & quod dixi de dol.& contu.ueritatis . Ho-
ſtien.remit.ad ſummam, de ſen.exc. §.fi.uerſi.quid ſi
teneor ſacramento.

ANNOTATIONES.

a ¶In priuato . Vide Ioan. And.de ſent.ex.grauem,ſuper uerſi.pri-
uatos.

SVMMARIVM.

1 *Continuatio,ſeu diſpoſitio tituli.*
Sciſma quid inducat .
Sciſmatici in quem fidei peccant articulum, qui tales dicantur ,
num.3.
2 *De eis locos alios iuris,quàm hic tradentes,recenſet.*

De ſciſmaticis , Rubrica.

1 ¶Quia ſciſma† inducit hæreſim pro eo,quod omne
ſciſma intendit ſibi conſtituere eccleſiam, & uniuer-
ſalem eccleſiam impugnare,quæ una eſt 24. quæſt. 1.
loquitur.unde peccant in articulum fidei,& in unam
ſanctam eccleſiam catholicam,ideò ponitur rubrica
2 de ſciſma.ſecundum Gof.habetur† materia 1. q.7.quo
ties.7.q.1.factus,& duobus ca.ſeq.& cap.denique,6.q.
1.ordinationes 24.quæſt.3.inter hæreſim,& capit. cle
ricus.2.quæſt.1. in pluribus ca. & repetitur in 6. con-
gruit,de elec.quia diligentia,& capi.licet,de præſcrip.
3 ca.1.& 2.cum uobis, de hæreti.c.3.& licet† largo mo-
do dicantur ſciſmatici excommunicati,& criminoſi ,
24. quæſt.3.apoſtolicæ 1.quæſtio.1.ſacerdotes,hic ta-
men ſtrictè dicuntur ſciſmatici, qui diuiſi ab unitate
eccleſiæ conantur ſibi epiſcopos,preſbyteros, & con
ſtitutiones facere 7.q.1.Nouatianus.Criminoſi tamē
dicuntur largè ſciſmatici,ſed excommunicati minus
largè.ex quibus aliqui non peccāt, de reſt.ſpo.literas,
de ſenten.ex.inquiſitio. Si quis autem contra epiſco-
pum ſuum inſurgit, epiſcopatum ſibi teneat,& ſuos,
ſacerdotes faciat.7. quæſti.1.ſcire.24.q.3.inter ſciſma ,
dicitur ſciſmaticus,& locum habet decr. prima, infra
eo.nam excommunicati ſunt ut hæretici, ut ibi . Alii
contra ſecundum Innoc.qui hoc no.infra capit.1. Et
hoc tenet ibi Hoſtien.dummodo recognoſcat eccle-
ſiam Ro.non enim eſt tunc ab unitate diuiſus. & ſecū
dum eum qui nullum caput recognoſcit,non tamen
epiſcopatum tenet, nec epiſcopalia exercet,talis ace-
phalus reus & improbus dicitur.ſed non ſciſmaticus.
93.di.nulla 18.quæſtio.2. Abbatibus. Dicuntur etiam
ſciſmatici,qui coniurant contra prælatum : non tamē
habet in illis locum dec.1. quia non ſunt ſuſpenſi.ſed
ſuſpendendi , & etiam deponendi, ſecundum Innoc.
& Hoſtien.& adde,quod dixi, ſupra de iudi.exhibita,
ſuper 4.glo.

SVMMARIVM.

1 *A ſciſmaticis acta quæ irrita ſint qui dicantur eiuſmodi quod ad*
eos eccleſia uacare cenſetur eis adhærentes,& fauentes an ex-
communicati,num.3.
Sciſma tenere qui iurat, ſuſpenditur,& à quibus.
Hæreſiarcha pro ſciſmaticis hic.
2 *Emens res eccleſiæ quando ſit excommunicatus .*
Alienatione reuocata ad quem habeat emptor recurſum.
Alienari prohibita ſi non poſſunt rehaberi ſine pecunia,quid iuris.
3 *Hæc decretalis canon eſt latæ ſententia .*
Inter ſpontaneos actus,& inuitos differentia, in fin.
Iuramentum etiam non obligatorium præſtantis pœna, ibid.
4 *Epilogus, & ſuffagium gloſſarum,nu.5.*
Commodum cum incommodo compenſandum, & num. 8.
Fauore alicuius quid introductum eſt, in eius non debet retorque-
ri læſionem.
6 *Additio gloſſarum.*
Papæ ſciſmatici qui fuerunt , & male perierunt.
7 *Ordinis executionem qui non habeant , uel non conferant, quid ſit*
§.illud autem.
Ab obedientia quorum quis recedere queat §.quod autem dictum
Ignorantiam quis probare non cogitur,niſi ſit præſumptio, contra
eos, & quæ §. quid de intruſis. præſtat cauſam diſpenſandi, §.
quod illud autem.
Opinio ueritati quamdiu præferatur §. illud autem.
Innocentius notatur confuſionis , & in multis locis eius gloſſæ ab
Hoſtienſe non appoſitæ ſunt , niſi precibus quorundam, cir.fin.
8 *Compenſatio commodi & incommodi ubi habeat locum.*

CAPVT I.

1 QVod à prædeceſſore.Irritæ† ſunt
ordinationes,beneficio
rum collationes, eccleſiaſticarū
rerū alienationes factæ à ſciſma-
ticis.& ab ordine, & dignitate ſu
ſpenditur , qui iurat ſciſma tene-
re.ſecūda ibi, Adiicientes. tertia
ibi, Alienationes . quarta ibi, Il-
los uerò [*Guidone*] cum iſti rexe-
rint eccleſiam.quo dicūtur ſciſmatici:imò potius di-
cuntur tales , qui diuertunt ab illis. Dicit Hoſti. quòd
iſti ſe intruſerunt tēpore Alex.III. canonicè electi, &
ſic incurrerunt pœnas 23.di.in nomine do. de elect.li
cet. Illa tamen nondum emanauerat.& ideò dicūtur
ſciſmatici & etiam apoſtatici 89. diſt. ſi quis 1.& ca. ſi
quis pecunia . & tempore talium quò ad ipſos eccle-
ſia uacare cenſetur ſecūdum eum [*Hæreſiarchis*]i.ſciſ-
maticis.Inno.[*Ab eis*]uidetur idem,cum ſit eadem ra
tio defectus,ſcilicet executionis, quam dare non po-
teſt, qui non habet. de hoc dicam in magna glo.[*Ac-*
ceperunt]adde,quod habes,de hæret.cap.a.§.ad hoc,li.
2 6.:[*Laicos*]auctoritate† ipſorum ſciſmaticorum, aliàs
emens non eſſet excommunicatus, ſed excommuni-
candus,de for.com.conqueſtus, ſecundum Hoſtien.
[*Firmitate*]reuocata uerò re ſic alienata,is cui fuit alie-
nata,recurſum habet ad iſtum, ſicut ad falſum tutorē
a ff. quod cum fal.tu.l.falſus.§.ſi doli,ſecundum Vinc.[a]
[*Reuertantur*] ſi de facto non poſſunt rehaberi niſi da-
ta pecunia.dic ut legitur, & not. ſupra de re.eccl.non
alien.cap.fin.ut lit.pend.eccleſia 2.[*Subiacere*] eſt ergo
3 †canon latæ ſententiæ, uel fuit hoc locale, uel forſan
hæc

hæc ſententia reſpicit illos, qui ſciſmaticis adhærebãt,
& eis fanebãt. Tales enim excommunicari ſunt, ſicut
hæretici, & fautores ipſorum, ſupra ti. 1. excommuni-
camus. §. credentes. unde & ſciſmatici dicuntur hære-
tici, ut dixi in rubrica. Alii dicunt tales non excom-
municatos, ſed excommunicandos 23. di. in nomine
domini, in fi. ubi dicit, Damnetur. nec ob. hoc. c. quia
Alex. excommunicauit illos localiter, & ad tempus.
illi autem ſciſmatici ab unitate eccleſiæ recedunt. ut
Græci, excommunicati ſunt ipſo iure, ut in prædictis,
iuribus, & 19. diſ. nulli. dicit Hoſtien illos ſciſmaticos
tantum, qui ſe extollunt contra Ro. eccleſiam, & ab
ipſa ſe ſeparant, excommunicatos ipſo iure cum ad-
hærentibus. & dicuntur tales hæretici, ut ſupra eo. ca.
Alii verò ſunt excommunicãdi. & dicit iungendum
ad ſum. eo. ti. ubi remittit [*Qui ſponte*] ſecus, ſi non ſpon-
te. l. di. preſbyteros, ſupra de his, quæ ui. met. ue ca. ſiu.
cap. ſacris. Goff. [*Manere*] ſiue iuramẽtum ſeruauerint
ſiue non 22. quæſt. 4. diffinitio, & cap. ſeq. R. [*Suſpenſos*]
quia temere iurauerunt, quamuis iuramentum non
4 obliget 22. q. 4. per totum. Goff. ¶ † Vlti. glo. quærit,
5 arguit affirmatiuè, ſoluit negatiuè. ¶ *In† ult. glo. ibi, ſi ne-
gocia*] geſsiſti pro me abſente negocium, ex quo obue
nit damnum, & lucrum, debeo compenſare [*& ibi, ſi
iudex*] minor, cui conceſſa eſt in integ. reſti. non cogi-
6 tur illa uti. ¶ † *In glo. 1. ibi, Guido*] qui fuit Cremenſis, &
uixit annis tribus, mẽſibus. 4. & diebus 24. ſecundum.
T. & Vincen. & Hoſtien. qui dicit, quòd huic ſucceſsit
Ioãnes de Struma, qui & Calixtus uocatus eſt, cui ſuc-
ceſsit Lando, qui & Innocen. uocatus fuit, & omnes
ab Alex. excommunicati fuerunt, & mala morte pe-
rierunt, quorum tres fuerunt preſbyteri cardinales.
hoc patet ex chronicis. ſed hic tantum de duobus fit
7 mentio. ¶ *In glo. 2. ibi, executionem*] Si† forma eccleſiæ ſer
uata fuit: ſed ſi ſeruata non fuit, dic irritas etiam quò
ad characterem. 1. q. pri. extra catholicam, ſecundum
Goff. [*& in fi.*] de quo dic, ut plenè no. 9. q. 1. in ſumma
dicebat hic Innocen. quòd nullum peccatum, quan-
tumcunq; graue & enorme ſit, in ordinatore, vel or-
dinato impedire poteſt, quo minus ordinatus chara-
cterem recipiat, & executionem in habitu, licet nõ in
actu: quia ligata eſt executio in aliquibus caſibus, ſi-
b cut patet in homicida[b], qui & ſi ordinet, & ordinetur
tamen executionem non habet: quia per conſtitutio
nem eccleſiæ irregularis cenſetur. unde nunquam ſi-
ne peccato poteſt celebrare niſi ſecum per papam di-
ſpenſetur, ut patet ſupra de tempo. ord. capi. fin. quan-
tumcunque pœnitentiam egerit, ſupra de accuſat. in-
quiſitionis: confert tamen ordinis executionẽ dignis,
& etiã eam recipit, ut exequatur, quando erit dignus,
Alii autem criminoſi, ut adulteri, fures, periuri, & hu-
iuſmodi, licet quamdiu ſunt in peccato, celebrare nõ
debeant, ſupra de coha. cle. & muli. c. fi. nexibus tamẽ
conſtitutionum non habent ligatam executionẽ ſui
ordinis, quin quandocunque egerint pœnitentiam, ſi
ne aliqua reconciliatione liceat eis ſuum ordinẽ exe
c qui, ſalua diſt. no. ſupra de temp. ordi. ex tenore[c] idem
uidetur dicendum, & de irregularitate ordinatoris,
uel ordinati, quæ non impedit executionem, quin cõ
feratur habitu, & exercitio ſiue actu, puta quia defe-
ctum patitur in natalibus, argum. 56. di. apoſtolica, &
cap. Cænomanenſem, & cap. fi. ſupra de renun. niſi cũ
pridem §. perſonæ. Idem uidetur dicendum & de in-
famia. nam & ſimoniaci etiam in beneficio ſunt inſa
mes. C. de epiſ. & cle. ſi quàmquàm §. fi. & tamen exe-
cutionem conferunt, ſupra de ſi. per tuas. 2. hoc idem
uidetur dicendum de excõmunicatis occultis, & om
nibus alus ſupradictis, ſcilicet quod executionem cõ-
ferant, quamdiu ab eccleſia tolerantur, argum. 1. q. 1.
Chriſtus 6. q. 5. c. 2. & 3. & etiam tales recipiunt execu-
tionem, ſed ligatam, ut dictum eſt de homicida. & ta-
men ſunt indigni, de con. di. 2. non prohibeat. nec ob.
9. q. 1. c. 1. & 3. ſupra de ordi. ab epiſcopo c. 1. & 2. quia
ibi loquitur de illo, qui non toleratur ab eccleſia, ſed
per ſententiam, uel denunciationem erat iam ei exe-
cutio interdicta. unde nec ipſam alii dare poteſt, ſal-
uo excommunicato, de quo dici poteſt, quod quam-
uis toleretur, dummodo probari poſsit excommuni-
catio, poſſum prohibere uolenti ordinari, ne ab eo re-
cipiat ordines: quia excommunicatus eſt. uel poſſum
ei dicere, non recipiam à te ordines, cum excommu-
nicatus ſis: nec debeo tecum participare, & ex hac cau
ſa poſsit legitimè appellari: ſecus enim iu in ſamibus,
& aliis ſupradictis, in quibus non eſt admittenda talis
exceptio. Sufficit enim, quòd ab eccleſia tolerantur,
7. q. 4. nonne. ratio diuerſitatis hæc eſt, quia cum excõ
municato participari non poteſt ſine periculo: in aliis
ſecus. ¶ Quod autem dictum eſt de excommunica-
to, idem intelligas de notorio fornicatore, & ſimonia
co: quia à tali obedientia, propria auctoritate recedi
poteſt. 32. diſt. §. uerum. item ſuſpenſus ab officio, & à
collatione ſacramentorum per ſententiam hominis.
Item depoſiti propter crimen, quod ab officio remo
uet, ſine quo ordines non conferuntur. 82. diſt. Maxi-
mianus, & cap. ſi quis clericus, & ca. ſi quis preſbyter.
Item epiſcopus, qui renunciauit loco, & ordini. iſti
omnes non conferunt executionem, ſupra de ord. ab
epiſcopo c. 1. & 2. Idem de remotis ab eccleſia, uel ab
adminiſtratione, ſecundum quoſdam. Sed melius di-
citur, quod licet remoueatur ab eccleſia, non tamen
intelligatur ſuſpẽſus ab ordine, uel officio. & ideo be-
ne confert executionem, licet peccet conferendo, ſi-
cut uidimus de illo epiſcopo, qui renunciauit loco,
non tamen ord. talis enim executionẽ retinet; & ideo
de mãdato alterius poteſt ordines celebrare, ut patet,
ſupra de ordi. ab epiſcopo cap. 1. item omnes illi, qui
ordinantur, à ſuſpenſis per ſententiam hominis, uel
cæteris, qui executionem non habent, uel in infinitũ
ab ordinatis ab eis, hoc corrigitur in fi. executionem
non recipiunt, ut ſupra eo. can. reſpon. 1. niſi per ma-
nus impoſitionem, uel diſpenſationem fuerint recõ-
ciliati 24. quæſtio. 3. notandum. In hoc tamen nõ ui-
demus aliam rationem, niſi quia ſic eſt ab eccleſia in-
ſtitutum 32. di. §. uerum, quę ſuper charactere, vel gra
tiæ dei non conferendis, cum hæc non ſint in poteſta
te papæ, ſed Chriſti. nihil ſtatuere potuit ſuper nõ pec-
cantes 32. di. §. uerum, Excommunicati autem mino
ri excommunicatione, & ſi ſint ſuſpenſi à participa-
tione, non tamen à collatione ſacramentorũ. & ideo
ipſa conferunt, & executionem transferunt. quod dic
ut le. & no. infra de cleri. ex. mi. ſi celebrat. §. fi. ¶ Quid
de intruſis. reſpon. quamuis ſint ineligibiles, & ſuſpen
dendi, non tamen ſuſpenſi ipſo iure, & ideo executio
nem transferunt. nec ob. 62. di. ca. 1. & 2. quia licet in-
truſus illis, quibus per intruſionem datus eſt, non cõ-
ferat executionem, vt ibi, hoc non eſt ideo, ꝙ ſit ſuſpẽ
ſus, ſed quia non ſubditis non poteſt executionẽ con
ferre, ſecundum Inno. tu dic ſecundum Hoſti. ut not.
ſupra de tempo. ord. ꝙ tranſlationem, hic tamen, quę
præmiſſa ſunt, plus placent Inno. quàm quæ no. ſupra
de ſimo. per tuas 2. & cap. tanta, ſupra tit. 1. fraternita-
tis. ſed contra ipſum eſt 1. q. 1. ſi qui à ſimoniacis. ubi
dicitur, ꝙ ſi quis eſt ordinatus à ſimo. non ſimoniacè
de miſericordia toleratur. Sol. ibi loquitur ſecundum
Inno. de notorio ſimo. & hoc apparet per id, quod ſe-
quitur in eodem cap. ubi niſi probauerit ſe ignoraſſe
eos ſimoniacos, quia nullo modo cogentur probare
ignorantiam, niſi præſumptio eſſet contra eos ex eo,
ꝙ non licebat eis ignorare: quia alia ſciebant, ut patet
ſecundum Hoſtien. in eo, quod legitur & no. ſupra de
poſtul.

poſt ul.præla.c.1.§.quod nec ſufficit.& de elect.innotuit.§ parentes,ff.de uerbo. ſig.latæ culpæ, ſed contra hoc eſt.quod in c.ſeqnitur. ſcilicet quòd tunc pro catholicis habeãtnr.ex quo apparet, quod eorum ſimonia non erat nororia. Sol.non dicit,quòd non habentur pro ſimoniacis.ſed pro hæreticis.& hoc vult dicere illud capit.quod ſiue eſſent notorii ſimoniaci; ſiue damnati hæretici.non eſt diſpenſandum enm ordinatis ab eis,niſi probent ſe ignoraſſe eos ſimoniacos eſſe ſecundum Inno. ſed & bene poſſet eſſe probabilis ignorantia in partibus alienis:quia bene poteſt eſſe in una regione notorium.quod in alia eſt occultum, ut no ſupra de ele.bonæ,infra §. licet autem. ſecundum Hoſtien.¶ Illud autem ſcitote ſecundum Inno.quod ſi diceremus contrarium,ſcilicet quod nullus ſuſpenſus ab homine,vel à iure executionem ordinis haber, nec cauſa poteſt aliis dare,nec ordinatus ab eo in infinitũ,ex hoc infinita & intolerabilis abſurditas ſequeretur.Tot enim ſunt uincula,quod uix aut nunquàm haberet aliquis ordinis executionem.ſed huic reſpondet Hoſtien. quod quamuis durante ignorantia præferatur opinio ueritati,in omnibus,& oĩa fide Chriſti purgentur,ſupra de coha.cleri.& muli.ueſtra;ueritate tamen cõperta, erit modis omnibus abſtinendũ. ut patet,ſupra de eo,qui duxit in matr. ueniens,ſupra de ſecundis nup.ca.2.ſupra de preſ.non bapti.c.1.2.& 3. ſicut & no.ſupra de excep.cum uenerabilis §.intelleximus, uer.fin.probabilis.n.ignorantia,& maxime multitudo ſi in cauſa ſit,eſto ꝙ totus mũdus ſit inuolutus,præſtabit ſaltem papæ cauſam legitimam diſpẽſandi,ſupra de ord.ab epiſcopo c.1.& 2.ſupra de tẽpo. or.c.2.de cle. ex.mini.latores. Quid ergo ſi prælatus, meus eſt homicida,uel excõmunicatus, & nullus ſit, niſi ego,nũquid recuſabo à tali ordines recipere,Abſit ſecundum Inno.6,q.2 c.2.& 3.alioquin non miſiſſet Chriſtus iudam una cum aliis,ſi intelligeret, ꝙ ſuſpenſi occulti ſui executionem ordinis non haberẽt, 1.q.1.Chriſtus,& in hac opi.fuit Hugo,& Mar.Hiſpanus,ut no.1.q.1.ſi qui à ſimoniacis, & c.repetiuntur. imò & plus dicunt quidam, ꝙ etiam nominatim excommunicatus, uel damnatus hæreticus,uel depoſitus,dummodo ordinatus ab eo hoc ignoret, confert non ſolum ordinem, ſed etiam executionem. & hoc expreſſè innuitur 9.q.1. ordinationes: quod etiam ex eo probatur, ꝙ ordinator nihil confert in ordinatione,ſed ſolus Deus 32.di §.uerum:quia cor interrogat & non manum 14.q.5.ſi quod inueniſti 16.q.6.ca.1.& fi.Non ergo dubium,ꝙ ordinatus recipit ordinem: ꝑ conſequens & poteſtatem faciendi ea, quæ pertinent ad illum ordinem:quia ordo eſt ſacrum ſignaculum, quo confertur ſpiritualis poteſtas, & officium faciendi ea,quæ pertinẽt ad illum ordinem, ergo ordinatus hanc poteſtatem haber,niſi propter aliam cauſam impediatur.& hoc etiam ex eo apparet, quia ſecundum omnes ſi hæreticus excommunicatus, uel depoſitus, quantumcunque notorius,conficiat corpus Chriſti, confectum eſt de hoc, infra de cle.excom.c.2.in 1.gl. & ſi ordinauerit, ordinatum eſt,fatemur tamẽ,ꝙ peccat ordinem exequendo. nec inuenies capitula antiqua,quæ pœnam imponant ordinatis à talibus niſi illis, qui ordines à talibus recipiunt ſcienter. ſic enim loquitur 1.quæſt.1,qui perfectionem,& c.uentum,& 32.diſt.§.porrò. Prætereà; cum hæc pœna non ſit impoſita à iure naturali,ſed potius contra:quia cum ſolus Deus in collatione ordinis operetur, quare uicarius Chriſti ignorantibus pęnam infligeret: hoc eſſet contra.ca.26.q.fi,alligant. Licet enim eccleſia ex cauſa ſcientibus propter contemptum decernat pœnam imponendam; tamen iniuſtum eſſet ipſam ignorantibus imponere ſine cauſa.nec ob ſupra de ordi. ab epiſcopo ca.2.quia intelligendum eſt illud.quando ignorantia erat ſupina. ſed nec huic ſolutioni contradicit, ſupra de ordi.ab epiſcopo,cap.1.ad fin.ubi dicitur, & ſi non ſit ſupina ignorantia, poteſt epiſcopus diſpenſare.illud enim ideò eſt:quia nõ poteſt eſſe ſine ſuſpitione ſcientiæ, poſtquã epiſcopus denunciauerit manifeſtè;nec ignorantia probabilis probabatur, quam ſi probaſſet, diſpenſatio neceſſaria non fuiſſet 9. q. 1. ordinationes. alioquin niſi ſic intelligas, per illa iura vno uerbo tolluntur multa alia; quod non eſt ſentiẽdum,ſupra de elect. eccleſia 2. §.denique, ſecundum Innoc. cuius eſt tota hæc glo. paucis exceptis. poſtea correxit ſe.& ſcripſit ſic.uel poteſt dici, ꝙ iuſta cauſa, fuit ſtatuendi nouum ius contra naturalem æquitatem in notoriis ſactis, ſicut eſt cõtra renunciantes, & nominatim excommunicatos, & præciſos ab eccleſia, ut nullus ordinatus à talibus admittatur ad executionem ſine diſpenſatione. Tu uerò dicas de hac materia,ut no.ſupra de ordi. ab epiſcopo,cap.1.& 2.& in ſumma eo.ti.§.quid iuris.& infra c.1. in fi.ſecundum Hoſtienſ. hac incerta confuſione exploſa,quam nec appoſuiſſet hic, ſicut nec in multis aliis locis, niſi ad quorundam precum inſtãtiam importunam.qui niſi habeant omnia dicta Innoc.nihil reputant ſe habere. Illud autem certum eſt,non uideri æquum, quod poteſtas exequẽdi tollatur omnibus ordinatis ab eis in infinitum: quia non extenditur niſi ad ordinatos à nominatim præciſis, ut patet ſupra eo. c. reſpõ. 1.ſecundum Inno. q.d. non tranſit hæc pœna ad tertiam perſonam,ſicut nec excõicatio.contradicit tamẽ lex dicens, ꝙ ſi per plures manus ambulauerit, idem iuris erit.ff.de mino.in cauſæ,§. §.fi.& l.ſed, uer.ſeq.& l. ſed ubi, & quod dicit canon, ꝙ de radice infecta bo-
8 nus fructus exire non poteſt 1.q.1.fertur. ¶ [*In glo.ult. ibi,compenſari*] debet habere hoc locum ſecundũ Hoſt. quando cum eadem perſona ſacti eſſent diuerſi contractus & connexi,arg.ff.de procur.in cauſæ,C.de repudi.l.una.ff.pro ſocio,ſi non fuerint.§.fi.& l.ſeq.ubi uerò contractus ſeparati ſunt, uel cum diuerſis perſonis initi, locum habeat ſecundum eum, quod ſequitur in gl.alle.etiam. ff.de mino. etiam ſi.§.1.& l.quod ſi minor.§.reſtitutio[*& inſi.*]idem no.ſupra de ele.nihil eſt,in fi.ult.glo. ubi plenius recitaui dictum Hoſti.

ANNOTATIONES.

a ¶ Vinc. hic, ſi credidit illum prælatum non ſciſmaticum. ſecus ſi ſciuit.ut no.ti.l.1.§. fin.& l.ſequen.

b ¶ Homicida.& in aliis ſimilibus,de quibus no.in c.niſi.de renun. & uide Iooo.de ſimo.per tuas 2.

c ¶ Ex tenore.Saluo notorio fornicato.de co. cle.ueſtra.

SVMMARIVM.

1 *Huius decretalis pars ubi.*
Incunctanter, indubitanter.
2 *Epilogus, & ſuffragium gloſſarum,num.3.*
Sententia à non ſuo iudice lata nullum conſtringit litigantium.
4 *Additio gloſſarum.*
Diſpenſatum quando dicatur cum eo, cui quid ſine diſpenſatione conferri non poterat.
Diſpenſatio qualiter probetur aduerſi.Per teſtes.
5 *A quo fiat.*

CAPVT II.

1 FRaternitati. Pars† ſupra de co g cog.conſan.fraternitati. Boat. [*Ordinatum*] etiam ignoranter [*Poteris*]& debebis:uel forte hoc dixit propter diſpenſandi facultatem [*Repellere*] de facto: quia de iure iam repulſus erat[*Incunctanter*] id eſt indubitanter

ter[*ſuper hoc*]ſcilicet ſuper danda executione ordina-
2 to per ſciſmaticum. ¶ † Glo. 1. reſpondet per quæſtio-
nem. an ſcienter promouens &c. & tenet quod non.
ſubmittit de probatione diſpenſationis, & diſtinguit
inter crimen publicum & occultum. ¶ Glo. 2. reſpon
det per quęſtionem, quis diſpenſet cum tali &c. ponit
3 opi. tenet contrarium. ¶ † *In glo. ulti. ibi, l. ulti.*] nullum li
tigantium conſtringit ſententia à non ſuo iudice di-
4 cta. ¶ *In † glo. 1. ibi, ſi in aliquo*] ubi de hoc, & 54. diſt. ſi ſer-
uus, pri. [*& ibi, intendat*] idem no. de conceſ. præben. li-
teras, in fi. ulti. glo. idem hic Vinc. Goff. & Hoſtien. &
Inno ſupra de fil. presby. ueniens. uidetur tamen ipſe
tenuiſſe contrarium, de cle. coniu. diuerſis. & de hoc
in ſpecu. ti. 2. §. antepe. uer. dicunt autem, & ſeq. Tu dic
quod ipſo facto diſpenſatur per eum, qui hoc poteſt,
ſi præmiſit ſuper diſpenſatione facienda, uel non cau
ſæ cognitionē, & poſtea promouit, uel ordinauit hoc
intendens, licet diſpenſationis uerba non exprimat.
ad hoc, ſupra de ap. ad audientiam. Si uerò non præ-
a miſſa cognitione prędicta promouit. nō intelligitur[a]
diſpenſare, imò punitur, ut in ca. qui in aliquo. proba-
tur hæc diſtinctio per ea, quæ no. ſupra de ſimili ma-
teria, de coniu. ſer. c. ſi. in glo. fi. [*& ibi, per teſtes*] argu. de
cleri. perc. tuæ [*& ibi, ſuper hoc*] ad hoc ſupra de ſimo. ex
diligenti. nec enim crederetur ſoli epiſcopo ſuper ea.
de hoc 81. di. ſi qui ſine [*& ibi, accuſari*] ab eo, qui ſuum
priuatum intereſſe proſequitur, ſecundum Hoſti. 4.
q. 6. omnibus 2. q. 1. prohibentur. aliàs ſecus, de pœ. di.
4. diuina, de conſecra. di. 4. quæris [*& in fi.*] ubi de hoc.
5 ¶ *In † glo. 2. ibi, l. ulti.*] & infra de priuil. tuarum, & infra
de reg. iur. ea, quæ fiunt, li. 6. [*& ibi, dicit*] dixit Phi. hoc
dictum: quia epiſcopus non diſpenſat, niſi ubi à iure
permittitur, de temp. or. dilectus de hoc de iudic. at ſi
clerici [*& ibi, ſciſmatico*] uide quod dixi in præal. dec. at
ſi clerici, ſuper glo. argu. quod [*& in fi.*] dixit Hoſtien.
quod cum quæritur de epiſcopatu adipiſcendo, ſolus
papa diſpenſat, de elect. quia diligentia. idem in mon.
exempto de conſue. cum venerabilis, de renun. c. pen.
& ul. in aliis beneficiis, ſi is, de cuius diſpenſatione agi
tur, ſcienter, uel ſupina ignorantia ductus recipit ordi
nes, nullus citra papam diſpenſat. Si uerò ignoranter,
& ignorantia fuit probabilis, diſpenſat proprius epi-
ſcopus non delinquens, de ord. ab epiſcopo, cap. 1. &
2. delinquens non, ut in prin. glo.

ANNOTATIONES.

a ¶ Intelligitur. Niſi ſit princeps, qui eo ipſo diſpenſare dicitur, ut
l. quidam conſulebat, ff. de re iudi. cum ſi.

SVMMARIVM.

1 *Oeconomia tituli, ſeu rubricæ.*
2 *De apoſtatis, & baptiſma reiterantibus ubi legatur alibi, quàm
hoc in titulo.*

De apoſtatis, & reiterantibus baptiſma, Rubrica.

1 ¶ Quia † hæretici, & ſciſmatici in apoſtaſiam inci-
dunt, ideo poſt illos tractatus &c. quia uerò baptiſ-
mum reiterātes etiam apoſtatare uidentur à ſacramē
to prius percepto, ideo & de his ſubmittit. ſecunda ve
rò decre. facit ad ſecundam partem rubricæ. reliquæ
uerò ad primam. In codice ſunt duæ rubri. & ſecunda
2 præcedit. de † prima parte rubri. l. diſt. cap. ult. 2. quæſt.
7. alicui 3. q. 4. cap. 1. 2. & 3. 6. quæſt. 1. infames, in princ.
20. quęſtio. 3. in tribus primis capi. 26. quæſti. ulti. non
obſeruetis. de ſecunda parte, de conſ. diſt. 4. non licet,
uſque ad cap. presbyteris. conuenit primæ parti de ui.
& hone. cleri. Deus qui, & cap. penul. uerſi. niſi iuſta,
& iura ibi alleg. ſuper rubri. item ne cleri. uel mo. cap.
1. lib. 6. & clemen. de ui. & ho. cap. 2. ad ſecundam par-
tem, ſupra de baptiſmo. c. 2.

SVMMARIVM.

1 *Clerici priuilegium canonis, ſi quis ſuadente, quando amittant,
& num. 3.*
Teneri, etiam ad uiolentiam refertur.
1 *Epilogus, & additio gloſſarum, nu. 3.*
*A religione recedere quibus modis quis dicatur, & eius non gau-
dere priuilegio.*
Conſuetudo dat iuriſdictionem.
4 *Apoſtata quæ amittat, & quibus ſubdatur pœnis.*

CAPVT I.

1 PRætereà. Sic conſtrue. prætereà, ſi † clerici in cri-
minibus comprehenſi teneātur. qui
relicto &c. uſque conuerſantur [*Præ-
cipimus*] ſup. tales non liberari per cen
ſuram eccleſiaſticam [*Teneātur*] i. vio-
2 lenter retineantur. ¶ † Gloſſ. 1. diſtin-
guit triplicem apoſtaſiam. ¶ Secunda glo. ſignat con
3 trarium. & tripliciter ſoluit. ¶ † *In glo. 1. ibi, tranſgreditur*]
iſtud cadit interdum in primam apoſtaſiā, quod dic.
ut infra de elect. generali, in glo. contrafaciens, lib. 6.
[*& ibi, religionis*] de his dic, ut infra ne cle. uel mo. ca. 2.
li. 6. dicebat hic Inno. hoc fieri multis modis, ſcilicet
dimittendo tonſuram, uel coronam, accipiendo vxo
rem, dimittendo veſtem religioſam, uel clericalem,
redeundo ad ſeculum. 20. q. 3. c. 1. 2. & 3. 27. q. 1. omnes
& hic diſtinguebat etiam an cōſtitutus in minoribus
agat aliquid penitus contrarium ordini clericali, ut
quia ſecundam uel corruptam uxorem ducit, uel ſit
miles, & exercet ſæua, tunc priuatus eſt omni priuile-
gio clericali 84. diſ. quiſquis. econtra, ſi duceret, uirgi-
nem, vel militiam faceret nō exercendo ſæua, poſſet
clericaliter uiuere, & priuilegio gaudere 32. diſ. ſeria-
tim, & c. ſi qui uerò. ſed ſi ſeculariter uiuat negocian-
do, tenendo tabernam, uel tonſuram dimittendo, in
nullo gaudet priuilegio, de cleri. con. Ioānes, & c. ſeq.
credit tamen Inno. ꝙ teneant ante monitionem pri-
uilegium canonis, ſi quis ſuadente: poſtea non, ſi in omni-
bus laicaliter ſe habent. Et ꝙ ſecundum prædictam
diſtinctionem erunt de foro clericali, uel ſeculari, ni-
ſi conſuetudo reſiſtat, quæ iuriſdictionem tribuit. C.
de eman. l. f. quod intellexit Hoſti. de conſue. quæ fa-
ueret eccleſiaſtico foro, puta ꝙ bigamus ſit de foro
eccleſiæ, & gaudeat priuilegio in perſona, & rebus.
hoc reprobatur de biga. ca. 2. lib. 6. ubi dicam [*& in fi.*]
4 imo etiam † excommunicatur, & deponitur, & quan-
doque iudici ſeculari traditur, ut ibi, & 11. q. 3. ſi autē;
& ſupra de iudic. cum non ab homine. & habent hæ
pœnæ locum etiam in ultimo genere apoſtaſiæ. ad id
16. q. 1. legi. l. di. c. ſi. 21. q. 4. epiſcopi, & c. ſequentibus.
& ſi monitus ſe non emendauerit, caret omni priuile
gio clericali. ſed primus apoſtata adhuc grauius puni
tur ut hæreticus, quia hæreticus eſt, ſupra de hæretic.
excommunicamus 1. & 2. quędam verò hic no. per In
no. & Hoſti. circa cap. eos 10. q. 3. dicam, infra eo. tuæ.
¶ *In glo. 2. ibi, habebant*] hæc ſolutio probatur, de priuil.
ex parte 3. Innoc. [*& in fi.*] Hoſtien. remittit. de ſenten.
ex. perpendimus, & ibi uideas.

SVMMARIVM.

1 *Ad ordines acolytus, qui rebaptizanti miniſterium præbuit, quā
do promoueri poſſit ad ſuperiores.*
Sortilegis nullo modo credendum.
Baptiſma reiteranti quæ pœna, nouus character non confertur, nu. 3.

Huic

1 Huic ſacramento tribus fit modis iniuria, & num. 5.
Pœnitentia occulta occulti criminis: publici publica.
3 Epilogus, ſuffragium, & additio gloſſarum, num. 4. 5.
Iteratio hic noui quid non confert.
Decretalium deciſio parit ambiguitatem. §. 1.
Ex miniſterio quis damnatur.
6 Iuris ignorantia minores in quibus non excuſet.
Decipere, & decipi quando par uitium.

CAPVT II.

1 EX literarum. Caſus. Si † crimen acolyti, qui rebaptizanti miniſterium præbuit, eſt occultum promoueri poteſt: ſi publicum, non poteſt niſi diſpenſetur cum eo religionem intrante. communis diui. 2. ibi, diſcretioni. in qua diſtinguitur ſecundum membrũ ibi, Si uerò [*Sortilegarum*] quibus nullo modo eſt credẽdum, vt patet de ſortilegiis. c. 1. & 2. [*Iterationem*] ſi hoc doloſè fiat, & ſcienter, ſecundum leges punitur ultimo ſupplicio. C. ne ſan. bap. itere. l. 1. & 2. ſecundum canones clericus deponitur: laicus excõmunicatur, & pœna grauiori punitur, nec decætero ordinatur per iura, quæ alle. prima glo. & 1. q. 7. qui in qualibet. hoc uerum, cum conſtat, quem fuiſſe baptizatum: aliàs ſecus; quod dic, vt ſupra de bap. & eius ef. ca. 2. ſecundum Hoſtien. qui remittit ad ſum. eo. §. fin.
2 [*Iniuriam*] tribus † modis fit iniuria ſacramento per iterationem, ut hic: quando in alia forma, q̃ conſtitutũ eſt, confertur. Item quando extra eccleſiam. Vin. [*Fraterna*] fuerat enim frater carnalis rebaptizati, ut patet in auct. religionis, ſic, infra de ho. ſignificaſti 2. [*Pœnitentia*] occultè, ex quo peccatum eſt occultum, aliàs ſi publicum eſt, publicè pœnitebit, ſupra de pœnitẽtiis
3 quæſitum. ¶ † Glo. 2. quærit, & ſoluit. Gloſ. 4. arguit, declarat, & remittit. ¶ Vlti. glo. no. ſignat contrarium
4 ſoluit diſtinguendo, & opin. ponit. ¶ † *In 4. glo. ibi, §. in delictis. 1.*] §. eſt, & hanc & ſe. uide in dec. pueris. infra al
5 leg. ſuper ulti. glo. ¶ † *In glo. 2. in fi.*] non tamen per reiterationem character noui ſacramenti cõfertur, ſed dicitur fieri iniuria, primò ex animo iterantis, ſecũdum Goff. quod dic, ut no. Io. 68. diſt. §. quod ergo. ¶ *In glo. 3. in fi.*] reſpondendo & cooperando presbytero rebaptizanti, vt patet in antiqua, quod non debuerat decidi ſecundum Hoſti. cum quidam errantes intelligant hunc acolytum rebaptizaſſe: alii eum rebaptizatum fuiſſe: & de tali præbente miniſterium poteſt loqui. l. 1. C. ne ſan. bap. rei. ut ibi not. ¶ *In glo. argum. quod ibi, mitius*] & eſt ſi. quod no. ſupra quod me. cauſa, ſacris. di
6 cit † hic Goff. quòd licet ignorantia iuris ciuilis excuſet minores, ff. de iur. & fac. ignoran. l. regula. §. 1. illud non habet locum in articulis fidei, uel ſacramentis, uel iure naturali. C. de in ius uoca. l. 2. In his enim par uitium eſt decipere, & decipi 6. quæſtio. 1. ſi cupis. ¶ *In glo. ultim. ibi, in quibuſdam*] imo nec ad beneficium interdum, ut ibi.

SVMMARIVM.

1 De apoſtaſia infamatus compellitur habitum ferre, donec de illa ſe purget.
In purgatione uenit infamia apoſtaſiæ, ſicut & natalium.
3 Epilogus, & additio gloſſarum.
Hæc decretalis intelligitur de conſtituto in ſacris.
Clerici qui in habitu ſeculari non tolerandi.
An ſint in ſtatu ſalutis beneficia retinentes non deferentes habitum, nec tonſuram, nec deſeruientes eccleſiæ.
3 In minoribus conſtitutus non dicitur apoſtatare.
An ad tonſuram ferendam compelli debet, qui primam tonſuram tantum accepit.

CAPVT III.

1 Væ fraternitati. † Caſus. Infamatus de apoſtaſia compellitur habitum ferre, donec de illa ſe purget [*Secundo*] primum non habemus (*Clericalem*) uel religioſum (*Deficiente*) illa. n. apparente non indiceretur purgatio, de ſimo. de hoc, de purga. cap. c. pe. (*Probatione*) & ſi non apparet accuſator. 2. quæſtio. 5. ſi legitimi. lo. uel ideſt ſi defecerit (*Exhibere*) uenit ergo in purgatione infamia apoſtaſiæ ſicut & infamia natalium, infra de pur. cap. accedens (*Excommunicationis*) de ſenten. exc. cum deſideres. 2. re-
2 ſpon. ad idem de off. or. ex parte. ¶ † Glo. 2. quærit, obiiciendo, & ſoluit. ¶ In glo. 2. ibi, non eſt niſi in caſu, infra ne cle. uel mo. vt periculoſa, li. 6. (*& ibi, eos qui ſemel*) & quod hoc capi. intelligatur de conſtituto in ſacris, non in minoribus tãtum, probatur ſecundum Inno. & Hoſti. qui hoc no. ſupra c. 1. ex eo quòd ibi dicitur, Taxati in clero 1. aſtricti, quod non eſt ante ſacrum ordinem. ad hoc, infra de elec. cum eo, lib. 6. Item ex eo, quod ibi ſequitur, in mon. deputati. æquiparãtur enim cõſtitutis in ſacris, & religioſis, de voto c. vno, lib. 6. Item ex eo, quod ibi dicit, Reuertantur. conſtitutis enim in minoribus tantum reuerti non cogeretur, de cle. con. c. 1. (*& ibi, intellige*) niſi beneficia retinerent, quod dic, ut no. l. d. cap. ulti. an tales non portantes habitum, nec tonſuram, nec deſeruientes eccleſię, nec intereſſentes diuinis ſint in ſtatu ſalutis, & an ad reſtitutionem fructuum teneantur, tract. Rai. in gloſ. huius ti. uer. item nunquid, & uer. ſe. [*& in fi.*] idem In-
3 no. qui † dixit conſtitutum in minoribus nõ dici apoſtatare, ſed clericatum relinquere. no. Goff. in ſum. huius ti. §. circa, & Rai. in glo. huius ti. uer. quid ſi aliquis, & Hoſti. in ſum. §. qualiter, uer. quid ſi clericus, quod etiam is, qui primam tonſuram tantum accepit, compelli debet ad eam ferendam 21. diſt. clericos 54. di. ex antiquis, de ui. & hone. cle. ſi quis ex clericis. iſtud dictum etiam placuit Hug. per præal. cap. eos, ad quod ſupra. reſpondi. pro primo dicto Inno. facit cle. de uita & ho. cle. quoniam, uer. ſi uerò. ubi conſtitutus, in minoribus utens ſecularibus ueſtibus, niſi tonſuram admiſceat, non punitur. dicebat Boati. de cle. non reſi. fraternitati, quòd clericus primæ tonſuræ uerbo renunciare non poteſt ſine licentia epiſcopi, ſed facto ſic.

SVMMARIVM.

1 Iudæi baptizati ritus Iudæos dimittere coguntur.
Hebionitarum hæreſis quæ.
2 Ad prælatos ſpectat complere ritus Iudaicos, & in quibus.
Bona conferuntur inuitis.
Ex malis duobus minus eligendum.
3 Additio gloſſarum.
Domini uiam agnoſcere, & retroire quodam reſpectu minus malum, quàm nunquàm agnoſcere.

CAPVT IIII.

1 QVidam. Caſus. Iudæi † baptizati ritus Iudaicos dimittere compelluntur. pars prima ponit Iudæorum baptizatorum exceſſum, contra quẽ ſecunda pars prouidens ibi, cum autem, duas auctoritates præmittit, & duas rationes ſubdit; & fuit olim in 4. compilatione ſub tit. de Iudæis (*Ritus*) forte in cibis diſcernendis in ſabbato colendo, & ſi. [*Retinentes*] hoc faciunt Hebionitæ, qui legem cum euangelio, ſeruant. 24. quæſt. 3. quidam, uer. Hebionitæ, & male; quia tranſlato &c. de conſti. tranſlato, ſecundum Goffre. [*Ingreditur*] eccle. 2. capi. [*Contexta*] de utero. 22. [*Prælatos*]

2 *latos*]ad† quos hoc ſpectat ex officio inquitere, punire.& corrigere, de offi. ordi.c.1. cum ſit [*Compeſcatur*] per pœnam contra hæreticos inſtitutam, infra de hære.contra Chriſtianos, lib.6.[*Coactionis*]non ob. ſupra de Iudæ.ſicut: quia illud loquitur de nunquàm conuerſo: hic de conuerſo, & peruerſo.& no.ꝙ bona õferuntur inuitis[*Minus*]no.ex duobus malis minus eligendum.de hoc.13.di.per totum.¶*In* †*glo.2.ibi, tria, in*
3 *fi.*]uer.ſi contra patrem[*& in fi.*]quod dic, ut ſupra de tranſac.ex literis, in 1.gloſſ.¶[*In ult.glo.in fi.*]& infra de elec.quorundam, li.6.tamen, ut dixit Goff.quodam reſpectu minus malum uiam domini agnoſcere, & & retroire, quàm nunquàm agnoſcere: quia primò caſu reuiuiſcunt, de pę.di.3.pium.ſecundo caſu, non quia nunquam fuerunt, bona ſine fundamento baptiſmi.1.q.1.cum Paulus.

SVMMARIVM.

1 *Apoſtatæ carcerari, & affligi poſſunt, ut habitum reaſſumant, & nume. 3.*
Carcere utimur ad cuſtodiam, & ad pœnam. cum frangenti pœna, num. 3.
2 *Eccleſia habet publicum carcerem, tormenta, mutilationem, & mucronem.*
Decapitatio hic ut ſumatur.
3 *Additio gloſſarum.*

CAPVT V.

1 A Nobis. C. Apoſtatæ † carcerari & affligi poſſunt, vt habitum reaſſumãt. communis diui,2.ibi, ad quod. [*Apoſtatis*] irregularitatis, ut patet per ſequentia[*Cum*]aliàs.qui: prima melior [*Habitum*]clericatus, uel religionis[*Volueris*] non quicquid &c. hoc tamen debet uelle iudex, ſi aliter non poteſt corrigi.ſecundum Hoſt.[*Carcerare*]carcere utimur ad cuſtodiã, & ad pœnam, infra de pœnis, quamuis, lib.6.dicebat
2 Gof.ꝙ † eccleſia haber publicũ carcerem, ut hic, & ſupra de depo.grauis, & tormenta 5.q.5. illi qui 4.q.3.ſi ca rei. Mutilationẽ 5.q.6.delatori. Mucronẽ, per quẽ decapitat.16.q.2.uiſis, ad fi. quod intelligit de ſeparatione à Chriſto, qui eſt caput 2.q.7. §.quia ergo, quæ mors eſt, qui ſi.ſint le.per uenerabilem. in fi.de his, in
a cle.de hęre.c.1.de mucrone vide quod dicam de purga.ca. inter ſolicitudines, ad finem[*Miſera*]forte panis & aqua, infrà de ver.ſi.nouimus[*Donec*]eſt ergo carcer
3 hic temporalis pœna, non perpetua. ¶[*In*† *glo 1.ibi, iudicium*] uel etiam pœnas corporales, vt ſequitur.¶[*In glo. 2.ibi, debet homo*]vide quod dixi de ſi.dilectus.2.ſuper 1. glo.[*& ibi, dicitur*]& ſi nec iſta proficiunt, ut quia frangit carcerem, peiora committit, proceditur, ut no.ſupra de iudic.cum non ab homine, & ſecundum l.fractori carceris eſt, pœna capitalis, etiam ſi aliàs innocens fuerit, ff.de effracto l.1.ff.de cuſto. re l. pe.ſecundum Hoſti.qui remit.ad ſum. de accuſ.ſub §.qualiter procedatur in accuſatione, uer. reo exhibito.

ANNOTATIONES.

a ¶Hære.Vide Io.And.poſt Inno.in c.qualiter, 2. de accuſa.

SVMMARIVM.

1 *In apoſtaſia monacus ordinatus ad ſacros, ſine diſpenſatione papæ non miniſtrat in illis, & quando, & num. 3. multo minus ad ſuperiores aſcendit.*
Apoſtatæ religionis excommunicati ſunt.
2 *Epilogus, & ſuffragium gloſſarum, num. 3.*
Ordinati qui opus habeant papali diſpenſatione.

CAPVT VI.

1 COnſultationi. C. † Monacus in apoſtaſia ordinatus ad ſacros, ſine diſpenſatione papæ non miniſtrat in illis (*Sacrum*) licet papa in non ſacro non retineat ſibi diſpenſationem, non tamen recipit illius executionem, ſecundum Vin. vnde dicebat Hoſti.quòd in illis diſpenſat epiſcopus, allega. infra de ſent.exc.nuper, de præſump.nonne, & ſi.de biga. ca.1. & 2. ſed cum apoſtatæ religionis ſint hodie excommunicati, infra ne cle.uel mo.c.2.lib.6.uidetur diſtinguendum, ut infra de ſent.exc.cum illorum (*In apoſtaſia*) ſi enim primò reconciliatus fuiſſet, & poſtea ab epiſcopo catholico ordinem ſuſcepiſſet, non eſſet neceſſaria diſpenſatio (*Sic*) ſcilicet in apoſtaſia (*Suſcepto*) multo minus ad ſuperiores aſcendere, de ſen.ex.cum illorum, ſecundùm Boat.qui dicit.ꝙ licet aliqui dicãt
2 contra.hoc eſt tutius. ¶†Gloſ.1. addit tres caſus; ſinis
3 reſpondet per ſolutionem contrarii. ¶[*In*† *glo. 1. ibi, conuenientibus, in fi.*) item qui ſimoniacè, & à ſimoniaco ordinantur.9.q.1.c.2.& ibi de hoc in ſumma quæſtionis, & de his not.uerſus.1.q.1. omnis cuiuslibet, Si bis ordo datur &c.Hoſtien.addit caſum de eo, qui ſcienter ſe fecerit ordinari ab excommunicato, uel ſuſpenſo ab homine, ſupra de or.ab epiſcopo, c.2.

SVMMARIVM.

1 *Continuatio tituli quæ.*
2 *De filiorum occiſoribus ubi, præterquam hic, legatur.*

De his, qui filios occiderunt, Rub.

1 ¶Viſo†de his, qui peccant in deum in quatuor proximis rubricis, de his, qui peccant in homines, & nihilo minus in deum, uideamus, ſ.de homicidio. & quia inter omnia alia homicidiorum genera &c. ſecundum Goff. uel quia poſt præceptum de deo colendo, & de parentibus honorãdis, primum negatiuum eſt, non
2 occides, Deutero.5.ideo &c.congruit†materiæ, infra de pę.& remi.quæſitum, de dante cauſam abortui, infra ti.1.ſi aliquis, & c.ſicut ex literarum.

SVMMARIVM.

1 *Filium ſponte occidens mulier, qua pœna multetur, & quando turbat.*
Lachrymæ ſignum interioris contritionis.
2 *Additio, ſiue ſuppletio gloſſarum.*
Patricidæ pœna.

CAPVT I.

1 VEniens. C.†Mulier ſponte occidens filiũ debet perpetuò in mon.pęnitere. Tamen, ſi iuuenis eſt, datur ſibi licentia cõtrahẽdi ibi, 2.ibi, nũ. quatę.[*Lachrymabili*]& meritò, quia graue delictum. ſunt autem lachrymæ ſignum interioris cõtritionis, de pœ.di.1.in prin.[*Turgido*]q.feroci & rigido [*Improperaſſet*]i. improperium ei dixiſſet[*Monaſterium*] ſic 16.q.6.de lapſis 27.q.1.ſi quis rapuerit, ſupra de ſim. quoniam[*Fragilitate*]ſupra de eo, qui cong. conſ. Iordanæ[*Noluit*]de cleri.exc.quod à te, & ibi concord in prima gloſſ.[*In domino*]ideſt ſecundum canones, de ſe-
2 cundis nup.ca.fin.Inno.¶[*In*† *glo.2.ibi l.una*]uide ſtatim in ſuppletionibus. ¶[*In glo.2. nonito*]ſcilicet ut dicit lex illa. uult enim quòd ſuatur culeo cum gallo gallinaceo, cane, vipera, & ſimia, & proiciatur in mare, vel in amnem, ut deſit cælum ſuperſtiti, & terra mortuo. Si uero mare, uel flumen defuerint, ponatur in ſilua à fe

ris animalibus deuorandus. Et dicũt doctores, quòd canis fugat ſimiam: ſimia gallum: gallus uiperam; & cum uiperam non inuenerit refugium, intrabit corpus illius, ſecundum Abb.

S V M M A R I V M.

1 *Filium occidens mulier ob id à uiro ſeparari non debet.*
Pœna quandoque irrogatur per eleemoſynarum largitionem, uel orationem.
Mulieri prægnanti, uel lactanti quæ non ſit iniungenda pœnitentia.
2 *Suppletio gloſſarum.*

C A P V T II.

1 INtelleximus. Caſus.† Mulier occidẽs filium
propter hoc à uiro ſeparari non dẽt 2. ibi,
quia verò [*Abiurare*] hoc fecit in odium &
grauamen mulieris [*Pœnam*] per eleemoſynarũ largitionem, ſi ſit diues; vel deuotam orationem, ſi ſit pauper, ſecundum Hoſti. [*Ac filiorum*] ſi ergo mulier prægnans eſſet, uel lactaret, non eſt iniungenda pœnitentia abſtinentiæ, uel alia, per quam impediatur filiorũ educatio, ut longæ peregrinationis, uel ſimilis, ſecundum Hoſtien. [*Liberè, & pacificè*] ut nec per pœnitentiam impediatur, nec per uirum, uel dominum temporalem [*Gubernare*] C. de alen. lib. l. 1. ſupra qui fil. ſint
2 le. cum inter. Vin. ¶ *In gl o. 1. in fi.*] ſupra de diuor. cap. 2.
¶ *In glo. 2. ibi, compulſa*] melius diceret compulſis: quia textus dicit maritum iuraſſe [*& in fi.*] ad hoc, de conſan. & affi. quia circa, cum concor.

S V M M A R I V M.

1 *Parentum, penes quos filij reperiuntur appreſſi, pœna.*
Furioſus ipſo furore punitur.
Annuæ pœnitentia vina quot dierum, in fin.
Pœnitentiæ arbitrariæ, & à quo tempore, ibid.
2 *Epilogus, ſuffragium, & ſuppletio gloſſarum, num. 3. & 4.*
Culpa grauis quando hic, & quando leuis.

C A P V T III.

1 DE infantibus. Set ſummat, põ nens pœnitentiam parentum, penes quos filii reperiuntur oppreſſi [*Vtrum*] ſupple, is, qui mortuus reperitur, propter ſingulare, quod ſequitur [*Voluntas*] expreſſa etiam ex iracundia inſana procedens, tamen uoluntaria, ſupra cap. proxi. ſi uerò omnino eſſet furioſa, ſatis eſſet, parentes ipſo furore puniri. 3. q. 9. iudicas, de reg. ſicut tenor, cum ſimilibus, ſecundum Hoſtien. [*Eos*] parentes [*Vnum*] .i. unius anni quadrageſimam: uel dic, ut le. & no. de accuſa. accuſaſti, Hoſtien. [*Aquã*] hodie pœnitentiæ ſunt arbitrariæ, infra de pœ.
2 & remiſ. c. 3. & cap. Deus qui. ¶ † glo. i. obiicit, & ſoluit,
determinãs demum, quid ſi ſponte, uel caſu ex graui
3 uel ex leui culpa, uel ex nulla. ¶ *In † glo. 1. ibi, l. una*] uide
ſupra cap. 1. ſuper glo. 2. [*& ibi, l. 1.*] melius diceret pe.
quæ ponit eandem pœnam cum prædi. l. una: ſed l. 1.
4 imponit pœnam, l. Cor. de ſicariis. ¶ *In † glo. 1. ibi, graui*]
ut quia in medio ſui poſuerũt filium tenellum [*& ibi, leuius*] ut quia in eodem loco, tamen longe puerum poſuerunt, ſecundum Pe. & Abb.

S V M M A R I V M.

1 *Diſpoſitio tituli.*
Expoſitio infantium, & languidorum cui comparetur, & de ea ubi in decret. agatur.

De infantibus, & languidis, expoſitis, Rubrica.

1 ¶ Quia † exponere infantes, & languidos eſt quaſi ipſos necare, uel occidere, ideo poſt tractatum præmiſſum ſubmittit hanc rubricam, de qua. 86. diſtin. capit. ultimo.

S V M M A R I V M.

1 *Scientia & ratihabitio qualiter differant.*
Infans quis dicatur.
Patria poteſtas amittitur ob delictum in filium, & quod, & num. 6.
Dominica quoque, & quare hic, & num. 5. in fi.
Vel alia in alios hic deſcriptos.
3 *Alimenta ſi his, quos habemus in poteſtate noſtra, denegentur, quid iuris, & nume. 6. & 7. comparatur eorum negatio neci, nume. 5.*
Nutritoribus, uel hoſpitibus nutriti hæreditas non debetur.
4 *Epilogus, & ſuffragium gloſſarum, num. 5.*
Ratificatio comparatur mandato, & iuſſui.
Necare partum quis dicatur.
Libertatem ſeruus quibus modis acquirat aliter, quàm à domino, in fin. & ſupra num. 2.
6 *Suppletio gloſſarum.*
Dies utiles à principio, continui in progreſſu ut intelligantur.
7 *Monachus manens in ſeculo neglectus ab Abbate cui acquirat, ante ingreſſum monaſterii.*
8 *Expoſitorum ſuſceptores nil iuris acquirunt in eis, & quæ repetere poſſint.*
Proteſtatio non prodeſt repetendi ei, qui impenderet id, ad quod teneretur, in fin.

C A P V T I.

SI à patre. Se ſummat. Et diuiſio patet [*Sciente*] quã-
1 do † ipſius nomine non eſt factum,
& ſup. & tacente [*Habente*] quando ipſius nomine factum eſt [*Infans*] ſeptẽnis, ſcilicet vel minor, ſupra de deſpõ. impu. literas, & ea. acceſſit [*Hoc ipſo*]
2 ſcilicet quòd ſic exponitur [*Liberatus*] perditur hic † po
teſtas patria propter delictum. ſic de here. c. 2. li. 6. in fi.
[*Etia hoc caſu*] ſcilicet cum à domino vel eo ſciente, vel
ratum habente libertus. uel ſeruus infans exponitur
[*Ingenuitatem*] ſcilicet ac ſi natus fuiſſet liber. inſt. de ingenuis. in prin. [*Seruus*] idem in colono, uel aſcriptitio
C. de epiſcop. au. nemini [*Prædictis*] filiis, liberis. & ſer
uis [*Aetatis*] nedum infantibus [*Vel alicui eorum*] liber- 2
torum, uel ſeruorum languidorum, in auct. de nupt.
3 § ſi uerò ab initio, & §. ſequen. ubi de hoc. nam ſi † ſanis deneget alimenta, non eripiuntur in libertatem,
ſed pro derelicto uidentur haberi. ff. pro derelic. l. ulti.
2 ibi no.ª quod nec pro derelicto habẽtur propter hoc
ſed ſecundum primum dictum conceduntur occupanti, niſi ipſe dominus prius occupauerit, ut ibi, & ff. de ſtip. ſeruo. quòd ſeruus, ſecundum Azo. in ſum. huius ti. Vinc. Inno. & Hoſtien. hic ſed Goff. quem ſequitur Egi. hic, & in ſum. huius titu. contra. Dicit enim, ꝙ hæc dec. æquiparat hos tres caſus, ſcilicet cum infans exponitur, & cum languidus cuiuſcunque ætatis, & cum alicui ex his alimenta negantur [*Suſcipiunt*] & nutriunt [*Ius aliquod*] unde nutritoribus propter hoc nutriti hæreditas non debetur, C. communia de ſucceſſ. l. nutritoribus, ſicut nec hoſpitibus hæreditas peregri
4 norum, ut in auct. omnes peregrini, ibi poſita. ¶ † Gl.
4. diſtinguit, & reſpondet. ponit contrarium de capit.
fin. 87. diſtinct. ¶ Penul. glo. inducit ſim. de monaco.

¶ *In*

5 ¶[*In †glo.2.ibi,ſed ſi cum quis*]aliàs eſt uerſi.ſub §. quot.&
uide de ſi.ſicut tuis, ſuper gl.nam ſi. & ibi,ſi filiusfa.2.
quæ eſt l.ſina. & loquitur de credito, quod recipit fi-
liusſa.citra patris iuſſum,mandatum,uel voluntatem
ſed pater poſtea ratum habuit. ¶[*In 4.glo.ibi, necare*] nē-
car non ſolum,qui ſuffocat partum,ſed & qui abiicit,
& qui alimoniam negat, & qui publicis locis expo-
nit. ¶[*In glo.pe.ibi,l.ulti.*] ponit caſum in ſeruo,cui dene-
gatis alimentis, præbens alimenta libertatem conceſ-
6 ſit,& ualuit. ¶[†*In glo.3.in fin.*] ff.de adulteriis,nec in ca.
Hoſtien. ¶[*In glo.de iſtis,ibi.c.ulti.*]& ibi hæc glo.[*& ibi,fa
ctam*]in eccleſia,ut ibi,uel alibi in loco publico, ſecun
dum Goffre. 5.q.1.quidam [*& ibi 10.dies*] & illi an ſint
utiles,an continui,ibi no. Hoſti.hic tenet, quòd ſunt
utiles à prin.continui in progreſſu,& ſic current à tē-
pore ſcientiæ. ¶[*In glo.pe.ibi.filij ſui iuris*]Hoſtien.contra,
dicens. ꝙ licet ſoluatur patria poteſtas per expoſitio-
b nem, non tamen [b] per alimentorum denegationem
tum quia iura ſanguinis,quę naturalia ſunt,ciuilis ta-
tio non perimit.ff.de cap.di.cas obligationes,inſti.de
legi.agna.tu.§.fin.tum quia aliis remediis locus eſt ad
patrem cogendum,de quibus ſupra de conuerſi.infi-
de.ca.2.& ſic dicit corrigendum,quod no.in ſum.eo.
titul.§.quid iur.[*& ibi.c.ulti.*]vbi de hoc no.Phi.[*& ibi
7 †monaſterium*]quaſi ſecus,ſi ſolus Abbas,ſecũdum Bar.
Brix.in quęſtione domini.8.Eſto,ꝙ monacum,idem
Guil.in ſpe.de ſta.mo.uer.41.[*& inſi.*]no.Goffr.de of.
ord.quanto.hoc uerum,quando ille ingreditur aliud
monaſterium. Si uerò nullum monaſterium ingredi
tur,putat, quòd adhuc acquirit primo;alleg.§.ſed ſci-
mus,quem alle.gl.& idem dicit de licentiato,ut aliud
quærat mon.quod ſcilicet interim acquirit primo;al-
le.ff.de mili.te.ex eo tempore,& de hoc in ſpe.de ſta.
8 mo.uer.42 & de hoc 18.q.2. Abbates. ¶[*In †glo.ulti.in fi.*]
adde quod not.87.diſt.c.ulti.in glo.2.hic,ſ.quod repe-
titur à recolligente expenſa facta in arte erudienda.C.
eo.l.1.alimenta non repetit, niſi fuerit proteſtatus,ff.
de neg.ge.Nēſennius;uel niſi filiam eius recuſet duce
re in uxorem.C.de nupt.patrem,quod de proteſtatio
ne dictum eſt,non haberet locum in eo,qui impen-
deret id, ad quod teneretur,ſecundum Ioan. qui hoc
no.12.q.2.& ſacrorum.

ANNOTATIONES.

a ¶No.per glo.uide Bar.in l.quod ſeruus,infra alle.
b ¶Tamen.cum glo. uidetur concordare glo. in c.ſi.87.diſtinctio.

SVMMARIVM.

1 *Diſpoſitio tituli.*
Specie ſæpe præmiſſa ſubmittitur genus.
2 *De homicidio loca iuris alibi,quam hic tractantia ſuggerit.*
Sub uoluntario & caſuali quæ,ſpecies aliæ comprehendantur,nu.4
3 *De genere prius an ſit tractandum,poſtea de ſpecie.*
4 *Diſtinctio an debeat eſſe plena in titulo.*

De homicidio uoluntario, uel caſuali, Rubrica.

1 ¶Viſo† de ſpeciali homicidio,ſubmittit rub.genera-
lem.Et quia homicidiorum aliud uoluntarium,aliud
caſuale, de utroque hic exprimit ſecundum omnes.
& ſic ſæpe præmiſſa specie ſubmittitur genus, ſupra
de reſcript.ſedes.interdum econtra,de of.or. ad repri-
mendam,ſecundum Hoſt. de hoc no.infra de reg.iur.
2 li.6.in prin.habetur†materia l.d. miror, & 4. cap. ſeq.
& §.quod uero,uſq; ad §.præmiſsis,23.q.5. per tot.de
pę.di 1.periculoſe.cum 5.ca.ſe.& l.ſi quis cum telo,&
duabus ſeq.15.q.1.nec is,uſq; ad fi.quæſtionis 32.q.2.
ꝙ non formatum,& duobus ca.ſe.32.q.2.interfecto-
res,cum 5.ca.ſe.& c.latorem.repetitur in 6.li.& in cle.
Congruit, de temp.ordi.c.ſi.de æta.& quali.ad aures,
qui cle.uel uo.c.1.de accu.inquiſitionis,in prin.de ex
ceſ.præla.ex literis.Item li.6.ne clerici,uel mo.ca.ſi.de
pęnis,ſęlicis,§.ſi quis uerò,& clemen.eodem titulo,ſi
quis ſuadente.§.quæ omnia. propter commentũ de-
3 cre.Io.opponitur†ad rub.ꝙ male ſituata,cum enim ſu
pra & infra ti.proxi. de ſpeciebus homicidiorum tra-
ctetur,aut debuerat compilator primò genus,poſtea
ipſius ſpecies tractare,aut econtra,ut eſt dictum.& ſic
contra,de or.co.c.2.responde,ꝙ non omnium &c.de
hoc,ſupra de reſcrip.ſi quando.uel dic,ꝙ infra nõ tra-
ctat propriè de ſpeciebus homicidiorum, ſed de acti-
bus,per quem non ſemper, licet quandoq; ad homi-
cidia peruenitur. Item opponitur,ꝙ ſi ſufficiebat di-
xiſſe de homicidio, & ſic reliqua pars rubricæ ſuper-
flua.Sol cum hoc addiderit ad Inſtructionem noſtrã,
non conqueri,ſed regratiari debemus,ſupra de cc.be-
næ. ca.uno,uer.quia ergo.& eſt ſi.ſupra de ſi.& ne ali-
4 quid &c. Item † opponitur,ex quo inſtruere nolebat
diſtinguendo, debebat plenius ponere,ſ.etiam de ne-
ceſſario.Item quia homicidium iuſtum,& iniuſtum,
de utroq; etiã debuit exprimere.Reſpondeo, ſatis eſt,
ꝙ in paucis tibi per laborem amici cõſulitur. C.de ne.
ge.tutori.&ff.de admi.tu.tutores,§.qui ſe,in fi.vel dic,
ꝙ omnia prędicta comprehenduntur ſub homicidio
uoluntario,uel caſuali.nam iudex & miles,licet iuſtè,
uoluntariè tamen occidit.neceſſarium etiam ſub uo-
luntario comprehenditur.uoluiſti enim occidere, ut
tibi uitam ſeruares.interdum ſub caſuali ſecundũ mo
dum,quem ponit gl.magna in fin.quæ eſt,infra eo.ſi-
cut dignum.de materia uerò huius titu.diſtinguas,ut
ibi. ¶In ſuperſcripti. Exodi 21.

SVMMARIVM.

1 *Homicidium neceſſitas an excuſet.*
Mori quibus modis capiatur.
Mortis pœnam corporalis,uel ſanguinis canon non imponit.
Ad ſcientiam quid inſeritur aliquando,non ad obſeruationẽ,in ſi.
2 *Epilogus,& additio gloſſarum,nu.3.*
Capituli huius intellectus quis.

CAPVT I.

1 SI quis. Breue [*Occiderit*]nulla ne
ceſsitate compulſus: aliàs
contra,ut patet.j.c.1.& 2.Hoſt.[*Moria
tur*]in peccatis. Vin.uel i.ad pęniten-
tiã humilietur l.di. quid eſt.uel .i.de-
a ponatur,quod hẽt inſtar mortis[a] 2.q.
7.§. quia ergo. uel moriatur peccatũ
.i.agat pœnitentiã.ſimilis expoſitio 27. q.1.quæ Chri-
ſto,& c.de filia.Gof.ſic diuerſimodè exponiẽ:quia ca
non non imponit pœnã mortis corporalis,vel ſangui
nis: ſed planũ eſt, ꝙ hæc non fuit conſtitutio papalis,
ſed lex Exodi, qua ſæpe imponebaẽ pœna mortis. &
hic inſeriẽ,ut ſciatur, nõ vt in canonico foro ſeruetur
2 ſic 5.q.ult.delatori. [b] ¶†Secunda glo.huic caſui addit
3 duos ſimiles caſus. ¶†[*In glo.2.§.ex his*] aliàs,de his.neu-
b trũ eſt ibi:bene tamẽ eſt ibi ver.de his,ſub.§.1.ſed non
facit, niſi uellet inducere illã copulã, & ſine præiudi-
cio.Inueni in quadã antiqua cotrectũ c.ulti & ad hoc
facit, quod ibi dr̃, hoc ſolum, quod irreprehenſibile
eſt &c.uoluit forte inducere 23.q.4.§. ex his[*& ibi,pu-
4 blicus latro*] & ad †hunc caſum reſtringi p̄t hoc ca.dicit
Abb.ꝙ Pe.intelligebat planè capitulũ,prout uerba ſo
nant, ꝙ .ſ. per inſidias aliũ occidens immunitate non
gaudeat. Dicens, ꝙ hoc non eſt mutatum.ergo ſtare
non ꝓhibetur.C.de teſt.ſancimus.Sed certũ eſt,quod
tēpore huius legis exodi non emanauerunt iura poſitu

ua,

tia, quæ dederunt immunitatem eccleſiæ. & ſic de illa
non uidetur intelligi poſſe, quod hic dicitur [*et in fi.*]
uel loquitur de altaribus ueteris te. quæ non erãt eius
auctoritatis, cuius ſunt noſtra altaria ſecundum Inn.
dicit Hoſtiẽ. ꝙ poſſet intelligi de clerico, qui per hoc
euellitur ab altari, ſ. per depoſitionem ordinis, & be-
neficij, & traditur poteſtati ſecnlari, ſi eſt incorrigibi-
lis: aliàs non, de iudic. cum non ab homine.

ANNOTATIONES.

a ¶ Mortis. Vide Inno. de accu. qualiter, el. 2.
b ¶ Delatori. Vide glo. & ibi Ioan. And. de ma. & obedien.

SVMMARIVM.

1 *Latronem occidentis pœna quæ ſit.*
Fur quis dicatur, & unde dictus.
2 *Dies dominicus non eſt dies abſtinentiæ, & qui aliter aſſerit qualis habeatur.*
Ceruiſia quid.
Homicidium quid excuſet, in fi. & nu. 5. quando impediat promotionem, nu. 5.
3 *Datorem largum & hilarem diligit deus.*
De neceſſitate quod quandoque admittendum eſt, pro æterna remuneratione ſponte diſtribuendum.
Pœnitentia debet eſſe longior, quàm culpa.
4 *Epilogus, & additio gloſſarum.*
Cilicium quandoque uocatur ſaccus.
Pœnitentia arma quæ.
Peccatorum auxilia quæ.
Ieiunium præponitur ſacco.

CAPVT II.

1 INterfeciſti. Ponit † pœnitentiã occidẽtis latronẽ,
cum ſe poterat aliter liberare: aliàs pœni-
tere non tenetur, niſi ad cautelam, ſecun-
dum Abb. 2. ibi, ſi autem [*Furem*] nocturnum. Goff.
quod notat uerbi ſignificatio. dicitur enim fur à fur-
no. i. nigro. ideo quia clam & obſcurè, & ut plurimũ
de nocte furatur. inſtitu. de ob. quæ ex ma. §. ſecun.
Hoſtien. qui de hoc no. plenius in ſum. de furtis [*La-
tronem*] diurnum. Goffre. datur uerſus. Tempore no-
cturno fur aufert: latro diurno. & uide aliter de fur-
tis c. 2. [*Apprehendi*] puta de die [*Abſtinere*] ſ. 2. 4. & 6. fe-
2 ria: in alijs tẽperatur, ut ſequitur [*Sabbato*] de † die do-
minico nil dicit: quia non eſt dies abſtinentiæ, de con
ſe. diſt. 3. ne quis. & ſtudioſe cõtrarium aſſerens ſuſpe-
ctus eſt de fide 26. q. ſi. ſacerdos. & adde, quod habes.
30. di. ca. ſi. [*Mediocri*] q. d. temperata & debili, ut uide-
tur ebrietas [*Ceruiſia*] quæ alias dicitur ſicera, de qua
uide in Hiero. ſuper Eſai. libro. 9. [*Sine odij*] quaſi ca-
ſu, qui non potuit præuideri, uel neceſſitate urgen-
te [*tuaque*] non dicit, Te, uel tua, ſecundum Io. & qui
hoc no. 23. quæſtio. 3. in prin. [*Interfeciſti*] cum ipſum
comprehendere non poteras, nec ab ipſo aliter libe-
rare. Gof. [*Indulgentiam*] i. clementer & benignè. Gof.
i. ut citò tibi indulgeatur. Hoſti. [*Volueris*] q. d. non te-
3 neris [*Largiter*] quia † largum & hilarem datorem di-
ligit deus. 16. quæſtio. 1. prædicator, de dona. capitulo
primo, dicit Cyprianus, quod de neceſſitate quando-
que admittendum eſt, pro æterna remuneratione di-
ſtribuendum eſt [*Presbyter*] i. ſacerdos, diaconus, &
ſubdiaconus, de coh. cle. & mu. capitulo ſecundo [*Ea-
dem*] quæ dicta ſunt in prox. reſpon. non in primo (*Fe-
cerit*) caſu fortuito: alias loquitur diſpenſatiuè, ſecun-
dum Hoſti. (*Pœnitentiam*) interiorem. Longior enim
eſſe debet pœnitentia, quàm culpa, de pę. di. 3. produ-
4 ctior. Go. ¶ † Vlt. gloſſ. reſpondet per quæſtionem.
¶ *In glo. 2. ibi, maculetur*) facit, quod habes de cri. fal. c. 3.
¶ *In gl. 3. in fi.*) & de pę. diſ. 3. Achab Rex, Go. quod q̃n-
que ſaccus uocatur, ut in Hiero. parte ſecunda prodi-
gio deſcripto per literam. A. Item ſuper Ioan. ca. 2. C.
ſaccus, & ieiunium arma ſunt pœnitentiæ, & auxilia
peccatorum. & ſi ex duobus neceſſarijs unum ſubtra
hẽdum, magis eligam ieiunium abſque ſacco, quàm
ſaccum abſque ieiunio. ¶ *In glo. 4. di. in fi.*) & ſunt eſcæ
prohibitæ, quæ trahunt ſemẽtinam carnis originem,
ut ibi. ¶ *In glo. quantum*) hæc glo. intelligit de toro con-
iugis. & ſic fortius à toro extraneę: ſed alij intelligunt,
quod in lecto non iaceat, ſed in terra, ſecũdum Abb.
¶ *In glo. de Anglia, ibi, fuit*) quò ad potus qualitatem, ſed
non quò ad quantitatem, ſecundum Ia. & Hoſtien. de
5 ui. & ho. cle. à crapula. ¶ *In glo. ult. in fi.*) & † tunc ſecun-
dum Hoſt. in nullo imputabitur, ex quo aliud facere
non potuit. & eſt ſimile caſuali, quod etiam ſecundũ
illos, qui dicunt, ꝙ lex promotionis cõſiſtit in facto,
non impedit promouendum, inſra eo. lator. & dicit,
ꝙ non tenebat Clemens. IIII. qui tamẽ in hac materia
ſatis erat durus. & idem Clemens. V. in ſua conſtitutio
ne. eod. titu. ſi furioſus.

SVMMARIVM.

1 *Fur quis occidatur ſine culpa, & num. 4.*
Homicidium licet non imputetur aliquando ut hic, imputatur tamen ad irregularitatem.
2 *Sero quid ſit non attribuatur nocti.*
3 *Lex ciuilis antiquior canonica.*
4 *Epilogus, & ſuffragium gloſſarum.*
Ob tutelam ſui corporis quod quis fecit, iure feciſſe exiſtimatur.
5 *Additio gloſſarum.*
Armorum terror ſufficit.
Occidere quem etiam noxium in delitijs alterius reprobatur.

CAPVT III.

1 SI perfodiẽs. C. occidit † fur diur-
nus ſine culpa, no-
cturnus verò nõ. 2. ibi, intelligit. & in ſub-
ſcriptio. Exodo. 22. (*Nõ eſt illi*) pcuſſori (*Ho
micidiũ*) quò ad peccatũ, eſt tamẽ homicidiũ quò ad ir-
regularitatem, cum aliter ſibi prouidere potuit: alias
non, ſupra c. prox. ubi de hoc (*Orietur ſol.*) hęc lex Exit-
di facit pro ſtatutis, quæ duplicant pœnas maleficio-
rum de nocte commiſſorum. & tũc † dubitatur, quod
ſi fiant de ſerò? & ꝙ attribuantur nocti, facit hæc lie-i
ra, quæ poſt ſolis occaſum uocat furem nocturnum
ad hoc ſupra de treu. & pa. c. 1. in prin. Item tenebroſi-
tas attribuitur nocti. & lux diei. patet vtrunque, de oſ.
dele. conſuluit, ad fi. facit. C. de cuſto. reo. l. 1. Item Ge-
neſis. 1. in prin. Mane, & ueſpere, dies unus. Item dies
eſt inter duas dimidiatas noctes. ff. de feri. more Ro-
mano. cum autem dicatur à dian, ꝙ eſt lux, uel clari-
tas, illud ſolum, ꝙ clareſcit inter duas noctes, eſt dies.
ad partem contrariã inducuntur omnia iura, quę vo-
lunt in pœnalibus fieri benignam interpretationem,
infra de re. iu. in pœnis, li. 6. cum cõcor. & regula, cum
ſunt partium, & regula, in obſcuris, quæ cum ſuis cõ.
uolunt in dubijs mitiorẽ pęnam imponi, & reo faue-
ri. & lex dicit, non puto illum errare, qui in dubijs qõ-
nibus contra fiſcum facile reſpondit. ff. de iure fiſ. nõ
puto, & ſibi imputet, quia legem clarius non dixit, in
fra de regu. iur. contra eum, cum cõcor. tertiò allega-
tur, quod neutra pœna locũ habeat, cum ſit caſus ter
tius omiſſus in ſtatuto. ad hoc, de reſcrip. ſuſceptum,
li. 6. & extendi poteſt hoc per ea, quæ ibi no. in glo. ar.
contra. Et quæ ſuper ea dixi, ſed hæc argumẽtatio tol
litur, quia dies, & nox ſunt cõtigua. & ſic ipſorum ex-
trema ſe contingunt, ut patet Gen. 1. in prin. bene fa
cit. ff. de adul. le. capite, ibi, Per horas diurnas, noctur-
naſque continuas. Sol. Guido de Suza in ſuis quæ
ſtionibus ſtatutorum, & in leg. more Romano, ff.
Io. And. ſuper 5. Decre. H de

de feriis,placet ſecũda pars:aliquibus prima,& ſic au-
diui terminatum.puto primo conſiderandũ,ſi in lo-
co ſignum campanæ uel aliud deſignat hanc diuiſio
nem:alias putarem uenire in arbitratu, an tenebroſi-
tas faciat attribui nocti, an potius aliqualis claritas
diei:in dubio mitiorem eligere putarẽ, cum iura in-
a ducta diſtinctionem probent [*Quia poterat*] quia dies
erat. hoc infra exponit [*Iſta*] ſ.lex Exodi,quam Aug.
3 hic gloſſabat.non enim lex † canonica eſt antiquior,
quàm ciuilis.& de hoc dixi, ſupra de ſum.tri.cap.1.§.
hæc ſancta [*Quoquo modo*] i. ſiue ſe defendat, ſiue non.
ad hoc infra e.tua.§.1.[*Iam enim*] ſ.ex quo telo ſe defen
dit [*Plus eſt*] i.plus de ipſius malitia præſumit, ſ.ꝙ ue-
4 nerit etiam ad occidendum. ¶ † Glo.3.quærit,& op-
ponit.iterum quærit,& ponit op.Hug. ¶ [*In 3.glo.ibi.§.
lex*] ſequitur.12.tabularũ furem nocte deprehenſum
occidere permittit, ut tamen id ipſum cum clamore
teſtificetur [*Et ibi,furem*] occidens furem nocturnum
non tenetur, ſi parcere illi ſine periculo ſuo non po-
tuit [*Et ibi, ut uim*] quod ob tutelam corporis ſui quis
fecerit,iure feciſſe exiſtimatur [*Et ibi,itaque,in prin.*] vi-
5 de de iniur.cap.3.ſuper gl.2. ¶ [*In † glo.1.in fi.*] forte pa-
rietem,uel ſub pariete,ut faciebãt fures antiqui. ¶ [*In
glo.2.ibi,quidam*] Goff.hic La.Tan.Phi. & Hoſt.& Abb.
[*& ibi, in prin.*] ſufficit enim terror armorum.ff. de ui
& ui ar.idem eſt.§.qui armati.Tan.In ſuperſcrip.Hie-
ro.ſuper Matthę.li.6.ubi poſt finem huius ca.ſic ſub-
dit.legimus in Ro.hiſtoria Flamminium ducem Ro-
manorum,qui cubanti iuxta ſe meretriculæ,quæ nũ
quam vidiſſe ſe diceret hominem decollatum,aſſen-
ſus ſit, ut reus capitalis criminis in cõuiuio trũcaret,
à cenſoribus pulſum à curia:quia epulas ſanguini mi
ſcuiſſet, & mortem, quamuis noxij hominis in alte-
rius delitias præſtiterit, ut libido, & homicidium pa-
riter miſceãtur,illam etiam hiſtoriam ponit Val.li.2.
cap.4.§.ſicut Pontius.

ANNOTATIONES.

a ¶ Probent. Vide Bar.in l.qui duos.§.hæc cõditio,ff.de manumiſ. teſta.& in l.aut facta,ff.de pęnis,& in l.Titius.§.1.ff.de li.& poſt. & in le.1.§.hoc autem, ff.ad Sil. & Sila.in l.non minorem. C.de tranſactio.

SVMMARIVM.

2 *Iuramentum quem non obligat ad homicidium.*
Inter polliceor,& promitto differentia.
D.Ioannis Baptiſtæ excellentia,ab Herode cur miſſus in carcerem, nume.3.
2 *Epilogus,& ſuppletio gloſſarum.*

CAPVT IIII.

1 CVm iuramento C.Iuramen
tum nõ ob-
ligat quem ad homicidiũ (*Pollicitus*) polli-
cemur ſponte,promittimus rogati.datur
uerius,ultro polliceor.promitto ſæpe rogatus (*Hero-
des*) M.14. M.6. (*Quodcunque*) etiam ſi petiſſet dimidiã
ſui regni partem,ut ponit hiſtoria (*Matris ſuæ*) ſ.ipſius
Hero.i.ſi petiiſſet, ꝙ Herodes daret caput patris, uel
matris propriæ,non dediſſet:uel reſpiciunt puellam.
ac ſi diceret,Si puella petijſſet caput patris.i.ipſius He
rodis, uel matris ipſius puellæ uxoris Herodis &c. (*in
propheta*) i.in Ioanne Baptiſta,qui etiã fuit plus, quàm
propheta. T.Matth.11.A.quod Hiero.contra Lucife
rianum.B.exponit dicens, quod nulli prophetarum
contingit,quod Ioanni.ſ.annuntiare Chriſtum,& di-
2 gito demonſtrare. ¶ † Glo.3.reſpondet per quæſtio-
nem, an in ſuis facere debuiſſet. ¶ Quarta per quæ-
3 ſtionem,an excuſetur,ſi de facto in ſuis &c. ¶ [*In † gl.3.
ibi,ſicut*) uide in proœmio ſuper ul.gl. (*Et ibi,obligatione*)
uide de priuil.paſtoralis, ſuper ult.glo. ¶ [*In glo.2.in fi.*]
Beati Ioannis Baptiſtæ, qui cum reprehenderet He-
ro. quod non liceret ſibi fratris ſui relictam in uxorẽ
habere.26.d.§.Ioannes,carceratus erat per Herodem
ad mulieris inſtantiã,ut habet hiſtoria. ¶ *In glo.carcere,
ibi,excepta*) de iureiu.capitulo primo, de re.iur.in ge-
nerali,libro ſexto.

SVMMARIVM.

1 *Homicida eſt,qui facit, uel dat ſterilitatis ſortilegia, uel uenena, & quando in fi. & nu.3.*
Non contrahit tamen irregularitatem, & quam nu.4.
Ad hæc cur deueniatur.
Amatoria pocula præbens iudicatur ut homicida, ſi moriatur is, cui data fuerunt.
2 *Epilogus,& ſuffragium gloſſarum,nu.3.*
Abortum inducentis ſibi,uel alij pęna,& nu.4.
4 *Suppletio gloſſarum.*

CAPVT V.

1 SI aliquis. Homicida † eſt qui fa-
cit, uel dat ſterilitatis
ſortilegia,uel venena (*Libidinis*) erat ſortè
mulier talis, quam non decebat grauidã
apparere:vt ergo libidini licentius vacaret,hoc fiebat
(*Odij*) ſorte nolebat illum, uel illam habere filios, ut
eſſet ingrata coniugi, uel ut illi ſuccederet ab inteſta-
to,uel facilius ex teſtamento, uel his ſimile (*Meditatio
ne*) ſi dedit amoris cauſa, non ut interficeret, ſimili-
ter punietur:quia dabat operam illicitę rei,& vltimo
ſupplicio ſupponitur. ff. de pęn. ſi aliquis.§. ſi quis
Vincen.[*Fecerit*] puta ſortilegium ſine cibo,uel potu
[*Generare*] uir.ſ. [*Concipere*] mulier. uel repete, ut non
poſſit iam concepta [*Homicida*] uerius,ſi uiuificatum
erat conceptum:aliàs interpretamur, ut dicit gloſſ.
2 ¶ † Glo.1.diſtinguit pœnam legalem, ſpiritualem, &
irregularitatis.diſtinguit etiam,an conceptum ſit ani
3 matũ,nec ne. ¶ [*In † glo.1.ibi,qui abortionis*] ibi dicitur ta-
lem,ſi humilis eſt,damnari in metallum:ſi honeſtus,
relegatur in inſulam amiſſa parte bonorũ.ſed ſi ex eo
mulier,uel homo perierit, ſupplitio ſummo afficiun
tur [*Et ibi,ſi mulierem*] Exulatur mulier,quæ uiſceribus
uim intulit,ut partum abigeret [*Et ibi.l.ult.*] quia abige
runt infantes,forte ſpem mortis circa illos habuerũt
[*& ibi,necare*] uide ſupra titu.1.cap.uno, ſuper.4.gloſſ.
4 ¶ [*In glo.1,ibi,actu*] ad hoc 15.q.1.ſi quis non iratus, Io.
contra,de pę.di.1.periculoſe,in ulti.glo.dixit hic Go.
non eſt iſte irregularis iſta magna irregularitate & in
diſpenſabili,de qua I.di.miror, ſed irregularitate quæ
contrahitur pro mortali peccato.25. diſt.§. criminis
[*& ibi, ſicut ex literarum*] & adde quod ibi dicam.

SVMMARIVM.

1 *Facti ſpecies.*
Factum pro præſumptione eius capitur hic.
2 *Circumſtantiæ in delictis ſunt attendendæ,& quæ, & nu.16.*
3 *Credendum in foro pœnitentiali.*
Ferè, diminuit hic.
4 *Mulcta ſolet iudicis arbitrio relinqui.*
Incitantium ad odiũ,uel homicidiũ pœnitentia quæ,in fi.& nu.5.
4 *Conſulens clericum uerberari,quando excommunicatus ſit.*
Ex conſilio qui,& quatenus teneantur,nu.8.& nu.12.
6 *Cuſtodientium ſarcinas occidentium pœnitentia,iuncto contextu.*
7 *Miniſterium præbens combuſtioni hæretici fit irregularis iuncto ſpeculatore citato.*
Occupantium ſpolia ſancti uiri pœnitentia.
8 *In actionis defectum datur actio de dolo.*
9 *Comites cuiuſpiam euntis ad rapinam,uel deuaſtationem in quod teneatur.*

Opera

Opem dandes in maleficio ad quid teneantur.
Opem dare qui dicantur, & ſupra nu.2.
10 *Damnum dans culpa, uel negligentia ſolus, uel cum alijs, quatenus teneatur.*
Fori ſpiritualis, uel animæ, & fori contentioſi differentia in refectione damni.
11 *Participantium interfectoribus excommunicatis pœnitētia quæ.*
Affectio duplex.
12 *Morti præſtantium clericorum conſilium, auxilium, uel fauorem pœnitentia quæ.*
Clerici non debent intereſſe, ubi pœna ſanguinis profertur.
Clauſtrum quandoque non inuenitur.
13 *De homicidio qualiter agatur, & eius pœna quæ, & nu.18. quibus committatur modis, nu.18.*
14 *Epilogus, & ſuffragium gloſſarum, nu.15.*
De perſuaſore ad maleficium, remiſſ.
Cedens bonis à quo liberetur.
Soluens alteri quàm creditori quando liberetur.
Immiſcere rei ad ſe non pertinenti culpa eſt, in fi.
16 *Additio gloſſarum.*
17 *Interitu ſpeciei quando quis liberetur.*
18 *Contra mandantes ut agatur ex ſtatuto contra homicidas edito. §. et ſcias.*
19 *Cum homicida uoluntario papa diſpenſare poteſt, an ad ſuperiores ordines aſcendat, & habeat exercitium ſuſceptorum, nu.20.*
20 *Miſericordia pro diſpenſatione.*

CAPVT VI.

SIcut dignum. Propter multa dicta nō ſummatur.
2 ſed hic præmittitur. quod † epiſcopus Exonien.
receperat per commiſsionem papæ, quod abſolueret oc
ciſores. B. Tho. & illos, qui fuerant ſuæ mortis culpa-
biles, & forte expreſſerat pœnitentiam occiſorum. ip
ſe uerò, quia inuenit diuerſas culpas, ſuper illis papā
cōſuluit, qui reſcribit, ut ſequitur [*& infra*] continebat
deciſa, quod ſicut dignū erat & rationabile difficiles quæſtio-
nes ad papam deferre, ſic & ſuſcepto miniſterio papa
debebat illas ſoluere, & quærentibus reſpondere [*No*
3 *ſti*] id eſt † noſce præſumeris [*Conditio*] liber, an ſeruus:
ſubditus, uel alius: religioſus, uel ſecularis: nobilis, vel
plebeius [*Locum*] an ſacer ſit, an profanus [*Tempus*] an
ieiunii, an ſolitum [*Pœnitentia*] & ſic ipſa ui ſequitur, quod
ſit arbitraria. de hoc. de pœni. ſignificauit, in fine [*Vno*]
loco commiſſum, de ſenten. excom. cum pro cauſa,
cum concor. uel in uno homine, ſupra de hæreti. ex-
communicamus. §. ſi uerò [*Illi autem*] pœnitentia illo
rum, qui habuerunt animum occidendi, feriendi, &
capiendi. Inno. [*Sanctum*] beatum Thomam martiri-
zatū tēpore Henrici maioris, uel patris regis Angliæ
(*Citra manum*) i. manus non iniecerūt: quia id fuit per
3 ſocios expeditum [*Fatentur*] in foro † pœnitentiali, in
quo credendum eſt [*Captione*] forte uallauerunt, uel
circundederunt locum [*Pari*] qua interfectores, &
forte papa illam expreſſerat in prima commiſsione
[*Ferrè pari*] denotat aliqualiter minorem culpam [*Illi*
etiam] pœnitentia prohibentium uim inferri occiſo-
ribus [*Ferirent*] & ſic non habuerunt animū occiden-
4 di, & in hoc differt à prox. [*Mulctari*] quia † mulcta ſo-
let iudicis arbitrio relinqui. ff. de uer. ſi. ſi qua. ideo uti
tur hoc uerbo ſecundum Hoſti. ad denotandum pœ-
nitentias arbitrarias [*Scriptum*] non ad literam, ſed ad
mentē, prouer. 24. B. Erue illos qui trahuntur ad mor
tem, & qui trahūtur ad interitum, liberare ne ceſſes.
ad idem Eccc. 3. [*Non eſſe*] ſup. illos [*Qui uerò*] pœnitē-
tia incitantium regem ad odium. Inn. [*Inflamaſſe*] per
5 hoc & per iura, quæ alle. glo. arguit Hoſt. quod † conſulēs
clericum uerberari, excommunicatus eſt, cum deli-
cto conſentiat. 16. quæſtione. 4. omnes infra de ſentē.
excommunica. quātæ, ubi de hoc quod intelligitur,
quando ex conſilio ſecuta eſt percuſsio: uel cum par
ticipiat crimini præcedenti, de ſenten. excommu. nu
per. §. in ſecunda [*Ad odium*] aliud eſt inflammaſſe ad
odium: aliud ad homicidium, ut hic patet [*Ita ſeuerè*]
ſicut ij, de quibus dictum eſt proximè [*Hi quoque*] pœ-
6 nitentia cuſtodientium ſarcinas occiſorum, Innocē.
[*Sicarios*] forte hoc intendit, uenerunt armati ad ter-
ram, & prope ciuitatem, uel locum maleficij: & di-
miſerunt ueſtes, mulos, & ſarcinas, & dimiſerunt ali-
quos ad illorum cuſtodiam: & illi bene uidebant, &
ſciebant, quòd illi ibant, ut occiderent, ſed neſciebāt
quem: uel forte ſciebant, quod ibant illum ſanctum oc-
cidere, licet illorum conſilio id non fuerit machina-
tum. & hoc placet Hoſti. primū plus mihi placet [*Mi-*
7 *niſterium*] arguit hic Abb. contra † illos, qui ad locum,
ubi comburi debet hæreticus, portant uitē, uel aliud,
& de hoc in ſpe. in tractatu diſpen. §. iuxta propōnis,
uer. quid de his, qui propter. 12. col. [*Eos inſuper*] pœni-
tentia occupantium ſpolia ſancti uiri, uel ſuorum. In
no. [*Occupauerunt*] ſecundum Inno. & Hoſti. hi, qui oc-
cupauerunt bona ſancti, ſed in occupationibus alio-
rum non fuerunt culpabiles, licet ſimul concurrerēt
cum alijs in occupationibus faciendis, non tenentur
8 niſi de illo, quod ad ipſos peruenit, ut hic. Si † uerò in
illa occupatione fuiſſent alias culpabiles, ut quia alii
conſuluerunt, ut raperent, tunc tenentur inſolidum:
quia de dolo, & conſilio illorum hoc eſt factum. un-
de, licet non tenerentur interdicto, unde ui, uel ui bo
norum raptorum, de dolo tamen actio competit, ſi-
cut & quādo, unde ui, & ui bonorum rap competit,
ſed ignoratur, contra quem agatur, uel deficit proba
tio, uel quia perſona, contra quam agi debet, terribi-
bilis eſt. uel propter quancunque aliam cauſam, in de-
fectum dabitur de dolo actio. ar. ff. de do. l. 1. & 2. §. fi.
& l. ſequentibus, & l. & eleganter, per totum, & ſequē
tibus. quinimo & quò ad conſilium animæ omnino
tenetur talis cōſiliarius, etiam ſi ſpoliatus poſſet age-
re contra alium. niſi forſan occupanti ex corde remi
ſiſſet. tunc enim liberatus eſſet conſiliatius, non ſic
econtra, ar. ſupra de conſtitu. trāſlato. ff. de reg. iur. cū
principalis. liberato ergo conſiliario nō eſt liberatus
raptor, uel is, ad quem rapina peruenit, niſi appareat,
quod eos intendit liberare: quia licet acceſſoriū ſe-
quatur principale, illud tamen non comertitur. & quod
dixi liberari cōſiliarium liberato raptore, uerum eſt
ſaluo eo, quod ad eū peruenit. illud enim non remit-
titur in conſilio animæ, niſi redderet, vel alius pro eo
ſatisfeciſſet. in quo quidem caſu & alii, qui ſatisfecit,
non damnum paſſo, cōſiliatius hoc, quod ad ipſum
peruenit, in eodem iudicio animæ reſtituere tenere-
tur, licet in contentioſo iudicio ſecus eſſet, ſi uero nō
dedit conſilium de rapina, iuit tamen cum raptore,
non ut iuuaret ad rapinam, quam diſſuadebat, ſed ut
iuuaret eum, ne ab aliquo lædi poſſet, tunc ſi raptor
inuentus eſt in rapina, non tenetur cōſiliarius. ſi au-
tem tali conſilio fretus res aſportauerit, tenetur talis
auxiliator: quia ad rapinam committendam & ſi nō
conſilium, tamen opem dedit, dummodo ſine eo nō
potuiſſet res aſportare. nam ſi ſine eo aſportaſſet, in
nullo teneretur, quod ſi nullus aſportauit, licet alias
damnum dederit, non tamen teneretur is, qui diſſua-
ſit, quāuis iuerit ad hoc ſolum, ut perſonā liberaret,
niſi forſan raptor nullatenus iuiſſet, niſi alterius co-
mitatum habuiſſet. nam in iſto caſu ſemper tenetur:
quia & ſi non ſuaſerit, ope tamen uel facto iuuit. ff. ad
leg. Aquiliam. item Mela. §. primo, ſecundo, & ter-
tio, & §. ſi plures turbantur, & §. item cum eo.
9 ¶ Quid ſi † multi comitati ſunt malefactores, qui
ibāt ad rapinam, vel deuaſtationem aliquarum rerū

facienda. diſſuadebant tamen maleficium, ſed iue-
runt, ne malefactor lędi poſſet, & etiam, ut impedi-
rent aduerſarios, ſi uellent prohibere rapinam, uel de
uaſtationē? Reſpondeo. non tenentur In iudicio ani-
mæ, niſi de eo, quod commiſerant, vel quod eorum
auxilio commiſſum fuit, etiam ſi ad hoc iuiſſent, ut
uiolentiam committerent, eo ſaluo, quod unuſquiſ-
que ipſorum de uaſtis, quæ facta non fuiſſent, ſi ipſe
cum alijs ibidem nō interueniſſet, in uirilem portio-
nem tenetur, ſi eius & aliorum timore alii uaſtum fe
cerunt: alias autem non teneretur aliquis ipſorū, qui
nec facto, nec conſilio rapinam commiſit. aliud eſt
ergo in illo, qui uadit, ut auxilium præbeat: qui non
tenetur niſi de illis, in quibus auxilium præſtiterit, ut
in hac quæſtione: quia talis non tenetur niſi de dam-
no, quod dedit. aliud de illo, qui cōſilium dedit: quia
conſilium ad omnia damna euagatur, ut no. In ſupe-
riori uerſiculo iſtius gl. Sin autem nullius timore ſpe-
cialiter, ſed omnium ſimul ij, qui damnū recipiebāt,
non fuerunt auſi iniuriam propulſare, & ſic damnū
datum fuit, tunc ſinguli pro ſingulis damnis tenētur
in ſolidum. quia unuſquiſq; in quolibet damno opē
dedit, quod uerum eſt in iudicio contentioſo. ff. ad l.
Aqui. item Mela. §. ſi plures. in iudicio uerò animæ
proportionabiliter tantum vnuſquiſque tenetur: ita
tamen ut habeatur æſtimatio eorum, qui magis ſtre-
nui erant, & qui magis timebantur. nam & illi in plus
tenētur. ſed ſi aliquis iuit, vt delinquentes tantum de-
fenderet, non ad rapinam, in nullo tenetur, dummo-
do hoc certum ſit aduerſariis alioquin tenetur, ſi pro
pter eius præſentiam aduerſarii non fuerunt auſi exi-
re: quia præſumptionem probabilem habuerunt. &
idem eſt de illis, qui vadunt cauſa pacificādi, ſi aduer-
ſarij probabiliter dimittant timore ipſorū, quod ſuas res
non defendant. ſignificēt ergo iſtud aduerſariis, ſi vo-
lunt eſſe ſecuri. de irregularitate dicam, infra eo. peti-
tio. in glo. no. quod. in fi. Ille uero, qui uadit, ut rapto-
rem defendat in maleficio, tenetur inſolidū ſicut ra-
ptor, ut ſupra eo. c. §. illi etiam. & de hoc no. Infra eo.
10 petitio. §. 1. ¶ Sin autem † culpa, uel negligentia alicu-
ius datum ſit damnum, vt ſi non bene cohibuit ignē,
ne ad domus aliorum vagaretur. l. Aquili. tenetur. ff.
ad l. Aqui. ſi ſeruus ſuum ab illo. §. ſi arbuſtum, uſque
ad §. ſi cum apes, & l. qui occiderit. §. pe. quod uerum
eſt in foro contentioſo: in ſpirituali uerò nō tenetur
ad emendam, ſed eſt tantum de negligentia pœniten
tia imponenda, ar. 15. quæſtio. 1. inebriauerunt, niſi &
is, qui ignem appoſuit, damnum dare intenderet, uel
in lata culpa eſſet, ut ſi in domum plenā ſtipula ignē
proiecerit. Hoc etiam generaliter teneas in foro ani-
mæ, quod ex quo per quēcunq; ad plenum ſatisfactum
eſt læſo, alter ulterius ſatisfacere non tenetur: ei tamē
compenſare debet, qui pro omnibus ſatisfecit, ſed
nec ſufficit delinquenti, quod læſo ſatisfecerit, imò eſt ei
alias pro peccato, quod commiſit, ſpiritualis pęniten
tia iniungenda, ut patet ēt in gl. In foro uerò iudicia-
li, ſi poteſt diſcerni, cuius culpa damnum datum ſit,
ille ſolus tenetur: alioquin omnes tenentur inſolidū,
ut ff. ad l. Aquil. Item Mela. § ſi plures, & tribus. §. ſe. &
l. ita vulneratus. § fi. ff. de furtis, vulgaris, reſpon. 1. §. fi.
ff. arbo. fur. cæſa. ſi plures. ff. depoſito. l. 1. §. ſi apud, & l.
in depoſiti. 23. quæſtio. fi. cap. fi. Sed contra, quia etiā
ubi diſcerni non poteſt, unuſquiſq; tantum pro par-
te tenetur. ff. de depoſiti. l. ſi duo. Sol. illud uerum eſt,
ſi agitur condictione furtiua, uel depoſiti act. nam ſi
pro vaſis contrafactis agatur. l. Aqui. tunc unuſquiſq;
in ſolidum condemnatur, ut innuitur in c. l. ibi, nā cer
te uerum eſt inſolidum ununquemque dolo feciſſe,
& niſi pro ſolido res non poteſt reſtitui, ſi. l. Aqui. aga
tur, ſecundum Inno. cuius eſt quaſi hæc tota glo. quā
etiam poſuit Hoſt. addebat tamen Inn. quoſdam dice
re hoc locum habere in conſilio animæ. Item quod
hæc obtinent in his delictis, vbi quis non tenetur, nec
de ope, nec de conſilio, tunc enim quilibet teneretur
etiam ſi damna diſcerni poſſent [*Moderata*] quia arbi-
traria [*quidam*] aliàs, quædā [*Illi præterea*] pœnitentia † pa-
rticipātium inter fectoribus excōmunicatis [*Affectio-
ne*] damnabili. 11. q. 3. quatuor. Eſt enim quædam af-
fectio neceſſaria, de qua loquitur gl. [*Scienter*] iſti plus
delinquunt, infra de ſenten. excom. ſignificauit [*Indi-
cenda*] dixit Hoſtien. à princ. uſque hic. 6. gradus poſi-
tos. in quibus. ¶ Peccatum deſcēſiue minuitur, & ſic
12 diminuitur pœnitentia [*Clericos*] pęnitentia † clerico-
rum præſtantium morti conſilium, auxilium, uel fa-
uorem [*Interfuiſſe*] nec mirum, ſi hi puniuntur: quia
nec debent clerici intereſſe, ubi iuſta ſanguinis ſentē-
tia profertur, ne cle. uel mo. ſententiam, de exceſ. præ.
ex literis [*Separatim*] nunquid cum alijs ſic poſt pœni-
tentiam T. idē Inn. ſed nec ipſum reſpōſorium ſimul
cum uerſu dicent per ſe in tertia, uel alijs horis cano-
nicis, quod alias poſſent ex diſpēſatione epiſcopi. de
hoc infra eo. ad audiētiam §. 1. in fi. quicquid dicatur
præter pſalmodiam non uidetur eis aliquid reſeruari
ſecundum Hoſt. [*Fieri poteſt*] hoc dixit, quia quando-
que clauſtrum nō inuenitur uel propter nimiā mul-
titudinem, de ſimonia. quoniam, uel quia fieri non
poteſt ſine graui ſcandalo, de regul. cap. fi. (*Recludendi*)
13 aliàs retrudendi, non perpetuò, ſed ad tempus, ut ſe-
quitur, Hoſt. (*Quinquennium*) dixit † Vinc. quod ſecundum
leges de caſuali homicidio agitur. l. Aqui. ad pœnam
pecuniariam. ff. ad l. Aqui. l. 2. 3. & 4. non ad corpora-
lem. ff. ad l. Cor. de ſic. l. 1. & l. eum. ſi tamē aliquis præ-
ſtiterit cauſam ad homicidium alterius per laſciuiam
per quinquennium relegatur. ff. ad l. Cor. de ſica. le. 4.
§. 1. ſecundum canones quinquennis pœnitentia im-
ponitur. l. diſt. eos. homicidij enim uoluntarij pęna ſe
cundum legem eſt in ſublimibus deportatio, omni-
bus bonis ademptis: in minoribus decapitatio. eo. tit.
l. 3. §. legitur, & l. pe. ſecundum canones clericus depo
nitur: laicus excommunicatur. l. di. ſi quis uiduam, &
14 c. ſi quis uoluntate. Vin. hic. & Goff. infra ca. fi. ¶ † Gl.
alias al. contraria, & ſoluit. ¶ Glo. pe. diſtinguit homi-
cidium voluntarium, caſuale. & neceſſarium, & in ſe-
15 cundo & tertio ſubdiſtinguit. ¶ *In gl. de perſuaſu, ibi. §. 1.*)
loquitur in illo, qui perſuaſit medicamētum (*& ibi. §.
ult.*) loquitur in illo, qui perſuaſit ſeruo fugā, furtum
uel iniuriam. ¶ *In gl. alias inanis, ibi, nam is*) hanc & ſe. ui-
de in c. olim. hic al. In 1. glo. & ſuper illa (*& ibi. l. 1.*) ce-
dens bonis, ſi ſolidum creditor non recipit, non libe-
ratur: ſed in hoc iuuatur: quia non tenetur in carcere
(*Et ibi, l. ult.*) quam habes. 12. quæſtio. 2. ſi ſine. ¶ *In glo.
quia non, ibi, inuito*) ſi inuito, uel ignorante creditore al-
teri ſoluo, non liberor: ſecus, ſi ipſo mandante, uel ra-
tum habente ¶ *In glo. pe. ibi, culpa eſt*) ſequitur, ſe immi-
ſcere rei ad ſe non pertinenti. ¶ *In glo. ult. ibi, ſi plures*) ſi
ex tribus arbitris unus in 15. alter in 10. alter in 5. con-
16 demnat, ualet ſententia in 5. ¶ † *In glo. 1. ibi, mediocre*) quod
dic, ut ſupra de temp. or. ex tenore. & ca. fi. ¶ *In glo. 3. in
fi.*) de cohi. cle. ueſtra. ¶ *In glo. 22. in fi.*) La. ponebat uer
ſum, Quantum, quale ſcelus, ætaſque, ſcientia, ſexus,
Conditio, tēpus, locus iſta, moduſque notat. Tan. ali-
ter. Quid, ubi, quare, quantum, quis, quomodo, quā-
do. Quilibet obſeruet animę medicamina dando. Idē
Vin. Gl. Phi ¶ *In glo. ex corde, ibi, adulteria*) & reliqua de-
licta. ¶ *In glo. 88. in fi.*) & de triplici gradu innocentiæ
no. ibi. ¶ *In glo. unde, in fi.*) ſicut & Saulus in lapidatione
beati Stephani, act. 7. Gof. Hoſt. ¶ *In glo. alias inanis, ibi,
17 tenentur*) hoc in eo, qui † obligatus eſt in genere, uel
quantitate, nā ſi in ſpē liberat interitu ſpeciei. ff. de le. 1. cū
res. §. j. niſi mora pceſsiſſet, vt ibi, Go (*Et ibi, de cætero*) &
co.

co.tit.eos qui, libro ſexto. ¶ *In glo. quia uerò, in fi.*] & per hoc dicit Hoſtien. approbari, quod no. in ſum. de pœni. §. fina. ſub. §. fi. uer. ſed nunquid ſufficit hæc ceſsio, & ſequentibus. ¶ *In gl. in hoc ibi. ſupremam*) & tunc etiam
18 minus peccat, quàm ſciens, ſm Hoſt. ¶ *In † glo. no. quòd*) de materia huius glo. Hoſti. ponebat hic, uer. Lingua, conſilio. præcepto perdis, & actu, uelle, neceſſe, caſu, duo bis diſtingue ſuprema. & eſt ſenſus, ꝙ homicidiũ committitur lingua, & actu. Lingua duobus modis: conſilio, & præcepto, & tunc perditur executio ordinis. actu uerò tribus modis, ſ. uoluntate, neceſsitate, & caſu: ſed in duobus ultimis diſtinguitur, ut dicit gloſſ. remittit autem ad ſum. eod. tit. §. qua pœna. ubi hanc materiam, ut dicit, copioſè expediuit. ¶ Et ſcias, ꝙ aſſeſſores ciuilis fori multum utuntur hac glo. cum ſtatutis editis contra homicidas uti uolunt contra mandantes, inducunt etiam leges. ff. de iuriſ. om. iu. ſi quis id. §. fin. de iure fiſ. l. 2. § diuus. C. de Iudæ. Iudæi. 2. ſed ſi ſtatutum aliquid exprimeret, per quod reale homicidium intelligeret, puta, qui homicidium manu, uel cum enſe fecerit, non eſſet locus ſtatuto. facit infra de iniuri. in noſtra, & quod ibi dicam (*& ibi, nunquam*) etiã poſt pœnitentiã, de accu. inquiſitionis, in prin. [*& ibi,*
19 *illud*] infra Paralipom. 17. & 28. [*& ibi, ſi quis † omnem*] & de con. diſt. 1. capitulo primo, ubi ſatis de hac auctoritate no. dicebat hic Hoſt. ꝙ licet papa non de facili diſpenſet cum homicida uoluntario, ut ſic ad difficultatem referatur, quod legitur. l. diſt. miror, tamen diſpenſare poſſet, ſi uellet, cũ & lex diuina hanc ſibi permittat diſpenſationem, ut patet ex no. de conceſ. præben. propoſuit. unde conceſſum eſt in Phinees nepote Aaron. cui poſt commiſſum in zelo dei duplex homicidium mandauit dominus, numeri. 25. Ecce do ei pacem fœderis mei. & erit tam ipſi, quàm ſemini eius pactum ſacerdotij ſempiternum, quamuis illud & ſpirituale fuerit & ſpeciale, ſicut & alia. 23. quæſtio 8. occidit. ſed idem poſſet papa, de tranſla. capitulo ſecundo, ad idem exemplum Pauli, & quod dicam, infra c. poſtulaſti. nec ob. ſup. capitulo primo, & ſimilia, quæ loquũtur de rigore. de hoc etiã in ſpe. de lega. in tract. diſpen. §. iuxta proponis, ad fi. & § nunc breuiter, uer.
20 4. [*& ibi, de † miſericordia*] i. de diſpenſatione. & hoc placet Hoſti. dicit tamen, quod aliqui dicunt, ꝙ hoc caſu poſt pęnitentiam habet exercitium ſuſceptorum, ſed ad ſuperiores non aſcendit niſi diſpenſatiuè. & ſic diuerſimodè intelligunt canonem ſtatim all. [*& ibi, Io.*] & Go. infra eo. latot. & Inno. uidetur hoc placere, inf. eo. ad audientiam 1. in fi. & c. ſignificaſti. 2. in fi. [*Et ibi, Hugo.*] Vgutio uidetur uoluiſſe etiam hunc repellendum, dicens homicidam nullo caſu promouendum. unde uellet dicere glo. Hugo dicit contra, ſcilicet talem nullo modo promouendum: at contra, talem & ſine diſpenſatione promouẽdum de iure communi. & hoc tenet Bar. Brix. l. diſt. de his, & in q. Aliquis repellendo uiolentiam, quæ eſt Veneri. 12. in ſolutionẽ autem hoc dixit: quia quæſtio non conuenit. & hoc placet Hoſt. ꝙ ſ. in nullo imputetur tale homicidium. & dicit, ꝙ Ro. cu. ſic tenet, & facit quod dixi ſup. cap. ſecundo, ſuper fi. ult. gloſſ. [*& ibi, lator*] & l. diſt. quia te [*& in fi.*] hanc glo. quære. l. diſt. de eis. & de hoc. ea. di.
b de his. 3. ¶ *In glo. ult. ibi, benignior*[b]] 9. diſt. ſana quippe, & 24. quæſtione. 1. ſi quis dederit (*& in fi.*) & infra de arbi. capitulo primo, libro ſexto.

ANNOTATIONES.

a ¶ Plures. Ibi uide & plenius Bar. in le. ſemper. §. 1. ff. quod ui aut clam. & uide in l. ſi id quod. § fi. ff. de iu. om. iudi.

b ¶ Benignior. Vide glo. c. à crapula, de uita, & ho. cle. & Bar. in l. 1. §. expilatores, ff. de effac. & Ci. Bald. & doc. in l. quicunque, C. de ſer. fugiti.

SVMMARIVM.

1 *Percutiens cauſa diſciplinæ deponitur à ſacerdotio, & quo caſu. uide num. 3.*
In ſubdiaconatu non diſpenſat alius à papa.
Homicida quando irregularis fiat, & deponendus.
In baptiſmo deletur peccatum, & omnis ſequela peccati.
2 *Epilogus, & ſuffragium gloſſarum. nume. 3.*
Modi exceſſus punitur, etiam ſi aliàs id moderatè liceret.
Cauſam cauſæ qui præſtat, non punitur, ut qui cauſam proximam præſtat, & quo caſu, iuncta glo. §. ulti.
4 *Suppletio gloſſarum.*
Ex recidiuo quando quis non teneatur.

CAPVT VII.

1 PResbyterum. C. A † ſacerdotio deponiẽ pcutiens cauſa diſciplinæ, ſi modum excedat, & mors inde ſequatur [*Paucos*] maxime, Gof. & tamen propter hoc fortius præſumendũ contra iſtum. de hoc, de cle. percuſ. capitulo ſecundo, [*Deponere*] unde nec in ſubdiaconatu diſpenſat alius à papa, infra capitulo primo, in fi. [*Expiraſſe*] Homicida ergo uoluntarius uel caſualis, ſi culpa præcedat, irregularis eſt, & deponendus, Infra capitulo primo, & c. ſuſcepimus, & c de cætero. quod eſt uerum de homicidio poſt baptiſmum commiſſo. l. di. ſi quis poſt. li. d. aliquantos: ſecus de commiſſo ante baptiſmum ſiue ex officio, ſiue ex uoluntate. In baptiſmo enim delẽ peccatum, & omnis ſequela peccati. 26. d. deinde, ubi de hoc. Alij contra de hoc de diuor. gaudemus. Inno. ſed Hoſtien. remittit ad ſum. eo. ti § qua pęna, uer.
2 lingua, & uer. ſed opponitur, & ſequentibus. ¶ † Gl. 1. ſignat contrarium, & ſoluit ¶ Vlt. glo. arguit, obijcit,
3 & ſoluit: demum quærit, & ſoluit. ¶ *In † glo. 1. ibi, præceptoris*] ſequitur, nimia ſęuitia culpæ aſsignatur [*Et ibi, §. ult.*] qui docendi cauſa percutit, modum excedit, licet non teneatur iniuriarium, tenetur Aquilia [*Et ibi, l. ſe.*] eſt. l. præceptoris, ſuperius all. ¶ *In glo. 2. ibi. l. 4.*] ibi dicit principium, quod tenetur l. Cor. de ſica. qui licet in magiſtratu ſit, facit aliquid in hominis necem, qđ nõ eſt. l. permiſſum. ¶ *In ulti. glo. ibi. l. ulti.*] ſi duxit quis equum in tabernam, & equus mulam olfecit, & mula ducentem calce percuſsit, tenetur dominus mulæ
4 de pauperiæ tantum. ¶ † *In glo. ulti. ibi, mouetur*] de hoc infra de iniur. cap. fi. ſi uero conſtaret, ꝙ aliunde proceſsit recidiuum, uel etiam principaliter ex aliã cauſa mortuus fuit, puta ex corruptis humoribus, in nullo teneretur magiſter. de hoc infra eod. ad audientiam, ſecundum Hoſtien.

SVMMARIVM.

1 *Homicidium caſuale quando imputetur, nume. 2.*
Ludus noxius punitur, num. 4. uide nume. 5.
In directum, ideſt in longum.
Iuri ſuo quis poteſt renunciare, alterius auferre non poteſt.
Ex occaſione præſtita damno quando teneatur quis, in fi. nume. 5. §. fina.
2 *Cum homicida in ordinibus quis diſpenſet.*
3 *Epilogus, ſuffragium, & ſuppletio gloſſarum. nu. 4. & 5.*

CAPVT VIII.

1 COntinebatur. C. † Homicidiũ caſuale imputatur ei, qui dabat operam rei illicitæ, uel licitæ, ſi non adhibuit diligẽtiam, quam debuit. uel ſummetur ſpecialibus adhærẽdo alteri ex lecturis, de quibus dicam infra. Et eſt cõmunis diuiſio, ſed a ibi, Ideoq; [*Viatorũ*] i. qđ uiatores exercebãt, uel exercere ſolebãt. & de hoc ludo ſm Ho. ĩ cõſti. al. ꝑarũ

ludus . ſignata. C. de teli. & ſump. fu. & ale. uſu. (*Indire-*
ctum) i. in longum. ad modum palecti, unde difficilior
erat baculi percuſſio (*Vteretur*) forte uſque ad locum,
ubi erant baculi proiecti, & ſic nõ impediebant iter ſuũ
propter hoc [*Vtentes*] licet iuri ſuo potuerint renun-
ciare, ius alterius non potuerunt auferre, Inno. [*Con-*
tenti] non tamen expreſsè prohibeant, quod & ſi fe-
ciſſent, hoc tamen euenire poſſe debuit cogitare, ſe-
cundum Hoſt. [*In eum*] diaconum [*Qua*] i. falce [*Accin-*
ctus] ita, ꝙ viſui publico nõ patebat, imo inſiliens iuſtè
potuit excuſari. ſi illam non uidit, ſecundum Innoc.
[*De quo*] vulnere, idem ſi occaſione ipſius, ſupra cap.
2 proxi. [*Diſpenſatiuè*] auctoritate † noſtra. quia de ſacris
agitur. nam in minoribus ſuo iure diſpenſaret epiſco-
pus. de hoc infra eo. ad audi. Hoſt. ſignat Vinc. contra-
rium de can. 15. quæſtio. 1. nec is qui. ubi dicitur, quòd
ſi quis extra uoluntatem homicidium facit, nõ depo-
nitur. reſpondet illud intelligi de illo, qui dabat operã
3 rei licitæ, nec fuit in culpa. ¶ † Vlt. glo. ſignat contra-
4 rium, dupliciter ſoluit, & ponit opinionem Io. ¶ *In gl.*
1. ibi nam ludus] ſequitur, noxius in culpa eſt. ¶ *In glo. 2. §.*
cum eo] Si panno rubeo dolo pecus fugani, ut in fures
incideret, teneor furti: ſed ſi ſine dolo. ne ludus noxi⁹
ſit impunitus, datur actio in factum. ¶ *In glo. ulti. ibi. §.*
5 *cum arietes*] uide de iniur. cap. 3. in glo. 2. ¶ *In gl. 1 ibi, con-*
gruebat] dicit Hoſti. ꝙ ſatis congruebat eo modo, quo
contenti erant clerici, maxime gratia leuãdi laboris,
vt hic dicit: ſed conſuetudo ludi hãc culpam induxit,
ſecundum eum. ¶ *In gl ulti. ibi, fecit diuerſos*] ſumptũ hoc
ver. de canon. 23. q. 4. Nabuchodonoſor [*& ibi, in culpa*]
non reddendo ſe talem, ꝙ ſine periculo poſſet equita-
ri. & ſic habes duas culpas ex gl. uel fuit culpa in coo-
periendo falcem, uel in non prohibẽdo, ut dixi in tex.
[*Et ibi, mortale*] ſecundum Tanc. [*Et ibi, arietes.*] ſm La.

SVMMARIVM.

2 *Homicidium caſuale cui non imputetur, & nu. 3.*
3 *Epilogus, & ſuppletio gloſſarum, nu. 3.*
Inſolitum imputatur,
4 *Libere non fit, quod fieri ſine diſpenſatione non poteſt.*

CAPVT IX.

1 FAtor. C. † Homicidiũ caſuale non im-
putatur ei, qui nõ fuit in culpa.
Et primò factum narrat. ſecundò ponit
ibi, ideoque [*Ille*] clericus, cum quo ludebat
[*Iſtum*] P. clericum [*Eius*] P. clerici & proiecti [*In alterum*]
i. clericum proiicientem. & fuit forſan hoc ex uibratio-
2 ne [*Occubuit*] is clericus. cum quo ludebat. ¶ † Gloſſ. 1.
reſpondet per quæſtio. ¶ Vlt. ponit duas opi. cõtrarias
3 ¶ *In † gl. ibi, Iſaac*] & Iſmael. Gen. 21. [*& ibi, fuit*] Gen. 44.
¶ *In glo, 2. ibi, imputandum*] licet cultellum non remoue-
rit: quia magis cõſuetum eſt deferre cultellum, quàm
falcem, & quia ludus iſte non fiebat ex condicto. ſecũ
dum Hoſti. imò ſecundum Inn. forte ad ſcaccos lude-
bant, uel ludum ſimilem. Item hic cultellus erat in va-
gina ſecundum Abb. ¶ *In glo, 3. ibi, quidam*] Ala. & Vinc.
Idem Hoſtien. maximè propter hoc uerbum, liberè,
4 non † enim fit liberè, quod fieri non poteſt niſi diſpẽ-
ſatione præmiſſa. & uide quod dicam, de præben. licet
2. libro ſexto, ſuper uer. de iure. & propter id, quod di-
cit, ſi eſt ita, & alia iuſta cauſa &c.

SVMMARIVM.

1 *Irregularis eſt, ex cuius illicita opera ſequitur homicidium.*
Inter furem & latronem non eſt perpetua diuiſio.
Defenſio perſonæ licet, non rerum, & nu. 3. fallit, ibidem.
2 *Ligat qui bene, deligat bene.*
Cogitandum quod euenire poteſt.
3 *Manſuetudine utitur eccleſia, nec exercet uindictam ſanguinis.*
Cum homicida uoluntario non diſpenſat eccleſia, imò eum deponit.
3 *Epilogus, & ſuffragium gloſſarum, nu. 6.*
Occurrere melius eſt in tempore, quàm poſt tempus uindicare.
7 *Suppletio gloſſarum.*
Captio licita qua.

CAPVT X.

1 SVſcepimus. C. Is, ex cuius illicita
opera homicidium.
ſequitur, irregularis eſt. cõmunis diuiſio 2.
ibi, uerum [*Domus*] forte erat iſta grangia
monacorum, de qua, ſupra de cenſi. c. fi. [*De nocte*] hoc
facit pro monaco, ſupra eod. ſi perfodiens [*Latrones*] ꝑ
hoc patet, ꝙ non eſt perpetua diuiſio de furibus. & la-
tronibus, de qua dixi ſupra capitulo ſecundo [*Ad eos*]
latorem præſentium. & confratrem [*Perſonis*] cuique
licet defendere, ut patet ſupra capitulo ſecundo [*Veſti*
mentis] hic debuerunt potius dimittere, quàm occide-
re. ut ſequitur [*Voluerunt*] & licitè, ſecundum Innocẽ.
ſecundum quem fuit culpa in eo, quod infra dicam
(*Ligatos*) minus bene. & in hoc fuit in culpa non bene
2 ligãdo. unde † & vulgariter dicitur, qui bene ligat, be-
ne deligat ſecundum Ia. ſed ſecundum Hoſti. fuit cul-
pa in dimittendo duos, licet ligatos, in unius poteſta-
te. debuit enim cogitare hoc euenire poſſe ſecũdum
Hoſtien. infra eo. is qui, libro ſexto (*Niterentur*) forſan
non poterant: quia erant bene ligati. & ſit hoc contra
Ia. in eo, quod ſupra dixi (*Pallium*) Mat. 5. F. (*Acriter*) nõ
3 † ſolum perſonas, ſed etiam res licet cuique defende-
re, ſupra capitulo ſecundo. So. ibi, nõ dicit, Te, uel tuas
imò dicit, Te, tuaque, ſed contra, quod etiam clerico
ſua tantum liceat armis defendere, infra de ſenten. ex-
commu. cap. dilecto, libro ſexto. Sol. illud uerum in-
uocando brachium ſeculare, ut ibi, & infra cap. poſtu
laſti, non tamen in propria perſona ſecundum Hoſti.
ſecundum quem iunge, quod no. infra eo. petitio, de
uoto, ex multa. §. de clericis, & in præal. decre. dilecto
(*Iſte*) lator præſentium. multo magis alius qui manu
propria interemit. iſte. n. ex quo res habebat, debuit à
uinculis abſtinere. Inno. uide quod dicam de ſenten.
excommu. ſi uerò. i. in gl. ut clericum (*Manſuetudinem*)
4 ſecundum † quam nulla uindicta de graui ſanguinis
effuſione eſt exercẽda. imò etiã reos ſanguinis defen-
dit, unde nec cum uoluntario homicida diſpenſat ec-
cleſia: imò illum deponit. l. diſt. miror, etiam ſi ſit epi-
5 ſcopus, infra de exceſ. præla. ex literis. ¶ † Glo. 1. diſtin-
guit inter clericũ, & laicũ, ſignat ꝯriũ. ¶ Glo. 2. obiicit,
& ſoluit. ¶ Gloſſ. 3. reſpondet per ob. & ſolutionem.
6 ¶ *In † gl. 1. ibi l. 1.*) uide de reſti. ſpo. olim, infra ſuper ul-
ti. glo. ¶ † *In glo. 2. ibi, furem*) uide ſupra cap. 3. ſuper 3. glo.
¶ *In glo. quia melius, ibi l. 1.*) publicos latrones licet occi-
dere: quia melius eſt in tẽpore occurrere, quàm poſt
tempus uindicare. ¶ *In gl. 1. ibi, capere*] unde dicebat Ho
ſti. per iura. j. al. & per dec. in archiepiſcopatu, infra de
rapto. & infra eo. tua nos, ꝙ licita eſt captio, quæ fieri
põt ſine homicidio, & graui ſanguinis effuſione (*&*
ibi, ſupra c. 2.) ſed ibi dicit, Te, tuaq; defendendo, ut ibi
dixi (*& in fi.*) multo minus contra ſpoliatorem, ſecun-
dum La. ¶ *In glo. 2. ibi, ſed non eſt uerum*) quia illud intelli-
gitur, cum aliter non poſſent euadere. Ab. ¶ *In gl. 3. ibi,*
quæreretur) Mat. 2. ¶ *In glo 4. ibi, apoſtolus*) ad Ro. 12. G.

SVMMARIVM.

1 *Exemplum non ſtringit regulam.*
2 *Epilogus, & ſuffragium gloſſarum, nu. 3.*

Cauſam remotam qui damni dat, non tenetur ut qui propinquam, niſi animo nocendi hoc faciat.
4 *Suppletio gloſſarum.*
Cap. presbyterum, ſupra eod. intellectus.

C A P V T XI.

1 DE cætero. Breue eſt [*Diaconus*] narrat † factū. Idem de alio clerico [*Non uidetur*] nec eſt cōcor. ff. de arbitris, quid tamen. §. 1. aliter ponitur, ſupra de elec. cum nobis olim, in prin. infra de ſent. excom. per tuas, in prin. [*Promouendus*] nec in diaconatus ordi-
2 ne ſubſtituendus, ſupra eo. presbyterum. Abb. ¶ † Gl. arguit, & diſtinguit cauſam remotam, vel propinquā.
3 ¶ † *In t. glo. ibi, nihil*] uide de teſti. ſicut, ſuper. 3. glo. [*& ibi, qui domum habeat. in fi.*] ſi locaui tibi arcam iuxta domum meam, & tu in tuo ędificans terram ponebas in arca, poſtea fluuijs inundata, parieti meo præbuit humorem, & corruit, ex locato teneris, ſed non Aquilia, quæ competit, cum quis ex cauſa damno afficitur, nō per aliam cauſam oblatam [*Et ibi, ſi quis necandi*] ſequitur, infanti ꝫ iaculum aggreſſus, aggreſſa neſcit, ſciat ſe capitali ſupplicio puniēdum. ¶ *In † gl. ibi, presbyterum*] ibi non eſt cauſa remota, imò propinqua & cohærēs. unde idem iuris eſt, ar. ff. de rei uen. quæ religioſis. Ho
a ſtien. [*& in fi.*] de hoc ſupra de teſti.ᵃ ſicut.

ANNOTATIONES.

a ¶ Teſti. Et uide bonam glo. in. l. qui occidit. §. fi. ff. ad l. Aquil.

S V M M A R I V M.

1 *Homicidium caſuale cui imputetur quia uariè committitur, nu. 2.*
Diligentia debita non adhibita punitur.
Lectio, & cantus reſponſoriorum aliquando interdicitur, & quomodo.
3 *Irregularis ex quo conſilio quis euadat, ſi ſequatur homicidium, & quis alius, ut iudex, accuſator, teſtis, ex morte, nu. 4.*
In dubio an quis eſſe reputandus irregularis, nu. 5.
A ſolitis arguitur.
Ex conſilio quo quis puniatur, ſi mors ſequatur.
Promotionis lex non ſemper in facto tantū conſiſtit. §. quid ergo.
Motus unde quis ſit, attendendum. §. quid ſi alicui.
Reuocatio mandatī qua proſit. §. quid ſi mandaui.
Licent multa in genere, quæ non licent in ſpecie.
3 *In dubio quæ interpratatio facienda de irregularitate.*
6 *Epilogus, & ſuffragium gloſſarum.*
In facto finito non eſt opus coniecturis.
8 *Additio gloſarum.*
In ordinibus ſacris Papa tantum diſpenſat; in minoribus epiſcopus.

C A P V T XII.

1 AD audientiam. C. † Homicidium caſuale imputatur ei, qui dabat operam rei licitę, ſed nō adhibuit diligentiā, quam debuit. Communis diuiſ. ſecūda ibi, Quia verò. & hæc diſtinguit. & ſecundum membrum ibi, ſi uero [*Conualuiſſet*] non dicit, ꝙ ad plenum. vnde dubitabatur, an infirmitas, de qua ſequit, proceſsiſſet ex vulnere, nec ne [*Congruenti*] pro tuo arbitrio [*Miniſtret*] ſupra c. presbyterū [*Minoribus*] ita, quod lectionem legat per ſe, & reſpōſoria cantet, niſi propter enormitatem delicti hoc interdicatur à papa, ſupra c. ſicut dignum, ad fi. Hoſtiē. [*Alia*] omnino extranea [*Obierit*] & hoc certū eſt [*Poterit*] de iure communi, & ſine diſpenſatione, cum nō
2 ſit in aliqua culpa. Hoſt. [*Miniſtrare*] quia non conſtat, ꝙ homicidium commiſerit facto, uel ope. & ſic non ob. ſupra c. ſuſceptimus, in fi. uel defenſione, conſilio, uel præcepto, uel ſuggeſtione. & ſic non tenetur, nec eſt irregularis. l. d. ſi quis viduam. de hoc, ſupra c. ſicut.
3 ¶ Quid † ſi quis non conſuluit directè homicidium: conſuluit tamen quodammodo indirectè, puta ſuaſit iactum machinæ, uel baliſtæ, uel ꝙ fiat inſultus ad caſtrū cupiendū, & exinde aliquis interficiatur, nunquid conſulens, uel ſuadens eſt irregularis? Dicit Inn. ꝙ ſic, quia occaſionem ueriſimilem & nimis propinquam dedit homicidio. non enim conſueuit inuaſio caſtri, iactus machinæ, uel baliſtæ, ex quo in homine iacit, de facili fieri ſine occaſione: imò illud eſt huic affine. Eſt ergo imputandum, ut patet in eo, quod le. & no. ſupra e. de cætero, & c. continebatur. §. 1. ſecundum Inn. maxime quia non eſt hoc officium clerici, & maxime ſacerdotis, uel uolentis in presbyterū promoueri, ut patet ī eo, quod le. & no. ſup. eo. ſuſcepimus. §. fi. ſupra de poſtulando. c. fi. in prin. ſaluo eo, qđ no. j. infra eo. uer. quid ergo ſi ſubdito, & ſeq. Hoſtiē. Quid ſi conſulat ꝙ caſtrum furtiuè, vel proditionaliter capiatur? Reſpondeo, ꝙ ſi aliquis ibi occidat. nō tamen proptea hoc conſulēs erit irregularis, niſi eſſet ueriſimile, ꝙ hoc non poſſet fieri ſine morte hoīs ſecundum quoſdam. Alij dicunt forte melius, ꝙ cum
a illicitum opusᵃ conſulat, irregularis erit etiam, ſi caſu ſequatur mors, vt in p̄dictis iuribus. Et idem, ſi mādauit aliquē uerberari: quia ſatis credibile eſt, quod verberatus ſe defendat, ſecundum Inno. ſupra eo. c. 2. & quia ex plagis uerberum poſſet mori, infra eo. Petrus, & eſt expreſſum, infra eo. is qui, li. 6. ¶ Quid ergo ſi conſulatur, ꝙ maleficus capiatur, uel alias det conſilium in opere licito? Reſpondeo tunc non eſt irregularis conſulens, ſi præter conſcientiam ſuā maleficus etiam occidatur, ar. infra e. c. fi. ſecus, ſi directè in mortem alicuius conſilium dediſſet: tunc. n. ſemper eſſet irregularis, morte exinde ſecuta, ſup. ne cle. uel mo. ſententiam, ſecundum Inn. idem ſi de uoluntate ſua turbata proceſsit, puta, parentes clerici uerberati conueniunt, & dicunt, ꝙ uolunt hoc uindicare, nec clericus contradicit expreſsè, ar. ſupra in eo quod le. & no. ſup. de ſi. Matthæus. Quid ergo ſi expreſsè hoc prohibeat? ſecus eſt, ar. de ſimo. ſicut nobis. §. 1. & expreſſum, infra e. Petrus, dūmodo ex corde hoc faciat alioquin in conſpectu dei cadit, cum tacitè cōſentiat homicidio. & ſic lex promotionis non ſemper in ſolo facto conſiſtit, ſed in facto, & in aīo. p̄bantur hæc 15. q. 1. c. fi. & q. 6. ca. 1. ante fi. ¶ Quid ſi alicui lęſo, uel alicui, cuius intereſt, conſulatur homicium fieri, ille tamen cui conſulitur, non ſtatim, ſed poſtea etiā longo tempore interpoſito perpetret homicidium? Reſpondeo, irregularis eſt conſulēs, niſi antea cōſilium datum reuocauerit, & niſi etiam illi, qui occidi debebat, ꝙ ſibi caueat, denunciauerit. verumtamē ad hāc denunciationem faciendam non aſtringitur. ſi firmiter & probabiliter credat cōſiliarius, ꝙ is, cui hoc ſuggeſſerat, reuocationi conſilij acquieſcit, ſecundū Inno. hoc uerum eſt, ſi homicida ex illo motus fuit, ar. ſupra c. ſicut dignum. §. qui uerò, & §. fi. ſupra c. c. proxi. Talis autem homicida, ſi ex illo conſilio in nullo motus fuit, non erit cōſulens irregularis, ar. in eo, qđ le. & no. ſupra de re. iu. cum. l. & A. §. quia uerò, & §. ſi uerò, maxime ſi ſuaſit, ꝙ inf. certū tp̄s occideretur, & lapſo illo tempore hoc commiſit, ar. in eo, quod le. & no. ſupra de ſpon. de illis, & cap. ſicut ex literis. §. 1. ¶ Quid ſi mandaui alicui, ꝙ inimicum meum interficiat, & poſtea hoc reuoco, ipſe nihilominus occidit ipſum? Videtur ꝙ nō ſim irregularis. Quinimò uidetur, ꝙ etiā ſufficiat, ſi is, cui hoc mandamus, ſciuit, ꝙ mihi reconciliatus eſſet, ut ſi mecum parentelam ꝯxiſſet, ar. ff. de adimē. leg. l. 3. §. fi. & l. ſe. & eſt rō diuerſitatis inter hūc caſum, & ſuperiorē: q a qn̄ hoc mādo

cauſa mei tantum, probabiliter præſumi poteſt, ꝙ re
uocationi acquieſcat: ſecus, quando hoc mando cau
ſa ſui: quia magis conſueuerunt homines ſeipſos di-
ligere, quàm alios, ſecundum Inno. diſtingue tamen
ſecundum Hoſt. ut in præcedenti. q. diximus. ſ. utrum
ex illo mandato, quamuis reuocato, ſit ſecutum ho-
micidium, & tunc eſt irregularis: uel non, & tunc nõ
eſt irregularis, quia uerò hæc probatio difficilis eſt, ta
lia non ſine periculo ſuggerũtur. nam & in dubio tu-
tius eſt abſtinere, ut patet in eo, quod le. & no. ſupra
eo. c. §. proxi. quid ergo, ſi homicida iuratus, & inter-
rogatus dicat, ꝙ in nullo motus fuit propter cõſiliũ,
vel pręceptum prædictũ? Reſpõdeo, ſi hoc famoſum
ſit, uel exinde ſcandalum ſit ſuſcitatum, non eſt ei ſo-
li credendum, ut patet, infra e. c. 2. §. fi. Si uerò occul-
tum ſit, tunc ſequitur conſulens conſcientiam ſuam,
ar. infra eod. exhibita. §. 1. & c. penũo. §. fi. ut tamen in
dubio abſtineat, ut ſupra no. ¶ Quid ſi aliquis conſu-
lat alicui, quod proijciat ſe in mari, uel ꝙ de monte ſe
præcipitet, & ille, cui hoc ſuggerit, acquieſcit, nunqd
eſt irregularis? Reſpõdeo. ſic, ut patet ex præmiſsis, ar.
l. di. ſi quis viduam, ſecundum Inno. & in alijs iuribus
alle. ſupra ea. gl.' in prin. ¶ Quid ſi Titius Sempronio
conſulat, ꝙ alium occidat, & ille, cui hoc ſuggerit, in-
uadit illum, quem debet occidere: ſed alius reſumptis
uiribus aggredientem ſe occidit, ut ſupra eo. ſuſcepi-
mus? dicunt quidam, ꝙ irregularis eſt cõſulens: quia
conſilio illiciti operis operam dedit. unde quicquid
male inde ſequitur, etiam ſi caſu hoc cõtingat, eſt ſi-
bi imputandum, ar. ſupra eo. ſuſcepimus, & c. cõtine-
batur, maximè quia non plenè examinauit conſiliũ.
debuit. n. apud ſe conſiderare, ꝙ non ſolum poterat
occidere aduerſarium, ſed ab ipſo occidi, ar. in eo, qđ
le. & no. ſupra eo. c. 2. & ideo eſt irregularis, ar. l. di. hi,
qui arborem, & c. ſœpe. Alij contra, quia nec in actu,
nec cõſilio & c. ut ſupra eo. in princ. homicidium cõ-
miſit, niſi hoc feciſſet in fraudem, ut ſ. is, cui hoc ſug-
gerebat, ab aduerſario occideretur, ar. c. hi qui arbo-
rem, & c. ſœpe, infra eo. ſignificaſti. i. Nec ob. ꝙ conſi-
lium malum fuit, & magnæ negligentię: quia nõ fuit
ad mortẽ eius, & bene debuit ſibi cauere ille, cui hoc
ſuggerebatur, ꝙ captaret locum, & tempus, ubi ſine
periculo perficere poſſet. nam ſi incitaret aliquẽ ad
occidendum alium, vbi periculũ eſſet, tunc eſſet con
ſulens irregularis, etiam ſi ille ab aduerſario occidere
tur. nec ob. ſi dicas, quod non fuit bonum cõſilium,
ut ex euentu apparet: quia non debuit tranſgredi fi-
nes mandati. ff. mandati. diligenter. Et ideo, ſi bene ſi-
bi non cauit, non uidetᷣ conſilio eius hoc feciſſe. nec
eſt irragularis ſecundum Inno. ¶ Quid ſi aliquis ſua-
deat alicui, ꝙ pro patria ſua, uel iure ſuo defendẽdo,
uel proximo ſumat arma, & ſe exponat periculo, &
in illo conflictu aliquis moriatur? Reſpondeo, nõ eſt
cõſulẽs irregularis, etiam ſi ibi moriatur ille, cui hoc
conſuluitur, ar. 23. q. 3. pro membris, & c. ſi quem, &
q. 8. hortatu, & c. præ. & ſe. ſecundum Innocẽ. ¶ Quid
ergo, ſi ſubdito fiat conſultus cõtra hoſpitium alicu-
jus epiſcopi in ciuitate, & idem epiſcopus, qui intus
eſt, & de morte ſua, & ſuorum timet, dicat ſuis, aſſu-
matis baliſtas, & oĩa arma, & defendatis nos, & nos,
& familia hoc faciat, & multa homicidia hincinde
cõmitanť? Rñſo ſecundũ Hoſt. ſi timebat de perſona
ſua, uel ſuorum, licitè fecit, ut in prædictis iuribus, in-
fra de ſen. ex. dilectus. §. & quidem, li. 6. ẽ. eo. c. 2 §. fi. &
eſt hoc inſultatium duritiei imputandum, inf. eo. po-
ſtulaſti. Si uerò de rebus tantũ, potius debuit ipſas ex
ponere, ſup. c. ſuſcepimus. §. & quidem, li. 6. e. c. 2. § fi.
& eſt hoc inſultantium duritiei imputandũ. ĩ. e. poſtu
laſti. Si uerò de rebus tantum, potius debuit ipſas ex-
ponere, ſup. eo. ſuſcepimus. §. fi. tutius tamen eſt, ut de

baliſtis nõ faciat mentionẽ expreſſam, ar. in eo, quod
le. & no. ſup. c. gl. quaſi in prin. uer. quid ſi quis nõ cõ-
ſuluit directè, & inſ. de ſagitta. c. unico. tũc. n. non im-
putabitur, quãuis hi, quibus in gñe dictũ eſt, aſſuma-
tis arma, ipſas baliſtas aſſumant: & ſic multa licent in
gñe, quæ nõ licent in ſpẽ, ut patet in eo, qđ le. & no. ĩ.
eo. poſtulaſti. §. unico, in prin. & qđ no. ſupra de iure
pa. ex lr̃is. & adde, qđ no. ſup. ne clerici, uel mo. ſnĩam
§. 1. caueat ẽt quilibet clericus. ne in propria perſona
ad conflictũ uadat: alioquin, ſi hoc fecerit, & alios ꝑ-
cuſſerit, & appareat ibi aliquos interfectos, de quibus
ipſum remordeat cõſcientia, abſtineat reuerẽter. ĩ. c.
petitio. no. ẽt ꝙ in omnibus conſiliũ eſt cautũ, ut ſua-
dens uel conſulens apertè exprimat, ꝙ omnino abſti
neant ab homicidijs. ar. ĩ. c. Petrus, & c. ſignificaſti. 2. §.
ad ultimũ. & de hoc no. ſup. ne cle. uel mo. c. 1. reſp. 1.
ubi ẽt no. quædam aliæ utiles qõ. ẜm Hoſt. Quid ſi ali
cui conſulatur, ꝙ ſe indubitanter morti exponat pro
honore Chriſti, uel pro fide, uel pro libertate eccl'iæ?
Reſpõdeo. non eſt irregularis, ẽt ſi mors inde ſequať,
cum Chriſtus primò pro nobis mortuus ſit, & ei te-
neamur repẽdere uicẽ. vñ & ſancti martires pro Chri
ſto ſanguinem ſuũ fuderunt & alijs uerbo & exẽplo,
ut funderẽt. ſuggeſſerunt, ẜm Inn. vt patet in uitis co-
p rundẽ. 13. ¶ Quid † ſi aliquis aliũ accuſauerit ad mor-
tem, uel in illa cauſa iudex, uel aduocatus, uel teſtis
fuit, & mors exinde ſecuta fuit, irregularis eſt. l. diſt.
ſi quis uiduã, ſup. ne. cle. uel mo. ſnĩam, ẜm Inn. ſupra
eõ. decetero. ¶ Quid ſi qs accuſat ad mortẽ fratrẽ ali
cuius clerici iuriſperiti. ipſe iuriſperitus defendit fra-
trẽ. & obtinet ipſum abſolui, q aliàs forſitã fuiſſet cõ
demnatus ad mortẽ, & ideo contingit accuſatorẽ de-
capitari, qui obligauerat ſe ad pœnã talionis, nũquid
iuriſperitus cenſetur irregularis? quid de hic dixerit
Ho. dixi, ſup. de poſtulã. c. 1. ſup. i. gl. ibi uideas. ¶ Quid
ſi aliquis tenet vrſum, uel leonẽ, uel ceruũ, & hoc oc-
cidit aliquẽ, nunquid eſt tenẽs ipſum irregularis? Di-
cũt quidam, ꝙ ſic, qa eſt, ꝙ ei põt imputari hoc ipſo,
ꝙ tale animal tenet, ar. l. di. hi ꝙ arborẽ, & c. ſœpe. Alij
ꝯ dũmodo malitiã nõ adhibuit, uel in lata culpa non
ſit, & hoc uerius putamus, ar. ff. ſi qua. pau. ſe. di. l. 2. &
5. l. fi. nam circa hanc materiã † duas regulas trado. Pri-
ma eſt, ꝙ in dubio nec magr̃, nec iudex debet aliquẽ
iudicare irregularẽ, ar. de pę. di. 1. §. pœnæ. ff. de pęnis,
interpretatione, & l. ſi præſes. Secunda eſt, ꝙ in dubio
unuſquiſq; debet ſe irregularem reputare, ut patet in
eo, quod le. & no. ſup. eo. c. §. prox. ergo quãuis ipſum
irregularẽ non iudicẽ de crimine: ſi tñ petat à me cõ-
ſiliũ, in dubio conſulam, ꝙ ſe irregularẽ dẽat reputa
re, ut petat, ſup. de ſimo. Matthæus. uel ad minus, ubi
non eſt infamatus, eſt ſuæ conſcientiæ relinquendus,
ut patet in eo, qđ le. & no. infra e. c. 2. & c. petitio, ante
fi. ferè totã hanc gl. uidere potes in ſpe. de le. in tract.
diſpẽ. §. iuxta ꝓpoſitionis, uer. ſed quæriť, qñ occaſio-
6 ne homicidij, & ſequẽtib. tribus col. ¶ † Gl. 1. reſpõdet
per qõnem, & ſolutionem. ſecundo ſignat ꝯrium, &
ſoluit. ¶ *In gl. 1. ibi, in ambiguis*] uide de teſti. cũ clamor,
in glo. 2. ¶ *In glo. 2. ibi, cum ita, in fi.*] qui promiſit Epheſi
dare, ex quo ibi peruenit, etiã ſi diplomate ſit uſus, ſta
7 tim obligatus eſt. ¶ *In † glo. 1. ibi, leuiter*] & ſi cingulum
erat molle. G. ¶ *In glo. ult. ibi, diſpenſationem*] contra. l. di.
minor. illud de uoluntario homicida: hoc de caſuali,
ẜm Vinc. [*& in fi.*] per quam dec. probatur ſolum pa-
pam diſpenſare in ſacris. putat tamen Hoſtien. epiſco
pum diſpenſare in minoribus ſuo iure, & ſimul. qđ
no. de bigamis, capitulo ſecundo.

ANNOTATIONES.

a ¶ Opus. & ad ſe non pertinens, infra eodem ſignificaſti, el ſe-
cundo.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Homicidium caſuale cui non imputetur.*
2 *Additio gloſſarum.*
Neceſſitas, & caſus fortuitus excuſant ab irregularitate.
Quò ad irregularitatem ex actu prouenientem non differunt promouendus, & promotus.

CAPVT XIII.

1 **D**Ilectus. Caſus. † Homicidium caſuale non imputatur ei, qui dabat operam rei licitæ, nec fuit in culpa, cõmunis diui, ſecunda ibi, ideoque[*Excitaret*]
iuſta & honeſta cauſa fuit iſta. Hoſtien. [*Qui*] equus[*Refrenare*] hoc dicit, ut appareat illũ dediſſe operam rei licitæ ſecundum Vinc. [*Intulit*] ſicut debuit. Inno. [*stimulauit*] ſicut debuit. Inno. q. d. non exceſsit modum Hoſtien. [*Obuiauit*] equo currenti [*ſeſſore*] neſciebat for
2 ſan equitare, uel erat debilis. ¶ [*Int glo. 1. ibi. §. 1.*] hunc. §. & ſe. uide in præ. c. ſignificaſti. ſuper glo. ¶ [*In glo. 2. ibi, qui iniurin*] uide in cap. ſtatim alle. ſuper. 1. glo. ¶ [*In glo. pe. ibi, irregularis*] niſi neceſsitas excuſet, ſupra eo. titu. c. 2, uel caſus fortuitus, infra c. 3. & c. Ioannes., & capit. fin. Hoſtien. non uideo quò ad irregularitatem pro-
a uenientem ex actu, quòd differant promouendus,[a] & promotus.

ANNOTATIONES.

a ¶ Promouendus. Vide infra eo. c. 2. per Io. And. & glo. in c. lator, & Cle. 1. eo. ti.

SVMMARIVM.

1 *Ictus unde proceſſerit, ex liuore præſumitur.*
De circumſtantiis debet confeſsor, & iudex, etiam ſi nihil opponatur, diligenter inquirere.
Libere, id eſt ſine impedimento.
2 *Additio gloſſarum.*
Scandalum, & infamia impediunt officium ſacerdotis, & quouſque.

CAPVT XIIII.

EX literis. Summatur ut proximũ. Et ponitur. 1. conſultatio ſecundò papę indagatio. 3. Reſponſio. 2. ibi, Nos aũt. 3. ibi, Ad te [*Deponere*] dabat er
1 go operam rei licitæ [*Liuoris*] de quo † poterat præſumi, quòd ex ictu perticæ accidiſſet, ar. de his qui fi. oc. ca. fin. Hoſtien. [*Læſionis*] quia nec apparebat cutis fracta, nec ſanguis effuſus [*Quæſiuimus*] diligens ergo in talibus eſſe debet iudex, uel confeſſor, ut de circunſtãtiis inquirat, etiam ſi nihil opponatur, de pœnitẽtiis, omnis de ele. cum nobis olim [*Se habet*] tolle, quod eſt infra, ipſum liberè & cæt. [*Liberè*] ſ. ſine ullo impedimento. nec enim eget diſpenſationem, cum in culpa non
2 fuerit ſupra eo. lator, infra c. Petrus. Hoſtien. ¶ † Vlti. glo. ſignat contrarium, & ſoluit ¶ [*In gl. 2. ibi, ſiue*] ſe corrigit. ¶ [*In glo. ult. ibi, tua*] & infra de pur. ca. inter [*& in fi.*] Hoſt. contra, qui intelligit iſtam literam, ꝙ ſolũ ſcandalum ſufficiat, ut ſi puer erat ex magno genere, infamia uerò tunc demum, cum non purgatur: ſed ſi propter antiquitatem temporis, uel quia pacificatum eſt, ceſſet ſcandalum, ceſſabit effectus. & facit quod no. infra capitulo. Petrus, in 1. gloſſ. diſtingue an ſit tale ſcandalum, quod per purgationem ceſſare poſsit, & tunc procedit gl. an non, & tunc procedit dictũ Hoſt.

SVMMARIVM.

1 *Temporamentum philoſophicum quod hic.*
2 *Suffragium, & additio gloſſarum, nu. 3.*

CAPVT XV.

EX literis. Vt ſupra. Commmunis diuiſio. & ſecunda ibi, Quocirca [*Subſeruiens*] alias deſeruiens [*Ipſo*] monaco & ff. de. uer. ſig. l. ſępe. Hoſtien. [*Conſuetudinem*] ff. ad l. Aquil. item ſi obſtetrix. §. fi. & l. ſe. & l. item Me-
1 la. 1. reſpon. Hoſtien. [*Satis*] philoſophicum † temporamentum. libere enim hoc poteſt, ex quo non eſt in culpa, & dabat operam rei licitæ, ſecundum Hoſti.
2 ¶ [*In † gloſſ. 2. ibi, ſi putator*] §. ſe. idem dicit, quod hæc lex.
3 & uide, infra c. fin. ſuper ult. gl. ¶ [*In † glo. 1. in fi.*] uel proprie, pone quod deponebat animo furandi, uel ne
a ſecundum loci conſuetudinẽ[a] ſignum poſſet ſonari contra maleficum.

ANNOTATIONES.

a Conſuetudinem. Quia tunc tenetur, qui dabat operam illicitæ.

SVMMARIVM.

1 *Equus quis dicatur bucca durus.*
Vitium in re ſua quo caſu excuſet, & nu. 3. in fi.
Credere in re aliena uitium quis non tenetur.
Pœnitentiæ parte peruncta quis reſtituitur ad ſtatum priſtinum, in fin.
2 *Epilogus, & ſuffragium gloſſarum.*
Infirmus, uel imperitus quid affectare non debet in læſionem alterius iuncta glo.
3 *Additio gloſſarum.*
Imputatur quod præuidere quis potuit, & non præuidit.

CAPVT XVI.

SIgnificaſti. Summatur, & diuitur ut dec. ex literis. 1.
[*Stimulauit*] ut debuit, Inno. [*Bucca durus*] ille
1 † equus more Italico dicitur bucca durus, qui frænum non timet, nec eo retineri poteſt, quouſque uult currere. T. [*Vitium*] ultimum. ſ. quòd bucca durus eſſet. de primo enim ſ. quod proiiciebat ſe in aquam quantum ad hunc caſum, de quo hic quęritur, uis non eſſet [*Ignoraſſe*] ſi ſuus erat equus, excuſandus erat, ſi prius equi uitium non percepit. ſi non ſuus, credere non tenebatur eum uitioſum. Inno. [*Peruncta*] vel
2 eius parte, de temp. ord. ex tenore, de fur. c. ult. ¶ Gl. 3. quærit, & ſoluit. ¶ [*In glo. 2. ibi, dicitur*] lex illa. & §. ſeq. loquuntur in mulione, uel equitante, qui propter infirmitatem, uel imperitiam ſuſtinere non potuit impetum mularum, uel equi, quo uehebatur, & ſic impetus ille nocuit, ¶ [*In glo. 3. ibi, à barbaris*] uide de pur. ca. 1. ſuper gloſſ. pe. [*& ibi §. 2.*] uide de iura. ca. c. 2. ſuper 1.
3 gloſſ. ¶ [*In † glo. 2. in fi.*] ſecundum Io. unde dicebat Go. quod ſi ab eo inſtructo & perito in equitando potuiſſet hoc præuideri, imputaretur ei. infra. c. ulti. ¶ [*In glo. 3. ibi, à barbaris*] infra de ſenten. exc. ſacro [*& ibi, compurgatores*] non putat Hoſtien. hoc neceſſarium, niſi laboret infamia, ſupra capi. 2. & infra titu. 2. ¶ [*In glo ult. in fin.*] uenialiter enim peccaſſe uidetur, ex quo equi uitium ignorabat Vinc.

SVMMARIVM.

1 *Homicida quis non cenſeatur cauſam non dans ad homicidium.*
Initium rixæ unde cœperit, inſpicitur, ut quis dicatur irregularis, ſi amici, uel conſanguinei quem occidant, uel debilitent.
3 *Epilogus, & ſuffragium gloſſarum. num. 4.*
Cogitans quid facere quo caſu puniatur.
5 *Suppletio gloſſarum.*
Prohibitio quibus modis probetur.
6 *Iniuriarum actionem læſus remittere tenetur, ſi ſit quòd ſui eum occident.*
Celans tractatum homicidij an teneatur.

CA-

C A P V T XVII.

1 PEtrus. Caſus. Non † cenſetur homicida is, quo prohibente, & cauſam non dante homicidium factum eſt. & in 1. facti narratio. in 2. prouiſio. 2. ibi Quo
circa [*Abbas*] forſan ſecularis, ſicut ſupra de renun. ex
tranſmiſſa. Hoſtien. [*Eius*] Petri diaconi [*Conuenerunt*]
non uocati à Petro: uel uocati, ſed propter aliam cau-
ſam. Ho. [*Dicebant*] & forte bene biberant ſecundum
Hoſ. [*Incurreret*] id eſt incurrere poſſet [*Relicto*] ſum-
ptum Luc. 10. [*Expirauit*] ex illis plagis. & hic no. Hoſt.
quod eſt expeditum, infra eo. is qui, lib. 6. [*Liberam*] ar-
gu. contra ſupra de teſti. conſtitutis. l. dic ut ibi [*Aucto
ritate*] hic ad cautelam, & quia id petierat habens for-
te nimis ſcrupuloſam conſcientiã. Hoſ. uel de genera
li auctoritate loquitur [*Occaſionem*] iniuriam enim re-
2 ceperat, non intulerat: & † dicit hoc, ut noteſ, ꝙ ſi quis
rixam incipiat, in qua percutitur, uel malè tractatur,
propter quod ipſius amici, & conſanguinei indigna-
ti, aliquem etiam præter conſcientiam ſuam propter
hoc occidant, uel debilitent, irregularis erit ille, cum
culpa ſua præcedat caſum. ad id ſupra c. prox. ſt. ſi qua.
pa. ſe. di. l. 1. §. cum arietes. C. de adult. quoniam Alexã
drum. ad l. Iul. de ui publica, quoniam multa facino-
ra, ſupra c. de cętero, & c. preſbyterum. caueat ergo cle
ricus, ne ſit rixoſus, uel litigioſus 45. di. per totũ. alias
autem ſi occaſio eſſet remota, vel propinqua, & iuſta,
ac præter conſcientiam ſuam ille occideretur, non eſ-
ſet irregularis. 23. q. 5. cum homo, & c. de occidẽdis, &
3 not. ſupra c. de cætero. ¶ † Gloſſ. 1. quærit, & remittit.
¶ Glo. 3. reſpondet per quæſtionem, quid ſi non pro-
4 hibuiſſet: arguit pro & contra, & ſoluit. ¶ † *In 3. glo. ibi. l.
ult*] uide de priuil. cum olim. ſuper ult. glo. [*& ibi circa
prin.*] ibi punitur cogitans trahere de eccleſia fugientẽ
5 ad illam. ¶ *In † glo. 1. ibi c. proxi.*] & ibi dicit, ꝙ per iuramẽ
tum putat Hoſt. hoc probari poſſe per teſtes, ſi q fue-
rint prohibitioni præſentes. & in defectum etiã per
illos, quibus prohibitio facta fuit, de teſti. co. c. fi. & ad
de, quod dicam infra c. proxi. ſuper. 4. glo. ¶ *In glo. 3. ibi,
6 quia præſulatus*] ubi de hoc, ubi etiam † no. nunquid læ-
ſus teneatur actionem iniuriarum remittere, ſi ſcit, ꝙ
alias ſui lædẽrem occident [*& in fi.*] adde, quod no. 2. q.
5. auditum, ex quo non prohibuit, non uidetur in cul
pa non faciendo aliquem præſcire tractatum, q fuit
habitus de ipſius morte, quod eſt uerum, ſi non cre-
didit, nec credere debuit ipſius obtentu contra ipſius
prohibitionem homicidium fieri: ſecus, ſi crederet.
Alii dicunt eum non irregularem: quia nõ reuelauit,
eum non poſſit dici committere homicidium facto
mandato, conſilio, uel defenſione. l. di. ſi quis. Innoc.
ſic etiam loquitur ſpe. de lega. in trac. diſpen. §. iuxta
propoſitionis. 14. col. uer. quid ſi amici. & facit, quod
dixi ſupra c. ad andientiam, cir. prin. gloſſ. magnæ. poſ-
ſet diſtingui, an doloſè celauerit, nec ne. & facit quod
dicam, infra de ſen. excom. quantę.

S V M M A R I V M.

1 *Percutiens quò ad legem promotionis habetur ut homicida concurrentibus hic expreſſis, & nu. 2. 3. 4.*
Promotionis lex in quo conſiſtat, & nu. 3.
Ordinis executionem quod impedit, & fortius ordinis promotionem.
2 *Euchariſtia qualiter cuſtodienda.*
Irregularitas ex percuſſione qua incurratur, & nu. 3. 4. 8.
3 *Ex ex detentione latronis, uel clamore meo contra eum uel ex actione mea ad reſtitutionem furti quibus caſibus contrahatur, & nume. 4.*
4 *Mandato conſenſus tacitus, uel expreſſus comparatur.*
5 *Ex petitorum iudicio poteſt quis in dubio ſuam conſcientiam ſerenare.*
In arte ſua cuilibet doctori creditur. & nu. 6.
6 *Ad infirmitatem cognoſcendam mittitur medicus.*
7 *Homicidium ſi perpetratur ab uno de multis, ſed à quo, omnino neſcitur, utrum ſit pariter omnes ab ordinibus repellendi, & nume. 12.*
In dubio partem tutiorem eligendam.
Comparatiuum pro poſitiuo ad dictio. Tutius.
8 *Iniuriarum propulſando an excuſet à pœna.*
Pœna canonica conſiſtit in quatuor.
9 *Armis his quis debet ſe defendere, quibus impetitur.*
Caput nobilior pars corporis.
Locus, ubi quis punitur, facit iniuriam atrocem.
10 *Moderamen tutelæ quod, & nu. 14. & 15.*
11 *Epilogus, & ſuffragium gloſſarum, nu. 12.*
Ex pluribus percuſſoribus ſi non appareat quis occiderit, qui teneãtur, & ſupra, nu. 5.
13 *Suppletio gloſſarum.*
Creditur quandoque etiam in foro contentioſo ſuper his, quæ probari non poſſunt.
Probationibus eſt ſuccurrendum.
Veritatẽ melius nemo nouit, quam is, de cuius quæritur cõſcientia.
Legi Saracini us. 1. q. 7. quando ſit locus. §. 1.
14 *Vim illatam perſonę, uel rebus quando & qualiter liceat repellere iuncta gloſſa, & nu. 15.*
Brachij ſecularis auxilium poteſt & ſuum & extraneum prælatus ad recuperationem rerum eccleſiæ poteſt inuocare.
Bellum non eſt auctoritate propria mouendum, in fin.
15 *Defenſio rerum quare magis, quàm perſonæ dilatetur.*
Membrorum ſuorum nemo dominus.

C A P V T XVIII.

1 SIgnificaſti. Caſus. Quò † ad legẽ promotionis habetur
percutiens vt homicida, de cuius vulnere,
an fuerit lætale, vel non, ſciri nõ poteſt, ſi p
cuſſus ab eo, ab aliis occiſus extiterit. communis diui
ſio. ſecũda ibi, nos in præmiſſo, quæ diſtinguit, & pri-
mum membrum proſequitur ibi, Et quidem. ſecun-
dũ ibi, Quod ſi. nec mireris, ſi dixi de lege promotio-
nis: quia lex illa conſtat nõ ſolum in promotione ad
ordinẽ, ſed etiam in executione ordinis, ad quem qs
iam eſt promotus. & quod impedit ſecũdum, fortius
primum, de iureiur. quemadmodum. 15. q. ult. §. fin.
2 [*Euchariſtiam*] hæc † eſt cuſtodienda ſub fidelibus cla-
uibus, de cu. eu. c. 1. [*Eccle.*] ſpoliatæ [*Percuſſit*] non di-
cit in quo loco, uel qualiter [*Loco*] forte in quo percuſ-
ſus erat per preſbyterum [*Occiderunt*] ſi propter ictum
fugere nõ potuit, quo non facto omnino fugiſſet, &
parochianorum manus euaſiſſet, ſecundum Ho. irre
gularis eſt preſbyter ex cauſa tam propinqua, ſupra c.
de cętero, & c. ſuſcepimus. Ho. [*Non inflixit*] p hanc lite
ram dixit Io. de De. lib. 1. q. 31. & Egi. de Foſ. ꝙ clericus
3 † irregularis non ſit, qui habens uerba cum laico illũ
leuiter percuſſit, ſed ad rumorem traxit inimicum il-
lius laici, qui illum occidit [*Letalem*] i. mortalem [*etſi*]
pro an. Hoſt. [*Voluntatem*] ergo ſi uoluntatem habuit
occidendi, & percuſſit, quamuis non lætaliter, ſi ex a-
liorum percuſſionibus mortuus, irregularis cenſetur
ſecundum Inno. per can. all. hic in glo. quod intelligit
Hoſt. cum illum potuit liberare, & non liberauit, arg.
ex no. ſupra c. proxi. & c. ſicut dignũ. §. illi. Quid ſi nõ
percuſſit, ſed latronem detinuit, uel contra illum cla-
mauit, quod ſi non feciſſet, latro fugiſſet, & euaſiſſet.
diſtingundũ uidetur, utrum hoc fecerit in mortem
ſuam, & tunc eſt irregularis: uel ad hoc ut tantum ca-
peretur, & non occideretur, & tunc non eſt irregula-
ris, ſecundum Inno. ſed cum lex promotionis non in
uoluntate, ſed in facto conſiſtat. 15. q. 1. c. fi. talem indi
ſtinctè putamus irregularem, ut patet in eo, quod no.

ſupra

ſupra Ho.hoc idē no.hic In.quaſi ſibiipſi ɔ̃ctius in hac
parte dicens.ꝙ ſiue clamauerit,latrones,ſiue capite la
trones,vel quocũq; alio mō ĩtelligere poſſit dicto,vel
facto ſuo, uel etiam ex neglecto homicidium perpe-
tratum.irregularis eſt,nam ex negligentia comitante
homicidium hoc contingit.l.diſ.hi qui arborem, niſi
hoc faceret propter periculum corporis ſui.nā ſi tũc
clamaret,ſuccurrite.licet ſuccurentes illum occide-
rent, non eſſet irregularis. Et eſt ratio,quia non inten
dit alterius mortem,ſed ſuam liberationem,ſecundũ
2 Inno.* & uide quod poſt eum dixi,de reſtit.ſpo.olim.
1.in glo.quomodo hoc.uer.illud etiam.& infra de pę
nis,quod in dubiis. Imò quod quiſq; ob tutelam cor-
poris ſui fecerit.iuſtè feciſſe uidetur.ff.de iuſti.& iure.
l.3.ſupra eo.c.2.& quia ex interpretatione eccleſiæ pa
tet,quòd non eſt talis irregularis,vt ibi no.& infra eo.
poſtulaſti.§.illico,uer.1.Intentio enim non tantũ cō-
ſideratur,quantum & factum,ut probatur.15.q.1.ca.
fin. Alii dicunt, ꝙ eſt ratio,quia ſic clamando liberat
animam uolentis ipſum occidere a peccato,quod vti
lius eſt, quam ſi ipſum a morte corporali liberaret, q̃
nec placet: quia ſecundum ipſam ſequeretur, ꝙ ſi qs
clamaret poſt furem cum rebus furtiuis. & ad clamo
rem ſuum alii inſequerentur ipſum,& caperent, quã-
uis poſtea ex illa captione occideretur, non eſſet irre
gularis:quia ſic clamãdo ſi capiatur, liberabit animã
eius à morte. nam reddet ablatum,& ſic dimitteretur
peccatum.14.q.6.ſi res,ſecundum Inno. quod tamen
conſtat falſum eſſe,ut patet in eo,quod legitur & no.
ſupra eo.de cætero. ¶Quid ſi agatur contra furem ad
reſtitutionem furti,& iudex conuictum ſuſpendit,nũ
quid agenes eſt irregularis,non, ut patet in eo, quod
legitur & nota infr.c.1.§.ad ultimum,& infra c.2.li.6.
¶Quid ſi ita clamauerit intendens tantùm res ſuas re
cuperare,latro uerò ad hunc clamorē capitur, & oc-
ciditur? patet ex pręmiſſis.ꝙ irregularis eſt: q̃a hoc fre
quenter,quod uitare debuit,contingere cōſueuit, ar-
gu.ſupra de ſer.non ordi.c.1.cum ſuis concor.nec ex-
cuſat recuperatio rerum, ut patet in eo, quod legitur
& no.ſupra eo.ſuſcepimus.nec ob.infra.c.1.§ ad ulti-
mum:quia ibi nihil eſt,quod conquerenti poſſit im-
putari,ſi iudex exceſſit in iuſticia,ut ibi,no. ſecũdum
Ho.hoc etiam quaſi ad literam uide in ſpec.in tracta-
tu diſpenſa.ſub ritu.de lega.§.iuxta diſt.13.colũ.uerſi,
4 illud etiam not. [*Mandato*] uel † conſenſu tacito uel ex-
preſſo.de hoc,ſupra c.proxi. [*Vel ope*] ſupra c.ſuſcepi-
mus.Hoſt [*Contra illum*] ſup.uel an res ſe habeat in cō-
trariũm [*Se habet*] i.ꝙ percuſſio fuit lætalis.nam de cæ
teris &c. ut ſequitur [*Tam modicam*] ſi autem ſecunda
percuſſio nō eſſet mortalis, ſed ambæ ſimul ſufficiũt
ad mortem,tunc primus & ſecundus ſunt irregulares
23.q.ul.c.ſi.intelligendum eſt ergo,quod hic dicitur,
quando conſtat,ꝙ prima percuſſio lætalis non eſt: ſe-
cunda uerò ſic, & quando non fecit animo occiden-
di,nec præſtandi auxilium morti: quia tunc quantũ-
cunque leuiter percuſſiſſet,tenetur.Quia auxiliũ præ-
bet morti,ut hic Inno.quod dicit de animo, intelligit
Hoſt. quando potuit illum liberare, ſecundum ea, q̃
dixi ſuper uer.uoluntatem. Dicebat etiam Inno.uolũ
tatem occidendi non facere quem irregularem,ſi nil
fecit in mortem uel conſulendo, uel auxiliando. Idē
ſecundum Hoſt.de his, quæ dixi ſuper uerſ. mandato
5 [*Peritorum*] hoc eſt † no.ſecundum Hoſti.quia iudicio
talium poteſt quis in dubio ſuam conſcientiam ſere-
nare.& eſt locus ab auctoritate, ſecundum quem cui
libet doctori creditur in arte ſua. ad idem de præſcri-
ptio.quia iudicãte.& de hoc ſatis in ſpe. de probatio,
§.fi.ad fin. uer. hoc quoque.ubi etiam dicitur de ictu
falcaſtri, quod dicebatur factum à mula cum pede.
& hoc e.ti.uer.pone A. [*Medicorum*] i.chirurgicorum,
6 ſicut † aliàs mittitur medicus ad infirmũ,ut ſciatur,an
iuſtè ſe excuſet,C.de re mili.l.ſemel,lib.12.Go [*Cum de*
cæteris] ſ.de uoluntate.cōſilio,ſtudio.uel mandato [*Ac*
cuſatur] maxime.nam idem,ſi accuſaretur:quia negan
tis factum &c.6.q.ult.actor. ſalua purgatione,quæ in-
diceretur propter infamiam,de accu.cum. §.ſi. [*Seip-*
ſum] ad idem ſupra de præſump.literas.in prin.ſed con-
tra eo.c.in fi.ſol.ibi. Ho. [*Maxime*] idem enim extra re-
ligionem,ex quo non eſt in culpa,ſupra c. ex literis.2.
[*Scandalo*] uel infamia.ſupra eo.ex literis.1. [*Dubio*] arg.
7 ad quæſtionem,cum † lapis,qui occidit, proiectus eſt
ab uno de quatuor,qui erant in domo, & neſcitur, a
quo,an debeant omnes ab officio ceſſare: & uidetur
hic ꝙ ſic:quod tenet hic Go.arguendo.Miror, ꝙ Inn.
auctor decre.noluit hoc terminare.nam ſub,Infra,qđ
ſequitur,deciſa eſt talis litera. Vtrum autem de illis ſit
ſimile ſentiendum, quorum unus, ſed quis omnino
neſcitur.homicidium perpetrauit, ſi forſan ad ſacros
ordines recipiendos pręſententur, utrum oēs ſint pa-
riter repellendi,cum diſcerni non poſſit, qui debeant
inculpabiles iudicari, diligens inueſtigator aduertat,
quamuis hic caſus ab illo ſit ualde diuerſus. Item mi-
ror de Grego.compilatore, qui decidens illam literã
non declarauit hoc dubium, ſed ſcienter in compil.
hoc omiſit. Item miror de Bonifacio,qui uoluit ſcien
ter hoc dubiũ reliquere non ponendo in 6. extrauag.
quæ attribuebatur Grego.quæ incipiebat,Nullũ,quã
in glo.¦Hoſt.ſupra de temp.or.Et ſi putabat illam ini-
quam,debuiſſet formaſſe cōtrariam. Ioannes in qō.
arguit pro & contra.42.di,quieſcamus.11.q.3.nolite.
not.etiam de hoc per Bar. B. in quæſtione. Quinque
erant in domo,per Hoſt.in ſum.huius ti.§.qua pœna,
uerſi. ſed nunquid omnes.per Gui.in ſpe.de lega.2.in
trac.diſpen.§.iuxta,uer. quid ſi quis in rixa. 14. col. &
plenius hoc,eo.tit.uer.pone.4, homines. & tenet Ber,
per hac decre.tutius omnes repellere, quam homici-
dam promouere. Hoſt. ſecundum extraua. dixit illos
non repellendos,ſed ſuæ conſcientię reliquendos.Eſt
autem talis diuerſitas huius caſus ad illum, de qua di-
cebat antiqua.quia hic conſtabat presbyterũ percuſ-
ſiſſe,ſed dubitabatur,an lætaliter,in quæſtione neſcit,
quis percuſſit,nedũ quis occiderit,& per hoc ſatis cre
do,ꝙ ubi apparet de culpa omnium, licet unus ſolus
occiderit,ex quo quis fuerit non cōſtat,omnes repel
lentur. Si uero nec de aliqua culpa conſtat,omnes ad
mittentur.& facit quod no.de elec.cupientes,§.cæte-
rum, in gloſſ.ſi hoc [*Abſtinere*] repete, debet [*Tutius*] i.
tutum,Hoſtien [*In altero*] in ceſſando,ſ. [*In reliquo*] ſup.
In celebrando [*Timeatur*] hic ſatis includit tertiũ mem
brum diſtinctionis non expreſſum in tex. ſ. quando
conſtat percuſſionem fuiſſe mortalem. Si enim ab-
ſtinere debet in dubio,fortius & in certo, ſ.quãdo cō-
ſtat [*Repercuſſit*] ad uindictam,non ad defenſionem,vt
innuunt ſequētia. Hoſt. [*Tutelę*] i.defenſionis [*Propulſan*
8 *dam*] per hoc videtur,ꝙ ſi † propulſando perſonalem in
iuriam occidiſſet uiolentum,excuſatus eſſet à pœna,
ſecundum Hoſt.Inno. contra, ut iam dicam [*A pœna*]
non ſolum ciuili,ſed etiam canonica,quæ conſiſtit in
quatuor.in pœnitentia,ut ſupra ut c. c.in excōmuni-
catione,uel cenſura, quæ exercetur contra quēlibet
peccatorem,ſupra ut li.non conte.quoniam.§.fin. de
iudi.nouit.11.q.3.nemo.In depoſitione, & irregula-
ritate,de accuſa.inquiſitionis. ſpecialiter tamen de pę
na irregularitatis hic loqui uidetur, ſecundum Hoſti.
[*Excuſari*] nam etiam ſi ſe defendendo alium occidiſ-
ſet, irregularis eſt,niſi cum eo diſpenſetur,ſecundum
Inno.ſed dicit Hoſt.quòd hæc litera contradicit aper-
te,ut proxime dixi.alle.etiam ſupra,eo,c, 2, [*Inſtrumen-*
9 *ti*] ſ. foſſorii, uel ligionis [*Graue*] ar.quòd † eū his armis
quis ſe debet defendere, cum quibus impetitur: ſed
plerunque

plerunque non poſſunt omnia pondetari.ff.de exerc.
l.1.1.reſpon. in fi. ff. de dam infec.l.1.unde bonus iu-
dex hoc arbitrabitur,ar.ff.ad l.Aqui.ſed & ſi quamcũ
que.ff.de ui.& ui,ar.l.3 §.deiectum.ſecundum Hoſti.
[*Partis*] ſ.in capite, quæ eſt nobilior pars corporis. ff.
de reli.& ſump.fu. cũ in diuerſis. Locus enim quo qs
percutitur, facit iniuriam atrocem. inſtit.de iniur.§.
atrox.G.[*Ledi*]maxime Bonon.ubi raro liberatur,qui
percutitur in capite,ſic.quòd ex pcuſsione cadat, uel
10 alias enormiter.& no.ſecundum † Goff.ad moderamẽ
conſiderandum locum corporis,in quo, & genus ar-
morum. de quibus fit percuſsio, & inæqualitate per-
ſonarũ.Exemplum de primo; percutio te in ſpatula,
tu me in capite.de ſecũdo, Ego te ferula uel cortigia
tu me gladio.de tertio,Sum modicarum virium.& te
tota uirtute expugno. tu fortis pugil me tota uirtute
11 repercutis ¶ † Gloſ.5.alle concor.ponit diuerſitatem
inter.l.& can.¶ Vlt.glo.alle.4.concor.& literam expo
nit.2.all.7.contraria.3.ſoluit.pro prima parte,ſi tria cõ
12 current 4.ponit diſtinctionem Ala.& Io.¶ † *In 5.gl.ibi,*
ſi plures] ſi nõ apparet quis ex pluribus percuſſoribus
ſerui ilium occiderit,omnes tenẽtur:aliàs ille ſolus[*Et*
ibi, percuſſit]etiam mortiferè.& hoc uoluit.l.ſe.¶ *In glo.*
ult.ibi,nim ui]hanc & tres ſequentes uide in c.olim in-
fra.alle.ſuper ul.& pe.glo.[*Et ibi, ſi quis in hoc genus*] uide
de male.c.1.ſuper gloſſ.2 [*& ibi.l.4.*]quæ incipit, Itaq;
13 & uide de iniur.c.3.ſuper gloſſ.2.¶ † *In glo.ar.quod, in fin*]
& infra eo.exhibita.dicit Hoſt.ꝙ etiam in foro cõten
tioſo quandoque creditur ſuper his, quæ aliter proba
ri non poſſunt.facit, ſupra eo.ſignificaſti, & quod ibi
no.quia probationibus eſt ſuccurendum, cum aliter
probari non poteſt.& facit quod dixi ſupra ca. proxi.
ſuper.1.gl.Item illi teſti magis credi debet, qui melius
ueritatem nouit: ſed poſt deum nullus melius nouit
conſcientiam hominis ipſo eodem. de cuius conſciẽ-
tia quæritur,faciat ergo homo,quod poteſt.22.q.2.fa
ciat.quia impoſsibilium nulla eſt obligatio, ſupra de
pac.c.fi.ſecundum Goſt.¶ *In glo.eandem,in fi.*] Io. ſed lex
locum habet,quando tractatur de pœna pecuniaria:
ſecus,ubi de peccato tractatur,uel de pœna pœniten-
14 tiali,uel irregularitatis.¶ *In glo.ult.ibi,olim,in fin.*]ubi de
hoc[*& ibi, Ioannes*]hoc no.23.quæſt.1.§.1.vbi plenè de
hoc[*Et ibi, non poſſet*]unde,etiam ſi in ipſo facto aliquid
fit ex propoſito,quo omiſſo perſona ſalua erat, illici-
tè fit,cenſetur uindicta.Hoſti.[*Et ibi ſupra c.2.*]& in con
ſtitutio.Clem.eodem titu.ſi furioſus[*Et.ibi.poterit*] di-
cit Hoſtien. quòd prælatus eccleſię ad recuperationẽ
rerum eccleſiæ ſi habet iuriſdictio. temporalem, po-
teſt eius auxilium inuocare propria auctoritate, ex-
communicatione tamen præmiſſa,ſicut & poſſet in-
uocare auxilium extranei brachii ſecularis,infra c.po
ſtulaſti.quod probat per decre.dilecto,de ſe.exc. li. 6.
dicit etiam,quòd ſi inuocato per clericum brachio ſe
culari aliquem uiolentorum occidi contingat.nõ im
putabitur clerico per prædictam decre. poſtulaſti, ad
idem,infra eodem.c.2.li.6.[*Et ibi, amicis*] antequam ad
alia diuertatur ſecundum Ho.alias eſſet guerra,& vin
dicta, quæ propria auctoritate non eſt mouenda. C.
de Iudæis, nullus.& de hoc ſupra de iureiurand.ſicut
15 2.Ideò uerò plus † dilatatur defenſio rerum, quã per-
ſonarum: quia per uiolentiam rerum perditur poſſeſ
ſio naturalis:ciuilis tamen animo retinetur, quam li-
cet defendere,ut probant illa iura.ne perdat poſsidẽs
poſſeſsionis commodum, quod non eſt minimum,
Inſt.de interdic.§ commodum.ff.de rei uen.is qui de
ſtinauerat, ſed hoc ceſſat in uiolentia illata perſonæ:
quia nemo ſeipſum poſsidere poteſt. nec eſt ſuorum
membrorum dominus.ff.ad l.Aqui.liber homo.1.re-
ſpon.1.nec agitur de recuperatione pſonæ,ſed de occi
ſione.unde & huic licet occidere ſine pœna uim infe
rentem.C.quando li.uni.l.1.quod non efficaciter per-
mittitur pro defenſione rerum.patet in clerico ſupra,
eodem capitu.2.& c.ſuſcepimus,ſaluo eo quod de in-
uocatione brachii, ſupra dixi ſecundum Hoſtien.[*&*
in fi.] Hoſtien.remittit ad ſum. de reſtitu ſpo. §.1. ſub.
§.intelligendum.& eod.titu.olim 1.in fin. de ſentent.
excom.dilecto,lib.6.

ANNOTATIONES.

¶ Innoc.Facit quod no.Io. And.infra eo.ad audientiam,in gl. quia non conſtat,uer.quid ſi ſubdito.

SVMMARIVM.

1 *Chirurgiam monacus exercens,ſi ex ea mors ſequitur, irregularis eſt,uide nu.2,quando cum eo diſpenſetur,nu.2.*
Interſignia furis ſi dat clericus uulneratus ab eo iudici ſeculari,non eſt irregularis,licet occidatur fur poſtea.ratio,nu.11.& 12.
In uetitum nitimur,negataque cupimus.
2 *Culpa duplex ante factum, & in facto, & qualiter intelligatur.*
Officium alienum culpa eſt uſurpare,& nu.3.
3 *en arte,quam quiſque norit ſe exerceat.*
4 *Medicus quibus modis peccet,& irregularis fiat.*
5 *Ei parendum ab infirmo.*
Perito in arte ſua credendum.
Infirmus quibus rationibus peccet in ſanitate non recuperanda,uel aliter.ei ſeruientes & miniſtri quibus,nu.6.
Sauire in ſe, uel manus uiolentas ſibi inijcere nemo debet.
Membrorum ſuorum nemo dominus.
6 *Sanus qui eſt,medicinaliter uiuere non tenetur, & quod nocinum ſumendo peccet.*
7 *Fur ut comminetur.*
8 *Euentus quid.*
9 *Epilogus,& ſuffragium gloſſarum.*
Ex imperitia ſua quis tenetur.
Intrans ui ut teneatur.
10 *Suppletio gloſſarum,& nu. ſeq.*
11 *Clericus de crimine ciuiliter agere poteſt, & teſtificari ad pœnam pecuniariam,& ad perpetuum carcerem.*
Ad irregularitatem ſufficit membri truncatio.
12 *Furis pœna quæ.*

CAPVT XIX.

1 IVa nos. Caſus † monacus chirurgiã
exercens,ſi ex ea mors ſeq-
tur,irregularis eſt,etiam ſi ſit peritus & di
ligẽs,& hoc fecerit cauſa pietatis.hoc pri-
mo. Secũdò dicitur.ꝙ clericus, qui iudici
ſeculari dedit interſignia furis, à quò fuerat vulnera-
tus, irregularis non eſt,licet ille poſtmodum occida-
tur.2.ibi,ad ultimum.& ſubdiuiſio patet. 2. utrinſque
ibi,Nos igitur[*Sentiendum*]aliàs cenſendum[*Aperuit*]ſi-
ue ipſe monacus aperuit ſiue alius, ipſo monaco di-
ctante,non eſt uis ſecundum Hoſt.[*Reſodiſſet*]ideſt mi
noratus eſſet [*Contempto*] Oui.3.ſine titulo.Nitimur in
uetitum ſemper,cupimusque negata: hoc non debet
obeſſe monaco, dummodo aliàs non fuerit in culpa.
ff.de regu,iur.quod quis culpa,infra eo.ti.li.6.damnũ,
cum concor[*Apertionem*] & expoſitionem incautam
mulieris[*Vtrum*]reſpicit prin.ibi,quæſiuiſti[*Vſurpando*]
2 & ſic † culpa fuit ante factũ:ſed contra, quando eſt in
culpa ante factum,irregularis eſt,ut colligitur de æta.
& quali.ad autes.Sol.hoc idẽ probatur hic,ſed diſpen
ſari poteſt,quod ibi non negatur: uel dic duplicẽ cul-
pam in hoc articulo poſſe notari.de triplici dicam in-
fra de iniur.c.fin.in prin. prima eſt ante factum, cum
uſurpat officium alienum: ſed ſi peritus eſt in arte &
diligens,& in nullo quò ad mortem culpabilis,diſpen
ſatur cum eo, ut infra uerſi. non eſt. Si uerò eſt culpa
in facto,ut quia clericus,& phyſicus eſt, quod officiũ

2 ,non eſt clericis† prohibitũ,ſed ſi nõ eſt peritus,tunc ſi
ex ſua medicina ſequatur mors , uel membri trunca-
tio.eſt irregularis,nec cum eo diſpẽſatur , vt ibi & hic
à contrario. Sed Inno. alternatiuè tamen dixit iſtum
irregularem non fuiſſe,ſed indiguit diſpenſatione : qa
officium interdictum publicè uſurpauerat , quod ſe-
cundum Hoſt.ſatis idem ſapit , quod eſt prius dictum
[*Pietatis*] hoc non facit ad irregularitatem contrahen
dam : facit tamẽ ad faciliorem diſpenſationẽ [*Peritu-*]
3 Tullius Tuſcu.l.græcorum prouerbium†Quam quiſ-
que norit artem, in hac ſe exerceat. Et Oratius epiſto-
larum,Quod medicorum eſt,promittunt medici: tra
ctant fabrilia fabri.Oui.de arte amandi.Qui canit,arte
canat,qui bibit arte bibat[*Omnemque*]q.d.tam in facto
4 † ſequendo traditiones artis,quam ex poſt facto curã
diligentẽ & cõgruam adhibendo.& ex hoc & eo,qđ
dicitur,ſupra t. reſpon.no. Hoſt.ꝙ ad hoc, quòd me-
dicus , uel chirurgicus dicatur ex poſtfacto cõgruam
diligentiam adhibere,ſufficit, quòd infirmum uiſitet
perſonaliter.& dietam ſuam,ac regimen dictet ei,nec
tenetur ei ad cuſtodiam continuam perſonalem,arg.
de fi i.c.fi.ad fin.de con.d.5.nũquam,ſupra de uſu pal.
c.fin.quòd dicit ipſe multum dignum not.[*Studuit*]ſic
ergo medicus anxius & ſtudioſus ad faciendum me-
dicinas ſecundum artem, quas conſideratis circunſtã
tiis ſciat ſecũdum eam debere proficere. peccat autẽ,
ſi propinat ſcienter medicinam nocituram , & etiam
ſi dubitat,utrum debeat proficere uel nocere , etiam
ſi magis credatur eam proficere debere : qa in dubiis
via tutior eligenda eſt,ſupra eo.ad audientiam.§.1.ſed
ſecutius eſt hominem relinquere in manus creatoris
ſui,quam ipſum exponere quocunque modo dubita
bili medicinæ.Quid ſi omittat ſcienter medicinam de
bitam?Delinquit,ſicut & peccat indebitam propinan
do ſecundum Inno.quam ſi malitioſè propinet ad in
firmitatem aggrauandam, ut infirmum faciat redimi
extraordinariè eſt puniendus.ff.de ua.& extraua.co.l.
medicus.Hoſtien.¶Quid,ſi dicat ſe peritum,cum nõ
ſit,& faciat,uel omittat aliquid,ꝓpter quod infirmus
periculum mortis incurrat?Peccat, & irregularis fit,
ar.ff.quod quiſque iu.hoc edicto.ff.de ac.empt. & vẽ.
Iulianus.§.quod autem diximus,& ſe.ſecundum Inn.
& eſt expreſſum ſatis hic,& ſupra de ęta.& quali.ad au
res . ¶ Quid ſi medicus bene peritus bonam medici-
nam propinauit,quantum ad artem,ſed quantum ad
materiam mala erat propter nimiam uetuſtatẽ ſpẽrũ,
uel falſam ſimilitudinem, quam gerebat uerarum ſpe
cierum,uel aliam quãcunque cauſam.Reſpon.ſi om-
nem diligentiam, quam potuit,adhibuit in ſpeciebus
eligẽdis,inculpabilis eſt: quia ſemper probabilis igno
rantia excuſat ſecundum Innoc. & infra de ele. ex.a-
poſtolicæ . Imò & ſolicita diligentia eum excuſat.ſed
& ſi ſecũdum artem vtile eſt aliquid incidi;ſecurè hoc
faciat fieri,dummodo peritum & diſcretum inueniat
inciſorem.¶Quid,ſi inciſor errat in incidẽdo non ex
imperitia,uel diſſuetudine,ſed quia infirmus non ha-
bet membrorum , uel uenarum diſpoſitionem debi-
tam conſuetam , ſiue quia ſubitus & inſolitus timor
& tremor irruit ſuper eum, videtur eſſe chirurgus ex-
cuſatus ſecundum Innoc.ar.s̃.de fri.ex literis.Hoſt.qd
ſi chirurgus dubitat de inciſore ? Abſtineat tam ip-
ſe,quam inciſor , niſi ſit talis,de quo non dubitabatur
communiter quin bene ſciat incidere ſecundum In-
noc.ar.ff.de fluminibus.l.1.in prin.ff.de fun.inſtruc.cũ
de lanionis.§.aſinã,& quia in dubiis &c. ut ſupra not.
5 uer.peccat enim. ¶Quid†ſi infirmus non obediat me
dico, non propter hoc committit peccatũ inobediẽ-
tiæ : quia nec prælatus eius eſt.Incautè tamen facit :
quia non credit perito in arte ſua,ut patet in eo,quod
le.& no.ſupra e.c.proxi.§.1.uer.& quidem.Quid,ſi in-
firmus ex certa ſcientia, ſeu affectata uel improbabili
ignorantia ſumit potum, uel aliud quicquid ſibi con
trarium?Reſpon.peccat. facit enim contra charitatẽ ,
quia debet corpus ſuũ diligere & cuſtodire , ut in eo
ſeruiat deo, ſecundum Inno. ideo nõ licet in ſeipſum
ſæuire,ut patet in eo.quod legi.& no.ſupra de cor. vi-
ci.ſignificauit,& c.ibi præc.§.illico.& infra ead. glo.
ſtatim ſequitur.nec debet ire poſt cõcupiſcẽtias ſuas.
Ecc.18.G.nec in carnis deſideriis ambulare. ad Ro. 8.
A.B.nec manus ſibi iniicere.ff.de ædic.edi. cũ autem.
§.excipitur:quia nemo eſt dominus membrorũ ſuo-
rum. ff. ad l. Aqui.liber homo.Item quia cum medi-
cus peccet contra traditionem artis dãdo talia, ut no.
ſupra ead glo.poſt princ.& ſupra eo.§.reſpon.1.mul-
toſortius infirmus accipiẽdo,ſicut & peccaret, ſi ſciẽ-
ter uenenũ ſumeret:ſecus , ſi non crederet mortiferũ ,
licet crederet ex illo potu infirmitatem magis robo-
rari,ſiue prolongari:qa hic non peccaret mortaliter,
uel ad minus nõ ita grauiter,ſicut prior.nã & grauior
6 ꝑ'eſſe afflictio ſitis,quã febris.¶Sed nũquid tenet ſa-
nus viuere medicinaliter.Rñ.nõ.qa omnia ſana ſanis.
ſi tñ ſcienter ſine cauſa aliquid nociuũ recipiet, unde
mors uel infirmitas ſequeretur,quę ipſum à ſeruitio
dei ſubtraheret,peccaret;quia faceret contra charita-
tem.ut ſupra no. ¶ Quid de ſeruientibus, & miniſtris
infirmis propinantibus quicquid petunt:dicẽdum eſt ,
quòd ſi ex certa ſcientia,uel ex improbabili ignoran-
tia,ſeu affectata aliquid nociuum infirmo propinaue
rint quantumcunque petenti,peccant grauiter ſecun
dum Inno.cuius eſt quaſi hæc tota glo. Idem eſt,ſi cõ
tra præceptum medici hoc faciant:quia in talibus cre
dendum eſt medico,non infirmo,ut patet. 5.q.5.ca.1.
& 2. & 3. Aug. Quid proſit,uel obſit , nouit medicus,
non ęgrotans ſecundum Hoſtien.de his aliqua not.in
ſpe.de le.in trac.diſpen.§.iuxta, uer. item exercens , &
ſe.& uer.facto autem,& ſe.(*Ad ultimum*) §.eſt, & ponit
ſecundum caſum (*Metuens*) ſorte audiuit motum,uel
ſtrepitum (*De ſtratu*) ideſt lecto,ſic dicto à ſterno ſter-
nis (*Qui*) ſur. ſ. (*Vulnerauit*) ſcholaris cõcitatus reſum-
ptis uiribus abſtulit furis cultellum,& ipſum etiã vul-
nerauit, ut ſequitur (*Tradiderunt*) & nonne in hoc pec
cauerunt?Dicunt quidam, ꝙ non:quia nihil commi-
ſerant dignum morte;ſed dic,ut dicam ſuper gloſ. pe.
ſecundum Hoſt.[*Præfatus*]alias præfata.ad hoc de iu-
7 dic.c.fin.[*Interſigna*] cum†enim ſũt non ducat ſecum
teſtes,imo quãto poteſt occultius, committat furtũ ,
ut infra patet,non poteſt de facili conuinci,niſi per in
terſignia,uel probabilia argumenta.ff.de mi.non om
nes.§.à barbaris ad hoc,ſup. de cle.pe.c.2.[*Ipſius*]ſcho
laris [*Audiretur*] docet furari [*Qui*] apparitores [*Sibi*]
not. Abb. quòd qui rem ſacram furatur de eccleſia,
non eſt excommunicatus, cum ſine abſolutione pa-
pa mandet iſtum promoueri. nec dicas, quòd man-
dauerit illum prius abſolui, quia expreſſiſſet, ſi ſic fuiſ
ſet; allegat quod not. de ſenten. excommunicationis,
3 conqueſti. ¶ [*In glo. 3. ibi, l. 2.*] contra parentem, uel pa-
tronum non agitur de dolo, uel iniuriarum, etiam ſi
per procurat. defendatur: quia licet tunc condemna-
ti non ſint infames, re tamen ipſa, & opinione homi-
num non effugiunt infamiæ notam. ¶ [*In † glo. 1. in fine*]
& ſupra de electiõ. innotuit, de hoc, ſupra de ſimo.
de hoc. ¶ [*In gloſſ. penul. in fine*] aliàs ex tenore. ¶ [*In glo. ul-
tima, ibi, iure communi*] idem Hoſtienſ. [*& ibi, ſecundum il-
los*] Melendum [*& in fine*] de hoc in præallega. decre.
ult. de temp. or.

S V M M A R I V M.

1 *Diſpoſitio tituli.*
Reſtitutioni quæ ſuccumbant.
De uſuris ubi loquatur alibi quàm hoc in titulo ius canonicum.
Ab eis quæ mala ſequantur, nu. 2. & cur prohibeantur, ibid.
2 *In earum cauſis ut procedatur.*
Vſurarios ſepelientium pœna.
Peſtis communis eſt diuitibus, & pauperibus.
Fame ſoli pauperes pereunt.
Paupertas periculoſa.
Vltra ſortem qui accipit, quando excuſetur.
3 *Epilogus, & ſuffragium gloſſarum. nu. 4.*
Fructus dicuntur, deductis expenſis. & qui imputandi à creditore, num. 5. & 6.
Expenſæ augent debitum, & propter eas retinetur pignus.
5 *Additio gloſſarum.*
Concilium Turonen. communiter generale uocatur.
6 *Pignus luere uolente debitore, & computare fructus in ſortem, an & quomodo referre poſſit creditor quæſtionem proprietatis.*

De uſuris, Rubrica.

1 ¶ Quia † reſtitutioni ſuccumbit uſura, ſicut furtũ,
& rapina. 14. quæſt. 4. ſiquis uſuram, ideo poſt tracta-
tum &c. ſecundum Goff. habetur materia. 46. diſtin.
c. antepen. pe. & ulti. 47. diſtin. per totum. 14. quæſtio.
3. 4. 5. & 6. per totum. Repetitur in 6. & clemen. Con-
uenit rubricæ de iureiu. cap. 1. & cap. debitores. & ca-
pitulo ad noſtram. 1. & 2. & c. ex literis, de uita & ho-
neſta. cleri. c. 2. de emptio. & uen. ad noſtram, & de pi-
gno. illo uos, de exceſ. prælat. inter. Item inquiſitores
hæreſis ſe non habent intromittere de quæſtionibus
uſurarum, de hære. accuſatus, §. de quæſtionibus, lib.
2 6. Et † in illis proceditur ſimpliciter, & de plano, in cle
men. de iudi. diſpendioſam. Et aggrauata eſt pęna ſe-
pelientium uſurarios manifeſtos, de uſur. eos qui, in
clem. dicebat Innocen. hic ſuper rubrica, & Hoſtien.
infra capitulo ſecundo, uſuram prohibitam, quia ſi li
ceret, inde ferè ſequerentur omnia mala, maximè q̃a
non intenderent homines culturæ p̃diorum, niſi quã
do aliud non poſſent, per quod tanta eſſet cariſtia, ꝙ
omnes pauperes fame perirent. nam & ſi habere poſ
ſent terram ad colendum, non poſſent habere anima
lia, & alia inſtrumenta neceſſaria ad colendum. nam
à ſe non, quia pauperes: à diuitibus non, quia propter
lucrum, & ſecuritatem pecuniæ potius eam ponerẽt
in uſuras, quàm in minora, & minus tuta lucra. & da-
to q̀uòd aliqui in his expenderent, ita cara eſſent ui-
ctualia, quòd pauperes nõ haberent, unde uiuere, ex
quo periculum maximum eſſet fidelibus. Prælegit
ergo deus magis peſtem communem pauperibus, &
diuitibus, famem, qua ſoli pauperes perirent. alia ra-
tio, quia uix poteſt eſſe, quin diu debẽs uſuras depau-
peretur. Paupertas uerò periculoſa, niſi cui ex ſpecia-
li dono dei concedit. unde Salomon, Diuitias, & pau
pertatem &c. ut not. 4. quæſtio. 3. uer. teſtium. 3. quia
uix in diligendo pecuniam euitatur idololatria. ad id
47. diſtinct. ſicut. & capitulo omnes. Generaliter ergo
prohibetur, ex qua ferè omnia mala prouenirent. nã
& ſi inueniri poſſet caſus, quo iure naturali, quod na
tura homini indidit, uſura non eſſet peccatum; tamẽ
propter multorum malorum ſequelam omni caſu
eſt prohibita, licet quidam id negent, & fortè nõ ma-
lè ſecundum eum dicentes non eſſe reperiri caſum,
quo & inſtinctu naturæ non prohibeatur. Dicit etiã
quoſdam dicere uſuram prohibitã plus, quia eſt con-
tra pietatem, & charitatem, qua tenetur quis ſubueni
re proximo, quàm propter mala, quæ ſequuntur. Itẽ
nec ſunt prohibiti alii contractus, ex quibus tamen
poſſent mala ſequi, licet non ita communiter. uide
quod plenè ſcripſi ſuper regula, peccatum, de reg. iu.
lib. 6. in ſecundo articulo quæſtionis, & in principio,
de diffinitione uſuræ ibi, in primo articulo.

S V M M A R I V M.

1 *Pignus forte ex fructibus recepta reſtituere creditor, excepto caſu, tenetur, nume. 2.*
2 *Vſura quid.*
In quibus multum conſiſtat.

C A P V T I.

1 PLures. Caſus. Si creditor de fru-
ctibus pignoris recepit
ſortem. deductis expenſis, tenetur pi-
gnus debitori reſtituere: unũ caſum
excipit iſtud. c. & ſequens. & ſunt tres
partes. prima prohibet clericis gene-
raliter uſuram, & nominatim certam
ſpeciem. ſecunda pœnam addit. tertia à prædicta ſpe-
cie unum caſum excipit. 2. ibi, quòd ſi. 3. ibi, niſi [*Vel
hoc*] quod ſubmittitur de fructibus non computan-
dis in ſortem, ſecundum Inno. & Hoſtien. [*Vſuræ*] eſt
2 † uſura lucrum mutui pacto debitum, uel exactum[a].
a quod enim gratis datur, non eſt uſura, niſi ſpes pręceſ
ſerit. 14. quæſtio. 3. uſura, infra eo. conſuluit. Multum
uerò conſiſtit in numero, pondere, & menſura, ff. ſi
certa. peta. l. 2. propter dubium tamen excuſatur quã-
doque, qui recipit ultra ſortem, infra c. fin. ultra ſor-
tem etiam licet accipere fideiuſſori, qui uſuras ſoluit,
quia non eſt ſibi lucrum, ſed intereſſe. Eodem modo
ſi tenebaris mihi ad diem ſoluere, 100. quia non ſolui
ſti illa, ab alio ſub uſuris accepi, illa reſtituere teneris,
ſupra de fideiuſ. peruenit, & c. conſtitutus, ſecundum
Innocen. qui hoc etiam repetit, infra eod. ſalubriter.
uide quod dixi in quæſtione, quam poſui ſuper regu
la, damnum, de reg. iuris, lib. 6. [*Data*] id eſt commoda-
ta. exponebat glo. r. mutuata [*Abſolutè*] quaſi ſine ali-
qua rebellione, uel aliquo onere [*Eo*] i. quod minus
perceperit in fructibus [*Liberè*] niſi obſtet proprium
iuramẽtum, quod dic ut ſupra de iureiut. ad noſtrã. 1.
Hoſti. [*Periculum*] ſuſpenſionis. quod dic ut no. infra c.
3 præterea. Hoſt. ¶ † Quarta glo. tractat de expenſis de-
4 ducẽdis, & quærit, & ſol. ¶ *In † 4. glo. ibi, fructus*] ſequitur,
eos eſſe cõſtat, cui deducta expenſa ſupererũt [*& ibi,
ſi à domino, in fine*] ibi, fructus intelliguntur deductis ex-
penſis, quæ quærendorũ, ſeruandorumq; eorũ gratia
fiũt. & idem. l. ſeq [*& ibi, in ſumma*] augetur debitũ pro-
pter impẽſas, quas fecit creditor ad uiam muniendã,
uel aliud neceſſarium obſequium [*& ibi, ſi dos*] ponit
caſum in dote in totum ſoluta, cum compenſationi
expenſarum locus eſſet [*& in fine*] in prin. ubi dicitur,
ꝙ propter expenſas neceſſarias factas in pignore cre-
ditor habet non ſolum retẽtionem, ſed etiam pigno-
5 ratitiam. ¶ *In † glo. 1. in fine*] Communiter generale uo-
catur concilium. Inn. de quo ſatis, ſupra de accuſa. ſi-
cut olim, & de capel. mo. cap. fin. ¶ *In glo. deducenda, ibi,
fructibus*] ſupple, habendis [*& in fine*] Hoſti. remittit, ſu-
pra de pign. cum contra, & ad ſum. ipſius ti. §. quando
efficaciter, uer. ſed nunquid creditor. ubi no. an credi
tor imputare teneatur etiã percipiendos? & tenet ibi,
ꝙ non imputatur, ſi non coluit, niſi feciſſet in fraudẽ
ſed imputatur, ſi non locauit, quod locari conſueue-
rat. Idem, ſi non conſueuerat locari, ſed paratus erat
conductor uolens cauere. l. 2. C. de pigno. acti. dicit, ꝙ
imputat, quos percipere debuit. Sed l. 2. de partu pi.
dicit, quas percipere potuit, ut dicam, infra cap. prox.
in fi. ¶ *In glo. ult. ibi, intelligi*] ſecundum Ala. [*& ibi, c. 1.*]
ibi quo ad hoc remittit Innoc. & Hoſtien. Sed ad iſta
obijcit

obijcit ſic Goſ. debitore uolẽte luere pignus, & com-
putare fructus in ſortem, Creditor, ſ. eccleſia, clericus
uel laicus mutuans non poterit referre quæſtionem
de proprietate, cum cauſam poſſeſſionis habeat ab il
lo, C. de pigno. ac. nec creditores. reſpondet, ꝙ non re
feret quæſtionem de dominio, ſed dicet debitum nõ
ſolutum per fructus, quos non tenentur computare
in ſortem. & eſt ſpeciale hic, & infra eo. conqueſtus,
& c. ſalubriter. ſic & quandoque propter iuramẽtum
neceſſe eſt pecuniam numerari, nec eſt locus compẽ
ſationi fructuum, de iurein. ad noſtram. *a.*

ANNOTATIONES.

a ¶ Exactum. Vide Io. And. in c. peccatum, de reg. iu. lib. 6. in diffini-
tione, & per Salyc. C. de uſu. ſuper rub.

SVMMARIVM.

1 *Arbores fructiferæ quæ.*
Fructuum perceptio æquiparatur ſorti, num. 2.
2 *Suffragium gloſſarum.*
Partus ancillæ pignoratæ in qua cauſa ſit.
*Operæ mancipiorum pignoratorum computantur etiam in credi-
to.*
Silua pignorata, quod ex ea fit, uel naſcitur non eſt pignoratum.

CAPVT II.

1 QVoniam. Summatum eſt, ſup. c. pro-
xi. [*Arboribus*] forte † fructi-
feris, ut uiridario, uel ſunt nites, uel forte
nemus [*Reſtituenda*] ſi fructuũ perceptio æ-
quiparatur ſorti: aliàs recipient, quod minus perce-
2 pit, ſupra capitulo proximo. ¶ *Ibi, † de pactis pi.*] aliàs de
partu. lex. 1. dicit, quòd partus ancillæ pignoratę in ea
cauſa eſt, in qua mater. & ſecunda dicit etiam operas
mancipiorum, quas creditor recepit, uel recipere po
tuit, computandas in uſuris, & demum in credito [*&
ibi, ſi conuenerit*] iſta. l. §. penul. facit, quantum ibi loqui-
tur de pignore ſiluæ. Et ibi dicitur, quòd pignorata
ſilua nauis ex lignis eius facta pignorata non eſt, niſi
fuerit dictum, & quæcunque ex ſilua facta, nataue
fuerint.

SVMMARIVM.

1 *Vſurarij manifeſti ad quæ non admittantur.*
Huiuſmodi qui dicantur, eorum pœnæ quæ, nu. 2. 3. & 6.
2 *Vſurarius quæ contemnat.*
Manifeſti pro notorijs, & qui dicantur.
Communio pro corpore Chriſti.
3 *Canon hic latæ ne ſententiæ ſit, an ferendæ.*
Si principalis non incurrit pœnam, nec acceſſorius.
4 *Epilogus, & additio gloſſarum. num. 5.*
Multitudo peccatum non excuſat.
Ex mutuo nihil ſperari debet.
Vſuræ ſunt illicitæ & quo iure.
Earum cui facienda reſtitutio, num. 7.
6 *Oblationes non accipiendæ ab uſurarijs.*
An non ab alijs, qui ſunt in peccato mortali.
In eleemoſynis an idem.
Delictum perſonæ nocet hic eccleſiæ.

CAPVT III.

1 QVia in omnibus. Caſus. † Mani
feſti uſurarij
ad communionem altaris, Chriſtianã ſe-
pulturam, uel oblationem offerẽdam ad-
mitti non debent. & tria facit. primò ponit damnabi-
le factum pro conſtitutionis cauſa. ſecundò tripliciter
ter punit uſurarios manifeſtos. tertiò punit dupliciter
clericos tranſgreſſores. ſecunda ratio ibi, ideo. tertia
ibi, Qui autem [*Negocijs*] ideſt negociationibus, infra
de uerbo. ſignifica. fotus, uel puta cultura agrorum,
2 & ſimilibus, ut dixi ſuper rubrica [*Licite*] in † hoc con-
temnit uſurarius deum audacius, quomodo cõtem-
nit etiam naturam expresſius, ſcripturam deterius, &
iura diutius, ſcripſi, li. 6. ſuper regula, peccatum, in ter-
tio articulo quæſtionis ad finem [*Manifeſti*] ideſt noto-
rii iuris, uel facti, de cohabi. cleri. capitulo fina. vel per
famam cum aliis argumentis, quæ ſufficiant ad hanc
pœnam infligẽdam, & publicationem per eccleſiam
faciendam, & ex quo ſic publicari erunt, notorii repu
a tantur, infra eo. cum in diœceſi. Hoſt. a [*Communionem*]
corpus Chriſti, & eſt prima pœna, Hoſtien. Abb. infra
eodem cum tu, exponebat, ideſt non intret eccleſiã,
dum celebrantur diuina [*Chriſtianam*] ſecunda pœna
[*Deceſſerint*] hoc intelligas, ut infra eodem, quamquã,
libro ſexto [*Oblationes*] non dicit, eleemoſynas. ſuper
quo uide, de ſenten. excommunicatio. cum uolunta-
te, ſuper uerbo eleemoſynas [*Accipiat*] tertia pœna.
3 hic uerò † uidetur canon ferendæ ſententiæ ſecũdum
Goffred. de hoc; infra eo. cum tu, in prin. ſed Innocen.
hic uidetur uelle, quòd has pœnas incurrit uſurarius
publicus ipſo iure. Idem Abb. [*Executione*] de ſepelien
tibus dic hodie, ut in concilio Vien. de ſepul. eos qui
[*Suſpenſus*] uidetur quod ſit canon latæ ſententiæ, ſed
non incurret hanc pœnam, niſi ex quo prædictæ pœ
næ fuerint per eccleſiam inflictæ, ut no. ſupra, & infra
eodem cum tu, vel ſecũdum Ro. quod eſt benignius,
ſecundum Hoſtien. eſt hic canon ferendæ ſententiæ.
ad hoc de rapto. capitulo ſecundo, in fine. de hære. ex
cõmunicamus, §. ſanè. Si enim principalis uſurarius,
ſcilicet ipſo iure pœnas nõ incurrit, multo minus cle-
ricus. ad hoc, ff. de reg. in. cum principalis, ſupra de cõ
4 ſtitutio. tranſlato. ¶ Gloſ. † 1. oſtendit etiam iure ciui-
li &c. ¶ Vltima glo. quærit, arguit, opponit, & ſoluit.
5 ¶ *In gl. 1. ibi, non excuſantur*] de facto tamen excuſantur.
uide Senecã lib. 3. de benefi. Pudorem tollit multitu-
do peccantium, & deſinit eſſe probri loco commu-
ne maledictum. Et Cyprianus, Conſenſere iura pecca
tis, & cępit licitum eſſe, quod publicum eſt [*& ibi, mul
ti, in fine*] ubi dicitur, quod non minus ardebunt &c. &
Hier. ad Ruffinum, ſecunda; Peccantium multitudo
patrocinium errori non parit. uide contra Suſanam,
E. [*Veteri*] pſal. 14. qui pecuniam ſuam &c. [*& ibi, no-
uo*] Luc. 6. Mutuum dantes, nihil inde ſperantes &c.
[*& ibi, ciuili*] Idem no. decimaquarta, quæſtione quar-
ta, quid dicam [*& ibi, in principio*] & ibi, ſatis de hoc, &
C. de uſuris, auctẽ. ad hæc. Communius legiſtæ faten-
tur eas illicitas, ſed non iure ciuili prohibitas per ibi
no. uide quod ſcripſi, lib. 6. ſuper regula, peccatum, in
b quinto articulo quæſtionis b [*& in fine*] facit, quod no.
6 10. diſtin. c. 1. in glo. ut habes, & ca. ſequen. ¶ *In gl. fic.
90. ibi, oblationes*] ubi plenè not. an ſit idem in aliis, qui
ſunt in peccato mortali. & ſecundum Ioan. non niſi
in caſibus expresſis a iure. hic contra. ¶ *In glo. ult. ibi,
Ala.*] Goff. Innocen. & Hoſtien. qui dicit uſurarium
ſibi in hoc ſuſpectum, & dicit ſe expertum, quod po-
tius in animæ ſuæ detrimentum facit eleemoſynam,
quàm in animæ ſalutem reſtituat uſurã. & dixit Ala.
quòd licet regulariter delictum perſonæ non noceat
eccleſiæ: hoc tamen in odium recipientis ab eccleſia
aufertur. & eſt ſi. ſecundum eum. 20. q. 3. conſtituit [*&
7 ibi, à quo † recepit*] dicebat Abb. ꝙ illi facienda erat reſti-
tutio [*& in fine*] hoc dictum glo. puto uerum, quando
uſurarius inchoauit, uel paratus eſt uſuras reddere: a-
liàs ſit uera prima, ut per diœce. prouidentiam. uel re-
ſtitua-

ſtituatur ſoluenti, uel hæredi, vel pauperibus, ad hoc,
ſupra de iudæis, cum ſit nimis, uigeſima, quæſtione
tertia conſtituit.

ANNOTATOINES.

a ¶Hoſtien. Vide gl. in c. 1. eo. ti. li. 6. & ibi Io. And. & Barto. in l. fur. eſt, ff. de fur. & Fede. de ſe. conſi. 8.

b ¶Quæſtionis. Ibi pleniſſimè uide, & aliquid in ſpecu. eo. ti. ad fin. per Ioan. And.

SVMMARIVM.

1 *Vſuras recipere non licet, ut eis captiui redimantur.*
Super eis dandis, uel recipiendis non fit diſpenſatio, n. 2. & 3. ſecus ſuper crimine commiſſo, nu. 3. maius crimen quam mendacium, num. 4.
2 *Eas recipere an ſit indiſtinctè peccatum.*
4 *Mortis maius periculum imminentis quam captiuitatis.*
Pro captiuis redimendis res eccleſiæ alienantur.
5 *Epilogus, & additio gloſſarum.*
Per diſpenſationem quandoque receditur à bono.

CAPVT IIII.

1 SVper eo. Caſus. †Non licet uſuras
recipere, vt ex eis captiui
redimãtur. In prima deciſa conſideratio.
in ſecunda reſponſio, ibi, Reſpondemus.
quod reſpõſum probat per ar. à maiori, quia tum [*&*
infra] man. quod à nobis tua fraternitas poſtulauit,
vtrũ poſſit in recipienda pecunia ad uſuram diſpenſa
tio fieri, ut pauperes, qui in Saracenorum captiuitate
tenentur. per eandem poſſint pecuniam liberari [*Te-*
ſtamenti] dedi quotas, ſupra c. proxi. in gloſ. [*Diſpenſatio-*
nem] non ſolùm quò ad exercentem, ſed etiam quò
ad recipientem, nam, ut dicebat Hoſtienſ. & patet ex
integra, quam ſupra poſui. de recipiente fuit quæſitũ,
2 per quod dicunt quidam† indiſtinctè eſſe peccatum
recipere ad vſurã. ad quod & facit litera in fi. quæ dicit
Inuolatur. ſ. vnà cum uſurario, qui pecuniam dat. ſi
enim non eſſet, qui reciperet, nec eſſet, qui daret. uide
quod dixi, de ſimo. non ſatis, in gloſſ. ſi non eſſet, Nã
& qui occaſionem &c. de iniur. ca. fin. ſed ſecundum
Hoſtien. nimis eſt rigida hæc opinio. nam & ſi uera eſ
ſet iuramentum in hoc non obligaret: quod tamen
obligat, ſupra de iur. iu. c. 2. & cap. debitores. Dama. in
q̃one. i. de iureiur. dixit non eſſe peccatũ per decret. di
lectus. i. ſupra de ſimo. quaſi ſit uexationis redẽptio.
Alii dicunt, ut refert Inn. quòd cuique illud licet pro
opere uirtuoſo, ut ſi uelit inde facere eleemoſynã, ec-
cleſiam, uel aliud opus pium: ſed propter luxuriam,
uel laſciuiam non licet recipere. Alii dicunt, quòd nõ
ſemper pro opere uirtutis eſt licitum recipere pecu-
niam ad uſurã. unde nec hoc licet pro paſcendis pau-
peribus, qui modicum, uel nullo modo indigẽt, licet
id ſit opus miſericordiæ, uel liberalitatis. ſed dicũt cõ-
ſiderandum tempus, & locum, & ſimiles circunſtan-
tias, & conferendum bonum, quod ſequitur ex omiſ-
ſione mutui, nam ſi magnum bonũ ſequitur ex ope-
re uirtutis, ut quia paſcuntur pauperes famę morien-
tes, ædificatur eccleſia, emuntur ornamẽta perpetuò
deputãda miniſterio diuino, & ex dimiſſione accipiẽ
di mutuum modicum bonum ſequitur, quia credi-
tor iam eſt uſurarius uoluntate, & paratus eſt alius, q
accipit, hoc caſu non ſolùm oblata accipere, ſed e-
tiam rogare, ut mutuet, & uſurario dicere, quòd licet
omni caſu ſit peccatum. minus tamen, cum mutua-
tur in bonum opus. Sed è contrario, cum uideret illũ
paratum pœnitere, uel ſaltem uelle decætero abſtine-
re, uel non inuenientem aliũ, qui uelit accipere, tunc
maius eſt bonum abſtinere à mutuo, quã ex illo opus
facere, quãuis uirtuoſum. Sed dices. Nunq̃ eſt facien-
dum peccatum propter bonum. ſed peccatum eſt da
re operam, ut quis fęneretur, ergo nunquam debeo
recipere. Soluit Inn. uſurario peccatũ eſſe dare ad vſu
ram. & hoc ego non ſuadeo, ſed me præligere potius
eſt ei bonum, licet non meritorium, q̃ malum. Plus,
quia prædicto caſu. cũ. ſ. ille paratus eſt dare, & alius re
cipere, uidetur mihi licitum recipere nedum pro ope
re uirtutis, ſed etiam pro indifferenti. Pro illicita verò
cauſa peccat, & ſic recipiendo, & uſurario ſuadendo.
plus uidetur, ꝙ ſi ex omiſſione alimoniæ pauperum,
uel alterius pii operis magna pericula corporum, vel
animarum timentur, tunc ſi inuenerit habens pecu-
niam, granum, uel aliud illi operi neceſſarium, & ro-
gatus nolit dare, uel mutuare, poteſt ſuaderi, quòd il-
lam ſpeciem mutuet ſub uſuris, q a minus in hoc pec-
cabit, quam faceret in tanta neceſſitate illam abſcon-
dendo, ar. quia inter duo mala ſuadendum eſt, quòd
uitetur maius ſecũdum Inn. qui prædicta recitat [*Ali*
3 *quam*] ur ſ. ſine peccato quis fœneretur, ſaluo quod di-
citur. ſecundum unum modum legendi. 14. quæſtio.
4. ab illo. ſed iam comiſſo crimine remittendo di-
ſpenſari poſſet. Goff. facit quod not. infra eod. præte
rea [*Sacra*] ideſt doctorum ſacræ eccleſiæ. uel l. cano-
nica [*Vita*] imminente. ſcilicet morte, & ſeparatione
corporis ab anima [*Mentiri*] Hoſtien. remit. ad ſum. de
pœni. §. quæ interroges. ſub. §. dixiſti unquam menda
4 cium [*Redimenda*] maius† periculum eſt mortis immi-
nentis, quam captiuitatis, & minus crimen menda-
cium, quam uſura. ergo, quod non licet in primo, mi
nus licet in ſecundo [*Vita*] ideſt libertate uitæ. uiuit e-
nim, licet ſit captiuus, nec imminet mors propinqua
[*Captiui*] tamen res eccleſię propter hanc cauſam poſ
ſunt alienari, duodecima, quæſtione ſecunda, & ſacro
rum. & qui dicantur quo ad illum caſum captiui, ibi
5 no. & in capitu. ibi ſequenti. ¶Gloſſ. prima, arguit, &
remittit. ¶[*In gl. prima. ibi, malum*] uide: quod hic ſatis ſcri
pſi quò ad uſuram libro ſexto ſuper regu. peccatum
in 3. articulo quæſtionis, in fine dixit Goffred. per di-
ſpenſationem quandoque recedi à bono, cum ſua-
det pietas, pulſat neceſſitas, blanditur utilitas. 1. q. 7. ta-
li. ¶[*In gloſſa ſecunda in fine*] & c. primum. T.

SVMMARIVM.

1 *Vſurarij, qui ſunt ſoluendo, compelluntur reſtituere uſuras etiam ante concilium receptas.*
Manifeſti pro notorijs.
2 *Vſurarum reſtitutio cui facienda, & nu. 9. & à quo, ibid. qui aſſe-runt eas exercere non eſſe peccatum ut hæretici puniendi, nume. 3.*
Damni item cui.
Nota, id eſt cognitu in fin.
3 *Peccatum pro pœna eius.*
Pœna æterna ſine contritione non aboletur.
4 *Epilogus, & ſuffragium gloſſarum, nu. 5.*
Editio operarum ubi fiat patrono, & cuius expenſis.
Patronum non tenetur ſequi libertus.
De caſu, & interitu qui teneantur. §. 1.
Res empta ſuccedit loco pecuniæ, qua fuit empta. §. 2. & quãdo ſit id uero, nu. 10.
6 *Additio gloſſarum.*
Reſtituti an ipſo iure intelligantur communioni poſt ſatisfactionem.
7 *Excommunicare an poterit uſurarios iudex delegatus.*
Reſtitutio rei cuius facienda ſumptibus, & ſupra num. 5. & 2. & cui, ibid.
Vſuram ſoluenti an competat in rem actio, uerſicu. dicebat Goffred.

C A P V T V.

1 Vm tu. Caſus. † Vſurarii, qui ſunt ſoluendo, per pœnam lateranen. conci. compelluntur reſtituere vſuras, quas etiam ante concilium receperũt.
In prima conſultatio tres articulos continens, quorum duo ſunt deciſi. ſecunda ad illos ordinatè reſpondet ibi, Super his [*Manifeſtos*] ideſt notorios Hoſtienſ. [*Eorum*] uſurariorum non recte pœnitentium. Ala. [*Imprudenter*] ideſt ſine pudore. alias imprudenter, ideſt inſipienter [*Et infra*] dicebatur in an, quòd alii dicebant facultates ſuas ad reſtitutionem non ſufficere, alii promittbant reſtituere partẽ, quã hẽbant præ manibus, de aliis dicebant emptas poſſeſsiones, filiis. uel nepotibus aſsignatas. & ideò dixit infra, Super his [*Nõ*
2 † *ſuperſtitibus*] idem eſſet, ſi neſciretur, cui ſit reſtitutio facienda, ut ſi magna præda facta eſſet, uel ciuitas aliqua iniuſtè uaſtata. & qui damnum dedit, licet ſciat æſtimationem damni, neſcit tamen, cui damnum dederit. in his enim caſibus æſtimatur, & potius plus reddet epiſcopo, & ſic poteſt abſolui ſecundum Hoſtien. [*Erogare*] ſup. per prouiſionem epiſcopi diœceſani, cui caſus iſte reſeruatur, ſupra de Iudæ. cum ſit. hoc ideo, ne pecuniam inburſent, uel aliàs malè erogent ſimplices ſacerdotes. nec prodeſt, ſi dicas, quòd aliquis ſacerdos inuenitur, qui melius ſibi cauebit, quam multi epiſcopi: quia ſecundum Hoſtien. ſufficit aliquos inueniri, qui minus, vel non ita bene cauerẽt, ar. op. Inſti. de auc. tu. circa princ. ibi, Neque tamen. alias ea ratione poſſes generalem prouiſionem diœce. auferre epiſcopo comittendo illam ſacerdotibus, qui melius prouidebunt. & ſic hoc non ſentiendum de toto. 10. quæſtio. prima, regenda, ita nec de parte. ad hoc ſupra de offic. delegat. paſtoralis §. primo, dicit etiam Hoſtien. hanc erogationem potius debere fieri pauperibus loci, in quo datum eſt damnum, uel cuius habitator erat is, cui facienda eſt reſtitutio, quam extraneis: tum quia melius eſt, quòd uicini commodum inde ſentiant. C. de ſerui. l. ſecunda, & l. præſes: rum quia uériſimilius eſt inter illos inueniri illum, q damnum paſſus eſt, uel eius hæredem, quam inter extraneos, & illis primò facienda eſt reſtitutio, ut præmiſit [*Auguſtini*] quod hodie eſt regula iuris infra de regu. iur. peccatum, libró ſexto [*Vlla*] aliàs, Illa. & dicebat Ala. & idem Hoſtienſ. eos alia pœna puniendos, quia ſunt debitores ex maleficio [*Nota*] ideſt cognita. T. quod erit, cum bonis ceſſerit ſecundum Hoſtienſ. aliàs uix erit nota [*Vendi*] non dicit, quod uendicentur, ſed quod uendantur, & precium ſoluatur, & ſic non probat, ad quod inducitur [*Peccato*] pertinaciter
3 † aſſerentes uſuras exercere non eſſe peccatum, ſunt ueluti hæretici puniendi, ut in cle. eod. titu. ex grandi. & expone [*Peccato*] ideſt pœna temporali, quam patitur pro peccato. ęterna enim nunquam ſine cõtritione, & per illam ſolam abolerur. de hoc ſupra de rapto.
4 cap. 2. ¶ † Glo. 6. & 7. formant, & ſoluunt duas quæſtiones. ¶ Antepe. pe. & ulti. reſpon. poſſunt per tres quæ-
5 ſtio. ¶ *In † gloſſ. ſed pone, ibi, opera enim*] ſequitur eo loco edi debent, ubi patronus moratur, ſumptu ſcilicet & uectura patroni [*Et ibi, quòd niſi, in fin.*] Si uagatur patronus per orbem, non tenetur libertus ubique ſequi. ¶ *In glo. & licet ibi §. rectiſſime*] uiolentus, & fur tenetur de caſu, & interitu, ẽtqui prouenit alias ſine culpa ſua [*& ibi, cum res legata, in fi.*] ubi ſi fundus legatus chaſmare pereat poſt moram, hæredis, debet æſtimationem: quia legatarius illum acceptum uendere potuiſſet [*Et ibi, ſi debitoris*] uide infra eo. quia fruſtra, ſuper gloſſ. 2. ¶ *In glo. ulti. ibi, imperator, in fin.*] rogatus reſtituere, quod ſupereſt de hæreditate, ſi de precio rerum uẽditarum alias emit, illæ cedunt fideicommiſſo loco primarum [*Et ibi. §. ſi rem ſuam*] ſi legans nomen debitoris, de pecunia poſtea ſoluta rem emat, ſupereſt fideicommiſſi petitio [*Et ibi, ad probationem*] uide de officio delegat. cum contingat. ſuper gloſ. penulti. [*Et ibi, qui uas, in fin.*] nummus redactus ex precio rei furtiuæ non eſt furtius. leges ſequen. uide in decre. inquirendum, hic al-
6 le in fine. ¶ † *In glo. 2. ibi, reſtitui*] hoc uerum, ſi uerbum illud, donec reddant, & cęte. eſſet de uerbis ſententiæ: ſed, ut dixit Hoſtien. non erat de uerbis, ſed de mente, & efficacia ſententiæ. q. d. ſeruanda eſt ſententia vſque ad dignam ſatisfactionem, & poſt etiam, donec fuerit ſententia relaxata, ut ſequitur. ad hoc infra de ſenten. ex. cum deſideres, nam & præter hoc eſt illi pœnitentia imponenda, ut no. de homic. ſicut dignum. §. eos. ¶ *In glo. 4. in fi.*] infra de ex. præla. inter dilectos, de conſue. quanto. ¶ *In glo. ar. quòd, ibi, dicit*] ſecundum Alan. unde, ut dicebat Innocen. decre. iſta non probat conſtitutionem trahi ad præterita ratione, quæ ſequitur.
7 ¶ *In gloſſ. ſupra eo. quia, ibi, excommunicationem*] dicit. G. Na. quòd delegatus, cui mandatur, quòd per pœnam Lateranen. concil. &c. nõ poſſet excommunicare, quod ſi faceret, non ualeret: quia formam mandati &c. nec ob. decre. præterea, quæ loquitur in ordinario. ſupple, uel delegato, qui non haberet talem formam, Io. de Deo. lib. ſecundo quæſtio. prima, dixit hoc uerum in ſententia, ſed in proceſſu dicit, quòd excommunicare poterit, & aliter punire. & uide in ſpe. de reſcrip. pręſen. §. ratione formæ, poſt quartam formam, uerſic.
8 Item ſi delegatus. ¶ *In † glo. ſed pone, ibi, Abſentis*] ſpoliator uerò ſuis ſumptibus reſtituet rem in loco, unde ſpoliatur ſecundum Io. qui hoc not. 3. quæſtio. 1. §. ſed notandum: aliàs eſt in cap. ſequen. [*Et ibi, opera enim*] tu dic ſecundum Hoſ. quòd cum uſurarius ſit malęfidei poſſeſſor, refert, utrum transferat ſe alibi, quã vbi vſuras exercuit, & tunc propriis ſumptibus tenetur mittere: an is, à quo extorſit, ſe alibi tranſtulerit, & tunc expenſis illius abſentis mitteretur nũcius, prout diſtinguit lex. ff. de rei uen. ſi res, & l. ſi uerò, & l. ſe. & ff. de le. 1. cum res. §. 1. & ff. de eden. prętor ait. §. fi. & l. ſe. & adde ſm eum, quod no. s. de teſt. iudicãte [*Et ibi, excedant*] ſup. nec extat fidus gratis portans. ¶ *In glo. & licet, ibi, ut*
9 *hic*] ſi verò partem † reſtituere poſſunt, ſed non totũ, an ſoluant prius uenienti, no. ſ. eo. quamquam. ll. 6. in gl. paupertas [*Et ibi, Odoardus*] uide, quod ibi dixi ſuper ult. glo. [*Et ibi, ne egeat*] uerbum fuit Ala. idem hic Vinc. & Goff. licet Archi. in decre. quãquam, eod. tit. li. 6. dicat Goff. hic tenere contrarium. idem etiam Hoſti. hic ad id, quod in glo. ſequitur, Vincen. reſpondet, quod hoc caſu non credit illud procedere ſecundum canones. Go. in ſum. huius tit. §. in iudicio, dicit illud in foro iudiciali locum habere: ſecus in pœnitentiali. ¶ *In gl. pe. ibi, iures*] concordat, quod no. infra eod. quamquam. lib. 6. in gloſſ. nomine. ¶ *In glo. ulti. ibi, lucratiua*] dicit Goff.
10 quòd † ſi creditor, uel huius hęres non habeat, vñ ſoluat. unde & ſi ipſa res ex cã lucratiua peruenit ad illũ, q ſoluit uſuras, is, ad quẽ prius ex ſimili cãpuenerat, liberatur. ff. de act. & ob. oẽs debitores, ſm G. [*Et ibi, Ad ipſum*] uide in ſpe. eo. ti. uer. pone, uſurarius [*Et ibi, alium caſum*] in milite [*Et ibi, tertium*] in pupillo [*Et ibi, ſi in eccleſia*] hic adde, quod ibi dixi. Dicebat Goff. ſe non credere, quod dixit Ala. ut ſoluenti uſuram competat actio in rem ad poſſeſsiones emptas de pecunia, quam ſoluit, ſicut in caſibus prædictis: ſed dicit, quòd agente perſonaliter debitore, uel eius hærede per officiũ iudicis creditor, uel ipſius hæres compelleretur ad hoc, quod hic dicitur, pura etiam, quòd ſi poſſeſsiones prius emptæ uendantur, & iterum de ipſarum precio emantur alię, idem erit in illis: quia illę ſuccedunt loco primarum, ut lit. penden. eccleſia. ff. de legat. ſecundo, imperator, & l. ſe.

SVMMARIVM.

1 *Qui uendit rem plus, quàm ualeat, quo caſu peccet, nu. 2. & ad reſtitutionem quando inducendus, num. 3.*
Vſura in quibus committatur.
2 *Reditus emptio, uel afflictus an ſit licita.*
In dubio quod eſt tutius animæ ſequendum, in fine.
4 *Epilogus, & ſuffragium gloſſarum. num. 5.*
Valet tanti res, quanti uendi poteſt.
6 *Additio gloſſarum.*
Pretioſiorem rem quæ non faciant.
Vſurarij contractus forma in quo.

CAPVT VI.

1 IN ciuitate. Caſus. † Qui uendit rem plus, quam ualeat eo, quòd differt ſolutionem precij, peccat, niſi dubium ſit an tempore ſolutionis plus uel minus ualere deberet. Cõis diuiſi. 2. ibi, licet[*Seu cinamomum*]in talibus committitur uſura, quę conſiſtunt in pondere, numero, & menſura. de hoc dixi ſupra cap. 1. lib. 6. per quod uidetur eſſe uſura, ac ſi
2 pro. 5. 6. recepiſſet [*Vſurarum*] ex † hoc uidetur, quòd ſi quis emat reditus alicuius caſtri ad uitam ſuam, uel ſuam & hæredum, & ad certum tempus tenendos, ſi reditus annuus cõmuni æſtimatione non excedit annuatim reditum, quem de tanta pecunia in terra empta potuiſſet habere, licitus eſt contractus. Si uerò excedat communiter, eſt illicitus, argu. infra capit. conſuluit. alii dicunt, quòd quando in perpetuum emit, licitus eſt contractus ſemper: quia licitum eſt contrahentibus ſe decipere in precio. ff. de mino. in cauſæ. 2. §. penul. ſecundum Innocen. de cuius inferiori gloſſ. Hoſtien. non plus ponens, dixit hic tenendum, quòd tales contractus in perpetuum, & ad tempus ad certum cenſum & fine regulariter ſunt liciti & conceſſi per iura, quæ infra allegabo, dummodò neuter decipiatur ultra dimidiam, & dummodò in fraudem vſurarum nil fiat: aliàs ſecus, de emptio. & uenditio. ad noſtram. ff. de action. empti. & uenditi. Iulianus. §. idem Papinianus, C. de uſur. eos qui, & quod no. infra eodem tuas, ad quod accedit. C. de pactis inter emptor. & uendito. l. ſecunda, & l. cum ſe fundum. Sed Innocent. dixit quibuſdam uideri, forte bene, quòd ſi quis emit reditum conſtitutum ante contractum, uel uenditam actionem, ſiue conſtitutus fuerit in re, puta in domo, uel poſſeſsione, uel aliis huiuſmodi, ſiue in perſona, puta ſerui, uel liberti, uel ruſtici, uel actio, vel nomen. Item ſiue ſit certus reditus, puta quia reddit. 10. ſiue incertus, puta quia reddit quartam fructuum, qui percipiuntur de aliqua domo, de operis alicuius perſonæ. Item ſiue ſit perpetuus contractus, puta quia extenditur ad hæredes utriuſque contrahentium, ſiue ſit ad uitam hominis, ſiue ad certum tempus, puta uſque ad. 5. annos. Item ſiue reditus ſit in pecunia, ſiue in aliis rebus, ſiue ĩ facto: ſemper in omnibus præmiſsis reputant contractus licitos quia eſſet ibi licitus & purus contractus uenditionis. Nam ibi eſt precium, ſcilicet certa pecuniæ quantitas. Item ibi eſt merx, ſcilicet certus reditus, uel cauſa, uel annona. C. de ſacroſanct. eccleſi. iubemus, in princp. aut. de rebus eccleſi. non alienand. §. ab Anaſtaſio. C. de hæred. uel ac. uend. per totum. Sed his uidetur eſſe contrarium, quod dicit hæc decret. quia non eſt dubium, quòd uſque ad illud tempus ſaltem longum tempus plus perciperet de reditu, quam ſit predium. Sol. licet certum nunc ſit, quòd uſque ad 20. annos, uel 50. uel vlteriores plus accipiet de reditu, quam ſit precium, quod dat, tamen hæc certitudo nõ facit illicitum contractum uenditionis, cum hoc etiam ſit in uenditione alicuius poſſeſsionis, ubi certum eſt ſecundum inferiores cauſas, quòd plus accipetetur de certis fructibus eius, quàm ſit pretiũ, quod pro ea datur, & ſine expenſis. uel labore dando ad fictum certum, uel emphy. Hic enim totum reprehẽditur, quoniam carius uendit mercem propter terminum, quem dat prolixum emptori. uel ad ſoluendam pecuniam, uel quia pro minori emit mercem, quia ſtatim dat pecuniam, & per prolixius tempus expectat mercem. quæ penitus ſunt illicita: quia hic ſolummodò uẽdit tempus pro illa pecunia, quæ uenit, & iuſtum precium excedit: quod ex eo apparet: quia ſi utraque parata eſſent precium, & merces, pro minori fieret. & in caſu noſtro omnia ſunt præſentia: quia nec uenditur tempus, quia res ipſæ, de quibus diximus, ſcilicet reditus, uel actio tantum ualebit, uel ad minus creditur ualere ſubſequentibus temporibus, quantum modò ualet, uel ad minus eſt dubium, & hoc ſufficit ad hoc ut contractus ſit licitus, ut hic. Idẽ intelligunt quidam, & ſi reditus, uel nomen de nouo propter hoc conſtituatur in rebus, uel perſonis aliis contrahentibus, puta quia dicit emptor, Tu conſtitues tales reditus in tali poſ. uel ſeruo, uel facies, quòd talis confitebitur ſe debere tibi mille uſq; ad annũ, & ego de illis mille, uel magis de actione pro illis mille competente tibi dabo quinquaginta. Nam dicunt omnes contractus illos licitos, quia non eſt hic mutuum, ſed emptio. Item multi caſus poſſunt interuenire, quòd iſte emptor amitteret in hoc contractu, puta ſi inops fuerit nomen. Sed certè bene conſulendũ eſt omnibus fidelibus, quòd ab huiuſmodi cõtractu abſtineant, ſcilicet quòd de nouo propter hoc conſtitutum reditum, uel actionem emant. iſtud autem penitus uidetur illicitum, quòd ipſe idem qui dicitur emptor, in ſe conſtituat reditum, vel actionem, qua ſe plus obliget ad plus dandum vel in pecunia, vel in ſpecie, quam accepit ſecundum Innocent. [*Peccatum*] in conſpectu Dei. & ideo ſunt inducendi, ut ſatisfaciant in foro poenitentiali [*Ceſſarent*] quia in dubio, quod tutius eſt animæ, eſt ſequẽdum, quod dic ut ſupra de homici. ad audientiam, Hoſtien. [*Cum*] ſup. Hoſtien. mens de facili corrũpatur, & cogitationes &c. [*Occultari*] iõ
3 † ſi tales in pęnitentia ueritatem detegant mentis corruptæ, ad ſatisfaciendum efficaciter inducentur, in-
4 fra capitu. conſuluit, in fin. Hoſtien. ¶ † Gloſſ. 1. reſpõ. per modum ob. de eo, quod licet cõtrahentibus &c. ¶ Secunda obiicit, & ſol. ¶ Tertia ſignat contrarium,
5 & remit. ¶ † *In glo. 2. ibi. §. ult.*] ſtatuliber pendente conditione æſtimatur quanti poſſet emptor inueniri (*Et ibi, mortis cauſa. §. ult.*] qui accipit hominem obligatum ex noxa, intelligendus eſt accepiſſe, quantum homo uẽdi poterat. Idem in fundo obligato [*& ibi. §. portio*] aliàs iacturæ æſtimatio rerum proiectarum habetur non quanti ſunt emptę, ſed quanti uendi poſſunt [*& ibi. l. precia*] hæc. l. & ſequen. ponunt ſingularem affe-
6 ctionem in ſeruo, filio naturali. ¶ † *In glo. 2. ibi, extimantur*] de hoc ſupra de teſti. cum cauſa. nec enim animoſitas, uel ſtulticia alicuius emptoris rem facit precio-
a ſiorem. ff. ad l. Falcid. l. tertia, [a] Goffred. ¶ *In glo. ſimile ſupra in fin.*] dicebat Goffred. forma uſurarii contractus propriè eſt in mutuo. In contractu ergo uenditionis non committitur uſura quò ad formam, ſi ex mente ſcilicet, ut fingantur precium hoc caſu ad emptore uenditori traditum, & ſibi poſtea mutuatum cum lucro.

ANNOTATIONES.

¶ L. tertia. Vide plenius Bar. Bald. & Saly. in l. 2. C. de reſcin. uendi & ff. ad l. Fal. l. precia. §. 2. ...

SVMMARIVM.

1 *Vſurarius monitus non deſiſtens, ſi clericus eſt, quomodo puniatur.*
Vſura non ſolum exigi, ſed & recipi prohibentur.
2 *Epilogus, & additio gloſſarum.*

CAPVT VII.

1 PRæterea. C.uſurarius monitus nõ deſiſtens, ſi clericus eſt, ab officio, & beneficio ſuſpenditur: ſi laicus, excõmunicatur. & phoc patet diuiſio [*Recipere*] ergo non ſolum exigere, ſed etiam recipere prohibentur. de hoc 48. di. c. 1. ſatisfactionem. dixi de hoc ſupra eo. cum tu [*Excommunicationis*] ad idem ſupra
2 c. 2. infra eo. tuas, de iureiur. ad noſtram. 1. ¶† Secũda glo. quærit, & ſoluit. ¶[*In glo. 2. ibi, mittantur*] & tamen dicebat Ala. illud ſpeciale, & ad conſequentiam nõ trahendam [*Et ibi, colligitur*] quia illud ob hoc deciſum ſecundum Hoſtien. [*& in fi.*] de hoc. 14. q. 4. c. 1.

SVMMARIVM.

1 *Fructus rei pignoratæ computantur in ſortem exceptis caſibus, nume. 3. & 5.*
Vſuras nec priuatus, nec uniuerſitas poteſt recipere. excipiuntur caſus nu. 3. & 5.
2 *Epilogus, & ſuffragium gloſſarum.*
Vltra ſortem quibus caſibus quid accipere & petere liceat, & nume. 5.
4 *Additio gloſſarum.*

CAPVT VIII.

1 COnqueſtus. Fructus† rei pignoratæ computantur in ſortem, unum caſum excipit. Et ſic patet diuiſio. & quia decre. dirigitur abbati, & fratribus ſancti Laurẽ. no. Ala. quòd ſicut priuatus uſuras non poteſt recipere, ſic nec uniuerſitatis. ex hoc arguens contra ciuitates Italiæ, quæ accipiunt vſuras nomine ciuitatis. ideo no. V in. infra eo. Michael, & de hoc per Rai. in ſum eo. ti. pe. col. uer. quid de comitatibus (*Memorato*) in prin. ca. (*Illi*) G. qui terram obligauerat, ut patet in deciſa. Hoſti. (*Niſi*) excipit ab eo,
2 quod dixit fructus computandos in ſortem. ¶† Secũda glo. inchoetur in uer. illud no. uſque ad uerſi. Item ſi uendo. Dicendo, quòd glo. no. duos cõtractus &c. ponens etiam. 7. caſus, in quibus aliquid ultra ſortem
3 recipere non eſt uſura. ¶[*In† glo. 2. ibi. l. 2.*) ſi emptor in termino precium non ſoluit, quamuis depoſuerit, vſuras debet uenditori [*Et ibi, ſocium qui*] ſocius moram faciens in eo, quod debet ex ſocietate, debet uſuras: quia ſocii intereſt illum moram non adhibuiſſe [*Et ibi. l. 3. §. ul.*] in arbitraria uenit intereſſe etiam ultra legitimum modum uſurarũ, & habetur in intereſſe ratio lucri [*Et ibi. §. in bonæ*] ſequitur, fidei contractibus ex mora uſuræ debentur [*Et ibi. l. ultim*] ibi emptor in precio ſoluendo moroſus ſoluit ſolũ vſuras, non id plus ex mercibus, quam ex uſuris precio ſoluto quærere poterat. & idem ſequens [*Et ibi. l. 2.*] uideas
4 etiam de pig. illo uos, in glo. hic uidetur. ¶[*In glo. 2. ibi,* [*fauore eccleſiæ*] uide quod dixi in præ. decreta. prima, de feudis [*Et ibi, ad quæſtum*] & ibi de hoc, facit quod no. de fidei. cap. 2. [*Et ibi, illud no.*] hoc idem no. 14. quæſtio. 3. in ſum. [*Et ibi, commodatum*] idem in mandato. ff. man. l. 1. in fi. & facit. 1. quæſt. 1. nunquam, ibi, Ex quo pecuniam acceperunt, prophecia facta eſt diuinatio. [*Et ibi, illo uos*] ubi de hoc in glo. hic uidetur. & in glo. penul. dic ut ibi dixi [*Et ibi, in fraudem*] de hoc ſupra de
a arb. dilecti [*& in fin.*] dabat† Ho. infra eo. ſalubiter, ca-
2 ſus, in quib. aliquid petitur ultra ſortẽ per hos ver. feuda. ſ. de feu. c. 1. & hic, fideiuſſor. qđ dic, ut ſ. de fideiuſ. peruenit, pro dote. j. e. ſalubriter, Stipiendia clerici. ſ. c. 1. uenditio fructus, cum emo fructus caſtri ad tẽpus, quod dic ut dixi ſupra eo. in ciuitate, Cui uelles iure neceſſe. 14. q. 4. ab illo. per quod uidetur, ꝙ ab hoſtib. fidei licitè exigatur uſura. per quod etiam dicunt Iudæi, quòd Chriſtianis licitè fęnerantur, cum etiam dicatur Deutero. 23. non fœneraberis fratri tuo pecuniam, uel aliam rem ad uſuram. Sed contra eos ibi. 28. B. fœneraberis gentibus multis, & ipſe à nullo fœnus accipies. & D. aduena fœnerabit tibi, & tu non fęnerabis illi. Ad idem infra eod. poſt miſerabilem, & c. pe. & c. ab illo, legatur negatiue. i. ſicut nulli iure nocere deſideras, ſic à nullo uſuram exigas. uel quamuis licitè exigerentur ab hoſte fidei, non ideo per Iudæũ à Chriſtiano poſſunt exigi, bona enim hoſtium exponuntur, ſed non Chriſtianorum, nec Iudæi ſunt hoſtes noſtri. & quod fauore &c. C. de legi. quòd fauore. Vendens ſub dubio habes, infra eod. cap. fina. Preciũ poſt tempora ſoluens. hunc caſum ponit gloſſ. Pœna in fraudem, ut dicit finis huius gloſſ. Lex commiſſoria, cum ſcilicet uendo tibi fundum, dummodò ſub pacto legis commiſſoriæ. C. de pactis, inter empt. & uendit. l. commiſſoriæ, & l. ſi fundum, dummodo nõ fiat in fraudem, ſupra de emp. & uen. ad noſtram. Gratis, ſ. quando aliquid datur ſine pacto. ſic ſupra de ſimo. dilectus. 2. caueat tamen ab intentione corruptà, infra eo. conſuluit. Socii pompa, hoc dicit gloſſ. circa finem. Plus ſorte modis datur iſtis. eſt ſorte. 13. caſus ſecũdum eum. ubi creditor ratione mutui, quod fecit, laborem ſubiit, in cuius compenſationem fructus ex re ſibi obligata perceptos facit ſuos. de hoc ſupra de re. ecc. non alie. c. pe. & remittit ad ſummam. eo. tit. §. an aliquo caſu. Et eoſdem. uer, poſuerat ſupra de pig. cum contra, quos etiam prius poſuerat in ſum. eod. titu. prædicto. §. an aliquo.

ANNOTATIONES.

a Dilecti. & plenius. C. eo. ti. cum allegas, per glo. & doc.

SVMMARIVM.

1 *Vſurarij hęres uſuras reſtituere cogitur, & quando eius, uel ſua perſona teneatur. item omne damnum, in fi.*
Crimen pro acquiſitum ex eo.
2 *Epilogus, & ſuffragium gloſſarum.*
Lucrum cuius quis capit ſactum præſtare debet, & pro qua parte, & nu. 3.
Soluendo qui non eſt an oneret cæteros obligatos.
Hæredes quatenus teneatur, & nu. 3. an ex reſcripto contra defunctum impetrato conueniri poſſint.
3 *Additio gloſſarum.*
Poſſeſſor non hæres de qua re teneatur.

CAPVT IX.

1 TVa nos. Hæres† uſurarii filius, uel extraneus uſuras reſtituere cogitur. Communis diuiſio. 2. ibi, Tuæ igitur [*Vſurariorum*] abſolutorum in extremis, & tunc ex illorum perſona tenentur hæredes: ſed impœnitentes deceſſerint, tenentur ex ſua de eo, quod ad ipſos peruenit, ſecundum Hoſtiẽ. facit quod dixi ſupra de ſepulturis parochiano [*in crimine*] id eſt in acquiſitis ex crimine uſurarum ſm Hoſ. uel reſpicit uerſi. defunctis [*Deuoluta*] iure hæreditario ſecundum Hoſtien. ad hoc facit finis [*Vſuras*] & omne damnũ, quod ratione uſurarũ cõtingit debitori, Inn.

¶Glo.

2 ¶†Glo. 1. quærit, alle. ad negatiuam unã. l. & affir. tres, & ſol. ¶[*In 1. glo. ibi, ex qua perſona*] ſequitur, quis lucrum capit, eius factum præſtare debet [*Et ibi. §. cum inter*] ſi diuiſa actione inter fideiuſſores poſt lit. conteſt. alter efficitur non ſoluẽdo, hoc non onerat alterum qui eſt ſoluendo [*& ibi, § hæres*] hæres commodatarii pro illa parte, qua hæres eſt, conuenitur, niſi facultatem habeat totius rei reſtituendæ [*& ibi, inter fideiuſſores*] ſi alter fideiuſſorum efficitur non ſoluendo, percipias illius ad aliorum onus accreſcit [*Et ibi ſi fideiuſſores*] ſi fideiuſſores tutoris adoleſcẽti promiſerunt id ſoluere, quod a tutore conſequi non poſſet, actio reſidui diuiditur inter eos, qui ſoluẽdo ſunt [*Et ibi. l. 2. ibi, ad literam*] ſunt uerſic. quæ præcedunt, & ponit caſum de hærede litigatoris uicti, qui etiam tenetur ad fructus etiam percipiendos poſt lit. conte. [*Et ibi, non excludit*] unde non præſcribit, quod non præſcriberet defunctus propter
3 malam fidem, uel precarium. ¶†In glo. 1. ibi, pro hæredita ria portione] hoc eſt regulare. C. de actio. hære. l. prima, & ſecũda, & quoſdam caſus exceptos no. Rai. in ſum. part. ſecunda de legiti. ma. ſecundo reſpon. de furtis, quos uide no. in præ. l. ſecunda, in prima gloſſ. Item, vt ibi dicebat, ſolutio debitorum eo prætextu, quòd pupillus eſt hæres, differri non poteſt. tex. eſt eodem titu. ſub prætextu, ibi, Peruenerunt. hoc nimis eſt durum ſecundum Hoſtien. ſi intelligatur de non hærede, unde licet dictum gloſſ. uideatur multis fauorabile, & æquum, & communiter approbetur, ſibi tamen uidetur, quòd licet hæres, qui non fecit inuentatium, teneatur inſolidum: tamen non hæres, etiam ſi res ad eum ex cauſa lucratiua peruenerit, non tenetur. C. de donatio. l. æris alieni. & l. ſi pater, C. de actio. hæred. l. ſi. ff. ad Trebel. l. prima §. ſi hæres, niſi ſaltem eſſet res empta de pecunia fœnebri, ſupra eodem, cum tu, in gloſſ. ſi. de hoc, & maxime hoc uerum poſt præſcriptionem. & dicit, quòd aliter multæ animæ laquearentur, nec aliquo iure cauetur de alia re teneri poſſeſſorem non hæredem. & iungit no. de ſepul. parochiano [*& ibi, poteſt dici*] ſecundum Vincen. T. idem Goff. Phi. & Hoſtien. qui etiam idem no. in ſum. eod. tit. §. ſi. uer. quid ſi alter [*Et ibi, habendaeſt*] no. hic T. Phi. Vincen. Goff. & Guil. in ſpe. titu. 1. §. reſtat, uerſi. Item mortuo eo, quod per reſcriptum impetratum contra uſurarium mortuum ante citationem non conuenitur hæres, ſi de hærede non ſit mentio in reſcripto. & ſic dicebant Tan. & Vincen. ſeruari Bon. ad hoc de of. dele. cum olim: & hæc iura loquuntur in ordinario, ut not. infra eodem Michael, qui iudicat hæredẽ; ſicut teſtatorem, & ſic intellige, turpia lucra debent hæredibus auferri. ff. de calum. in hærede. de hoc de re ſcrip. ſignificauit, de iudi. quia. V.

SVMMARIVM.

1 *Mutuans ea mente, ut plus ſorte percipiat tenetur in iudicio animæ.*
Iuramenti parabolam non dans, & quid ſit hoc, nu. 2.
Vendens rem plus debito ex dilatione temporis.
2 *Pro uulgaribus prouerbijs argu.*
Parabola quid.
3 *Conſuetudo patrisfamilias inſpicienda.*
Mutuare an ſit in præcepto, mutuãs ex ſpe uſuræ quid reſtituere tenea tur, nu. 4. 5. & 6.
Vniuerſitatis creditor non poteſt euitare collectas.
4 *Vſura mentalis nunquid noceat?*
Simonia mentalis non nocet ad reſtitutionem.
5 *Epilogus, ſuffragium, & additio gloſſarum, num. 6.*
Iudex ponens in remuneratione principaliter ſpem, iuſtitiam uide tur uendere.
Naturalis obligatio non poteſt deduci in ciuilem, uel in pactum.

Ciuiliter tamen quandoque quis obligatur ad id, ad quod ſine pacto tenebatur.
In uſurarum iudicio quid ſi quis confiteatur ſuam prauam uoluntatem quid iuris.

CAPVT X.

1 CONſuluit. C.† Mutnans ea mente, ut plus ſorte percipiat, non dans parabolam iuramẽti, niſi aliqd inde recipiat, uendens rem plus debito, quia ſolutionem precii differt, tenentur ex his in iudicio animarum. Communis diui. in 1. conſultatio tria dubia continens, ad quæ ſil. 2. reſpon. 2. ibi, uerum qa [*Quaſi uſurarius*] bene quærit, quia uſurarius non eſt [*Et utrum*] 2. quæſtio. [*Inuolat*] ſupra capitu. ſuper eo, in fin.
2 [*Vulgo*] no. pro uulgaribus prouerbiis, de Iudæis, & ſi Iudæos [*Parabolam*] Lombardus ſuit Hoſtien. aliàs parabola quaſi umbra eſt proœmium ueritatis, ut dicit Hier. ad Algaſian. q. 6. [*Iuramenti*] i. non aliter prorogat terminum, quo debitor tenebatur per iuramentum ſoluere certa die, uel per iuramentum ſe non poſſet abſentare, nec ille dat licẽtiam, niſi &c. [*Aliquod*] offerunt enim ſcientes, quòd alias fruſtra laborarent,
3 & †no. inſpiciendam conſuetudinem patrisfa. ff. de uſu. qui ſemiſſes, de pigno. ac. l. uniuerſorum. 47. D. quoniam. & facit de eon. uti. uel inu. ad noſtram, de pigno. illo uos [*& in negociator*] 3. q. [*Lu*] 6. Date mutuum. quærit G. an hoc ſit in præcepto. reſpon. quod ſic in caſu neceſſitatis, quo omnia ſunt communicanda, 47. diſt. ſicut Hu. 12. q. dilectiſſimis, Cum [*Nihil*] lucri, ut ſequitur nã euitare poſſet creditor uniuerſitatis etiã ex pacto collectas, ad quas interim uniuerſitati tenebatur ſecundum G. qui hoc in ſpe. et i. in ſi. Sed uidetur diſtinguendum inter certa, & incerta ad hoc infra c. fin.
4 [*Sperantes*] dicunt quidam, quòd licet ſit vſurarius mutuans principaliter ex ſpe uſuræ, non tamen tenetur reſtituere plus receptum, niſi aliqd faciat, propter quod debitor neceſſariò dare cogatur, puta negando terminum, recipiendo cautionẽ maioris ſummæ, uel huic ſimile: & ſecundum iſtos non nocet uſura mentalis, ſicut nec ſimonia mentalis quò ad reſtitutionem, ſed per pœnitentiam aboletur. alli dicunt, & eſt tutius ſm In. immò ueriſſimũ ſm Ho. quod placet Rai. in ſum. huius ti. uer. ſed nunquid uoluntas, quod ſemper tenetur reſtituere, ex quo principaliter. ducitur illa intentione quæ reaũt aliud in ſimo. quam in uſura, dixi s. de ſi. c. ſi. & quòd dicitur uſuram mentalem non obligare ad reſtitutionem, poſſet eſſe uerum, quando ſecundario & nõ principaliter ponebatur ſpes in lucro, & ſic intelligo, qꝫ hic no. G. & H. & in ſum. huius titu. poſt prin. ubi qd̃ hic no. ad literã uidere poteris, & dicam ſtatim ſuper glo. 2. plenius ſuper regula, peccatũ, de re. iu. li. 6. in 1. ar. q. in l. Deut. 23. Eze. 18. [*Taliter*] i. tali intentione [*Inducendi*] quod non fieret, ſi non eſſet uſura. T. Vin. dicebat an agi poſſit cõditione ex hoc canone, quare, & non ſol. ſed ſolutionẽ collige ex ult.
5 gl. & eo, quod ſuper ea dicam. ¶†Vult gloſ. ſignat contrarium, & ſoluit. ¶[*In 1. glo. in ſi.*] loquitur de fœneratore, qui mutuauerat pecuniam athletæ, nec permittebat illum à ſe recedere, niſi caueret ſoluere debitum, & ultra: iudex rem ad æquitatem reducet. ¶[*In gloſ. 2. ibi. §. conſului*] uide de ſimo. cum eſſent, ſuper prima
6 gloſſa. ¶†[*In glo. 2. ibi, poſita*] & de tali quærebatur, ut patet in princ. [*& ibi, nec etiam recipere*] Goffred. ponendo ad literam hanc glo. Alan. ſubdebat: uel ſi dicatur uitium uſurarum ſola ſpe uel intentione committi, non tamen eſt neceſſe reſtitui taliter acquiſitum, ſi in ſimonia, & cæte. per quæ collige; quod intellexit de ſpe ſecundaria, de qua hæc gloſſa. ſubdebat

Go.ꝙ iudex principaliter ponens ſpem in remunera-
tione, iuſtitiam uendere uidetur. 1 t.quæſ.3. qui recte
idem in ordinante. 1.q.1.ordinationes(*& iaſi.*) Ala. ta
men iſta naturalis nō poteſt deduci in ciuilem, uel in
pactum. ſecundum quod no. 14.q.3.c.1.& per Go.hic
Hoſtien.de hoc trac.in ſum.eo.ti.§.fi.uerſ. quid ſi tibi
ubi conatur defendere contrarium. concludit tamē,
quod prædixi tenendum. ſatebatur G. quod quis qñ-
que ciuiliter obligatur ad id, ad quod ſine pacto tene-
batur, de ele. ſignificaſti, de præben. ſignificarū. ¶ *In gl.*
7 *ult. ibi, iudicium eccleſiæ*) Quid† ſi is, contra quem agitur,
in hoc iudicio contentioſo cōfiteatur ſuam prauam
intentionem, dicit Hoſtien. quod ſi petebatur ut uerè
uſurarium, propter iniuſtam petitionem abſoluetur
reus, niſi propter animæ periculum dicatur hic aliqd
ſpeciale, ad quod de iudic. dilecti, de con. ſpiritu. tua.
Sed ſi petebatur, ut quaſi uſurarium iniuſtè. & contra
ſalutē animæ receptum, ſit condem. ſecundum eum.

SVMMARIVM.

1 *Manifeſti pro notorijs.*
Notorium iuris quando.
Apellatio manifeſtis uſurarijs interdicitur, & an ſemper prædoni quo caſu nu. 2.
In uſurarium cauſis qualiter procedatur.
2 *Additio gloſſarum.*

CAPVT XI.

1 QVam pernitioſum. Breue
ēt (*Manifeſtos*) i. notorios ſupra eo. quia in omni-
bus, Hoſt. (*Confiterit*) ex hoc colligitur eos
conuictos, vel confeſſos, & ſic erat iuris notorium, de
coha. clerico. ueſtra (*Appellationis*) ſed nonne iuris be-
neficium etiā prædoni conceditur, ſupra de reſti. ſpo.
ſatis patet. cognoſcetur autem ex malleatione bullæ,
cum. ſ. fuit pars fili intus reducta. Item per tractionẽ
fili, ſi expediat [*Redditis*] per officiales ad hoc deputa-
tos [*Tenuem*] maxime. ſed dictum fuit, quia difficilius
perpenditur [*Sexta*] iſta falſitas, & ſequẽs non poſſent
de facili exerceri in papyro. & facit ad id, quod dixi ſe
cundũ Hoſ. de cõfirma. uti. uel inuti. cum dilecta, uer.
nos igiť [*Et alijs*] puta tybertino ſurfure, & ſimilibus.
dicit etiam Ho. eſſe quandã, cuius nomen ſupprimit,
cum qua fit talis abolitio ſine raſura. ego verò ſcio, &
expertus ſum quadã aqua ſtillata hoc idẽ fieri [*Abra-
ſæ*] & ſubtilizatæ uſque ſub plicatura [*Tenaciſſimo*] ſicut
faciũt, qui emẽdant foramina, uel ſciſſuras librorum
[*Coniungitur*] & ſuper hoc cõiuncto ſcribitur [*Scienter*]
4 & ſic non includit † eum, qui miſit nuncium idoneũ
ad literam procurandam, ſi ſine conſcientia ſua falſi-
tatem commiſit, ar. de pigno. ſignificante, ſecundum
Hoſti. [*Falſas*] falſas hic uocat, quæ licet per manũ no
tarij tranſierint, tamen ſine conſcientia papæ, & uice-
cancellarij bullantur ſm Hoſt. [*Proijciunt*] & cęrimo-
nijs, quas ſeruant hodie bullatores, non poſſet de fa-
cili hæc falſitas accidere: quia ſecretarij bullæ, ubi te-
nent literas bullandas, non permittunt aliquem intra
re. potius ergo poſſet accidere in cancellaria [*Sigillen-
5 tur*] i. bullentur (*Formæ*) dictatores † & ſcriptores ha-
bent ſuas cęrimonias, per quas ſi litera falſa ueniet ad
manus ipſorum, citiſsimè erit eis no. refert Ab. de lite
ris. M. & N. ꝙ ſcriptores illis literis nõ dant tractũ, niſi
in fi. dictionum. de his & multis ſimilibus uide in ſpe.
de reſp. præſen. §. 1. igitur, in 2. col. & ibi per totum. §.
exponitur hæc dec. (*Chartæ*) non ſcribit curia in char-
tis raſis, uel deformibus, unde etiam propter ineptã
formam chartæ uel minus lõga, uel minus breuis iu-
betur litera reſcribi. hodie tamẽ pulchrior eſt forma
chartarum literarum papalium, quàm olim. & fertur
eſſe ratio: quia olim ſcriptores papæ ſcribebãt in ſuis
chartis, unde ex auaritia turpes & breues formas fa-
ciebant. unde poſtmodum ſubtracta ſunt eis uictua-
lia, quæ habebant à curia, & dantur eis chartæ gratis,
& officialis ad hoc deputatus tot chartas dat ſcripto-
ri, quot poſtulat (*Adiunctione*) vt in 3. & 4. ſpẽ (*Collatio-
6 ne*) ſemper † ſi fiat collatio falſæ bullæ ad ueram, faci-
le erit cognoſcere. vix enim, imò nullo modo reperi-
re erit, quin diſcrepet falſa à uera uel in forma, uel in
filis, uel in punctis, uel aliquo alio; præter id etiã, qđ
ibi ſunt quædam ſigna ſecreta ſolis bullatoribus nota
[*Motione*] facilius mouebitur filũ foraminis ſubleua-
ti, quàm alterius (*Obtuſione*) quãdo cudita eſt bulla ſu-
per filum, optime eſt obtuſa bulla filo inferiori & ſu-
periori, quod non eſt, cum filum fuit tractum (*Tumi-
da*] in loco, quo malleus non percuſsit (*Depreſſa*) in lo-
7 co, quo malleus percuſsit. ¶ Gl. 1. ultra. 9. ſpecies fal-
ſitatis, quas ponit tex. enumerat. 7. ¶ Glo. 3. tractat de
raſura duplici, l. literarum apoſtolicarum, & aliorum
inſtrumentorum, & utriuſque dicti ſoluit unum con
trarium. ¶ Vlt. gl. ponit quãdam expertam doctrinã.
8 ¶ *In glo. 1. ibi, ſiquis obreſerit*) ſequitur, præſidi prouinciæ
tã per acta, quàm per libelli interpellationẽ, nihil agit
(*& ibi, iubemus*) iſta lex dicit producentẽ ut falſariũ de-
tinendũ. ¶ *In glo. 2. in fi.*) loquitur in illo, qui utitur fal-
ſo reſcripto, uel falſa conſtitutione, nullo auctore ha-
9 bito. ¶ *In † glo. 1. ibi, falſa*) multos modos, quibus char-
ta dicitur falſa, quære no. 19. di. in memoriam. ¶ *In glo.
quicunque, ibi, raſura*) ſecundum Io. idem no. in præ. c. ex
literis. ¶ *In gl. quia per, in fi.*) ſ. ex ſtylo, uel modo dictan-
di.

di. ¶ *In gloſſ. ulti. in fin.*) illud locum non habet, cum ſit cum herba ſecundum Hoſtien.

S V M M A R I V M.

1 *Falſæ literæ papæ quæ.*
2 *Conſuetudo, & ſtylus conſuetus curiæ ſpectandus.*
Papa quibus nominibus appellet eos, quibus ſcribit.
Quos fratres, quos filios, quos chariſſimos, & quos dilectos.
Nomen eius quãdo poſpoſitum nomini principis, uel imperatoris.
3 *Vni ſi loquatur, aut ſcribat quis an honoris cauſa num. plurali, an ſingulari uti debeat.*
Catholicon dictionarium citat auctor.
4 *Epilogus, additio gloſſarum.*

C A P V T VI.

1 Vàm graui. C. † falſæ ſunt literę
papę, in quibus epi
ſcopus uocatur filius, uel inferior uel uni
ſcribitur in plurali. Et primò ponit admi-
rationẽ ſuam. 2. ibi, Cum ſcire, in tribus, quæ ſunt de
ſtylo, ſpecialiter Inſtruit. & primum reducit ad ꝓpo-
ſitum. tertia Ibi, Propter quod, generaliter inſtruẽdo
concludit [*A nobis*] uel noſtra cancellaria, ſupra de re-
2 ſcrip. ad hoc ſumus [*Conſuetudinem*] no. † conſuetudinẽ,
& conſuetum curię ſtylum ſpectandum, infra de ſen.
ex. ad hoc, de conſti. ex literis, quod dic, ut no. de tem.
or. c. 2. de re iudi. in cauſis, ſm Hoſti. [*Fratres*] olim in-
terdum pa. ep̃os nõ uocabat fratres. 2. q. 7. lator [*Prin-
cipes*] olim imperator ſcribens papæ, præmittebat no-
men ſuum. 87. d. Victor, ubi de hoc, & C. de ſum. tri. in
epiſtola, inter claras, ubi etiam papa præmittit impe-
ratorem [*ordinis*] dignitatis, uel conditionis, dũmodo
ſint Chriſtiani. Iudæũ. n. vel nõ baptizatũ papa nõ uo-
caret filium. Hoſti. [*Filios*] eſt tñ hæc differentia: quia
reges uocat chariſsimos, reliquos ṽò uocat dilectos
filios, cardinales uerò permixtim uocat fratres. ĩ. cap.
proxi. ſigillatim ſolos epiſcopos, reliquos uerò filios,
de teſta. licet. 2. de præben. dilecto, in prin. [*Vos, ſiue no-
3 ſter*] quomodo † etiã inferiores uni non deberent ſic
loqui. & an ſi honoris cauſa ſic loquanť: vt habet vſus
ſeq debeat plurare, uel ſingulare: vide in catho. ca. 39.
[*Falſas*] falſæ literæ non ſunt dicẽdæ lr̃æ, ſuper quo vi-
de, quod no. 45. diſt. uera non admittas. ſi. ſupra de re-
4 ſcrip. cum contingat. ¶ † Gl. 2. recitari poteſt per ɔ̃triũ.
¶ *In glo. 2. ibi, eccleſiæ*] & 92. di. in ſancta [*& in fi.*] de hoc
95. diſtin. eſto, in 1. glo.

S V M M A R I V M.

1 *Qui falſant per ſe, uel alios papæ literas quomodo puniantur, uide num. 2. 3. 4. 5. 7.*
Fautores item pari pœna.
Sera pro tarda.
2 *Inter falſantem literas, & utẽtem falſis quæ differentia, & nu. 3. & falſæ quæ dicantur, nu. 5.*
3 *Canon latæ ſententiæ hic.*
Degradatio clericorum per iudicem eccleſiaſticum fit, & qui debeant interuenire.
Cum degradato difficilius diſpenſatur, quàm cum priuato.
Officia pro dignitatibus.
4 *Epiſcopi non puniuntur ſine ſpeciali mandato papæ.*
Exempti pari modo.
Spoliari pro priuari.
5 *Clerici plus, quàm clerici puniuntur, & cur.*
Abſolutio reſeruata papæ, hic.
6 *Suffragium gloſſarum.*
Dolo uerſari uidetur fideiuſſor omittens exceptionem, & quas.
6 *Suppletio gloſſarum.*

C A P V T VII.

1 D falſariorum. C. † Qui per ſe,
uel alios literas
papę falſant, excõmunicati ſũt cũ ſuis fau-
toribus. & clerici officijs, & beneficijs ſunt
priuati, & degradandi ſunt. & curiæ ſeculari tradendi,
per quã laici legitimè puniantur, qui literis falſis uti-
tur, ſi clericus eſt, & officio, & beneficio priuať: ſi lai-
cus, excõicatus eſt. uel breuius. primò punit eos, qui
per ſe, uel per alios falſant lr̃as papæ. ſecundò ibi, Qui
uerò, illos, qui literis falſis utuntur [*Sera*] i. tarda, ſic ſu
pra de do. & contu. cum dilecti [*Inferius*] in uer. qui ue
2 rò. dicit † Ho. inter falſantem, & utentem has differẽ-
tias hic elici: quia ſolũ utens. ĩ. 20. dies ſibi poteſt pro-
uidere, & pęnã euadere, qđ nõ põt falſans. poſt. 20. ve-
rò dies ſera eſt pęnitẽtia, & omnino excõicatus eſt. ſe-
cunda, quia falſarij ipſo iure priuati ſunt de beneficijs
degradandi: utentes non, attendendum eſt etiam, qđ
habetur. ĩ. ca. proxi. [*Vel alios*] infra de reg. iur. qui per
alium, lib. 6. cum ſuis concor. [*Defenſoribus*] concor. de
hæret. excõicamus. §. credentes [*Immodatos*] & ſic eſt ca
3 non † latæ ſententiæ, ut ſup. eo. dura. Io. Phi. Inn. & Ho
ſti. [*per ſe*] uel per alios, ſupra e. c. ſm Hoſt. & Ab. [*Eccle-
ſiaſticum*] nec per alium fieri poſſet: imò etiam interue
nire debet numerus ep̃orum, de quo habeť. 15. q. 7. fe
lix, & c. ſi autem. licet aũt ſint priuati, degradanť: quia
facilius diſpenſatur cum priuato, q̃ cum degradato
a ſm Hoſt. de hoc ſup. de cleri. non reſi. ex tuæ. [a] [*Degra-
dati*] utẽtes uerò non degradantur, & de his ſequetur
[*Per quam*] ſecularẽ ptãtem. Inn. [*Legitime*] ut ſup. prox.
dicit gl. [*Officijs*] i. dignitatibus, de cõſti. cũ acceſsiſſenť
uel uerius interdiceť eis executio ordinum, licet nõ
degradentur, ſm Ho. [*Beneficijs*] quibuſcunque, exce-
4 ptis † ep̃is, qui priuandi non ſunt ſine ſpeciali manda
to papæ. 3. q. 6. dudum. & idem ſm Hoſti. de alijs infe-
rioribus exemptis, ſupra de cõſue. cũ uenerabilis: ſed
dic. ut ibi, & ĩ. de elec. ſi abbatem, li. 6. [*Spolientur*] i. pri-
uentur, cõcor. de hoc dixi. ſ. de reſtitu. ſpo. conquerẽ-
5 te (*Laici*) idẽ † de clericis, ſm Hoſti. licet ẽt plus puniã-
tur, quia plus peccauerunt de hoc dixi, ſup. c. dura [*Su-
biecti*) ipſo iure, Hoſtiẽ. & uidetur abſolutio reſeruata
papæ, ſup. c. dura (*Impetrant*) ſed non exercẽt per ſe fal-
ſitatem. Innocen. (*Statuimus*) poſſet intelligi, ut eſſet
præteriti temporis, & tunc dicit hic literas falſas, quæ
per falſi ſuggeſtionem ſunt impetratæ, & reſpicit de-
cre. ſuper literis. de reſcrip. in qua fit talis diſtinctio.
6 ¶ † Antepenultim. glo. ibi, maiorem, uide de fur. qui
cum fure, ſuper ult. glo. ¶ *In glo. ulti. ibi, ſi fideiuſſor*) ſi fi-
deiuſſor ſcienter omittit exceptionem doli, vel non
numeratæ pecunię, videtur dolo uerſari: quia diſ-
7 ſoluta &c. ¶ *In glo. 1 ibi, cum inhibitio*) infra de temp. or.
cos, qui, li. 6. ¶ *In gl. 2. in fi.*) ſed dic ut ibi, in gl. fi. ſ̃. ¶ *In gl.
& etiam, ibi, conuicti*) poſſet tamen dici ſpeciale in falſa-
rio lr̃arum papę, ex mente huius uerbi, Deprehenſi,
ut degradeť notorius facti euidentia. & idẽ vr̃, ſi con-
uincať in modũ inquiſitionis, ſicut in fi. dicitur, de ac
cuſa. inquiſitionis. t. reſpon. ſecundum Hoſti. ¶ *In glo.
qualiter, in fi.*) & 11. quæſtio. 1. ſi quis ſacerdotum.

ANNOTATIONES.

a ¶ Tuæ. Vide in c. degradatio. de pęnis. li. 6. per Archi. & Ioã. And.

S V M M A R I V M.

1 *Falſare literas quis non præſumitur de ſimplici iuſtitia, & quando puniatur, quando nec etiam gratioſas, nu. 4.*
2 *Epilogus, ſuffragium gloſſarum, nu. 3.*
Veniens iudice adhuc pro tribunali ſedente reſtituitur.
4 *Additio gloſſarum.*
Circumſtantia attendenda in præſumendo.
5 *Capitulum hoc cum proximo ſuperiori quomodo conueniat.*

CA-

C A P V T VIII.

1 A Ccedens C. † Non præſumit qs falſare literas de ſimplici iuſticia. nec punitur, ſi hoc cōperto deſtitit illis uti. Et in prima deciſa cōqueſtio.
In ſecunda prouiſio ibi, Fra. T. (*Falſitas*) quā non exercuit, per ſe. uel alium: aliàs locus eſſet pęnæ, de qua ſupra c. proxi. hic ergo tantum utebatur (*Beneficiumque*) quibus eum priuauerat per decre. ſupra proximam.
2 ¶ † Prima gl. no. ꝙ literæ &c. quærit, & ſoluit. Iterum quærit, & ſoluit, & ſolutioni ſignat contrarium. ¶ Se-
3 cunda gl. ſignat contrariū. & ſoluit. ¶ *In gl. 1. ibi, diuus*) poſt pronunciationē ueniēs iudice adhuc pro tribunali ſedēte reſtituit, quaſi patū uocē præcōis audierit
4 ¶ *In † glo. 1. ibi, ſuggeſſerit*) Idem Inn. ſic etiam in lr̃is gratioſis attēdenda eſt quātitas, & qualitas gratiæ, & perſonæ impetrantis, & ſecundum hoc cōtra ipſum pręſumendum eſt plus, uel minus. Hoſtiē. (*& ibi, quiſquis*) de hoc ſupra de reſcrip. ab excōicato (*& ibi, Literas*) & 57. diſt. ſiquis (*& in fi.*) ex uarietate factorum, ex quibus præſumptiones inſurgunt, diſcerni oportet, an altera præpōderet alteri, nec ne. facit quod no. q ſi. ſint
a le. tranſmiſſæ[a], in fi. ulti. glo. ¶ *In glo. ult. ibi, de facili*] uel illud, cum uitiū eſt patens: iſtud, cū eſt latens: uel hoc. c. de gratia, ſecundum Hoſtien. cum excommunicatus eſſet, & abſolutione indigeret.

A N N O T A T I O N E S.

a ¶Tranſmiſſæ. Vidè bonum tex. & ibi Barto. ff. de proba. cum de indebito, in princi.

S V M M A R I V M.

1 *Falſum non probatur reſcriptum propter paucarum literarum raſuram in loco non ſuſpecto, diſtinctiue nu. 6.*
Sub pæna cauſa quis ſe obligare poteſt, & cuius, & nu. 6. §. 1.
Niſi, dictio non ponitur hic exceptiuè.
2 *Appellans ad papam an renunciare poſſit appellationi, & ad inferiorem redire.*
Cognitionem genera quot, uerſi. dicit ipſe, ubi quæ pertineant ad papam.
3 *Feudum uaſallus non perdit, qui non obedit domini præcepto ſub pæna perdendi feudum: ſed locus eſt inferendæ pæna.*
4 *Epilogus, ſuffragium, & additio gloſſarum. nu. 5. 6.*
7 *Poſſidens non aſſignatione beneficij.*

C A P V T IX.

1 E X conſcientia. C. † Propter paucarū literarum raſuram in loco nō ſuſpecto reſcriptum non probatur falſum. Et primò diffiniit obiectionis dubium. ſecundo obijcientem puniri mandat ibi, Vnde [*Redargutæ*] per. R. à quo forte petebatur eccleſia, & ipſe ſub pęna cauſæ ſe obligauit ad probandum literas fore falſas, & ſufficiat hoc pro caſu ſecundum Hoſt. [*Niſi*] non ponitur exceptiuè [*Cauſæ*] quæ propria & ploualis erat. aliàs ſi eſſet prælatus, non obeſſet eccleſiæ. Vinc. [*Renunciandum*] quærit hic
2 Ho. an † appellans ad papam renunciare poſſit appellationi, & redire ad inferiorem, & probat, quod ſic, cū appellatio fauore appellantis introducta ſit, ergo &c. ut hic cum ſi. non eſt expreſſum appellantē poſſe pęnitere, & ab appellatione recedere. 2. q. 6. ſi quis libellos, de ap. directæ. Item cum iura ad quietam pacem, & concordiam introducta ſint. 4. diſt. factæ, nō debet hic per iura, uel iudices impediri, ſupra de na. ex li. uē. c. uno, cum ſi. cum nec apoſtolicæ ſedis interſit, uam agere, uel litigare quis inuitus non compellitur. C. ut ne. inui. in rubro, & in nigro, ſaltem ex quo liti renunciatur in totum. C. de pactis, poſtquam. ff. de iudi. deſtitiſſe: quia nec huius factum improbat prætor. ff. de ali. mu. iudi. cauſa fac. le. 4. §. poteſt. Itē per hoc deſerit iudicibus, à quibus receſſum eſt. parcitur expēſis partium: res ad naturā ſuam reuertit, & ſic nec eccleſiaſticus ordo confunditur. 11. q. 1. peruenit. pro hac parte facit, de offi. dele. gratum. de ap. ſolicitudinem. In contrarium inducit, quia certum eſt omnem grauatum ad papam appellare poſſe. 2. q. 6. omnis oppreſſus, & ca. ſe. qua pendente nil eſt innouandum, eximit ergo appellatio negociū à iudicis inferioris iuriſdictione, etiam ſi ſuperiori præſentata nō ſit. inde eſt, quod excommunicatio poſtea lata nulla eſt, de offi. dele. cum contingat. Inde eſt, quod ſi inferior id ſciens procedit, proceſſus nullus, de ap. ſi duobus, nec eſt abſurdū dicere aliquid ſpeciale in appellationibus ad papā interpoſitis propter ipſius reuerentiam. 3. quæſtio. 6. nō liceat, & §. reuerentia. facit ad hoc, quia appellatio ad papam facta habet uim citatorij, de elec. c. 1. lib. 6. Sed contra citatum ab illo, uel ad illum uenientem inferior ꝓcedere nequit, de peregrinan. ca. uno. ergo nec contra appellantem. Item per ap. defertur iuriſdictio, ſicut per relationem, remiſſionē, & reuocationē, quibus pendentibus ſe non intromittit inferior. ſupra de offi. leg. licet, de ap. ut noſtrum, & c. intimaſti. Item pacto priuatorum iuriſdi. epiſcopi nō derogatur, minus iuriſdictioni papæ. primum, de ſo. compe. ſignificaſti. Item in ſimili caſu uidetur contemni arbiter. ff. de arbi. litigatores, multò fortius papa. Dicit ipſe Hoſti. ꝙ licet dicatur cognitionum. 4. genera, ut no. de accuſa. ſuper his, in 1. glo. ipſe tamen diſtinguit tria. ſ. maiorū, mediarum, & inferiorū. In maioribus notatis, de offi. leg. ꝙ tranſla. dicit tria ſpecialia. primum, quod illa naturaliter ſunt de iuriſdictione papæ. unde omnis etiā fruſtratoria ap. illas defert. ſecundum, quia nec ualet ordinatio, pactio, uel renunciatio partium, de renun. cap. pe. & fi. Ex quibus ſequitur tertium, ꝙ in eis appellatio irreuocabiliter defert negocium ad papam. Idē dicit, ſi appellat ſuper electione epiſcopali per extra. Alex. de quo dic. ut infra de elec. quāuis, li. 6. & ibi uideas. Medias uerò cauſas ipſe uocat omnes ſpirituales & eccleſiaſticas, exceptis maioribus. & in his non ualet appellatio niſi legitima. de app. cum in eccleſia. & quamuis legitima eximat à iuriſdictione inferioris, ut allegatum eſt ſupra, non tamen impeditur ipſius proceſſus, ubi non detulit, donec per ſuperiorem ſit recepta, de offi. dele. paſtoralis. §. præterea. Si tamen inueniatur appellatio legitima, irritum nunciabitur, uel irritabitur attentatum ipſa pendente, de ap. paſtoralis. in iſta ante, quàm ſit recepta, licet pęnitere, & ad aliū iudicem recurrere, dummodo partes conſentiant. altera contradicente, dicit hoc fieri non poſſe, de ap. ſi duobus, de elec. c. 1. li. 6. ex quo uerò recepta eſt, dicit, nō licet partibus ad alium iudicem recurrere, licet tamen eis renunciare quò ad priuatū intereſſe. ſed cōponere non ſine iudicis auctoritate, ſuper quo remittit ad no. ſupra de pac. cum pridem, de tranſac. de cętero, & c. ſuper eo, de præben. niſi, & intell. iudicem ordinarium, uel illum, cui commiſit, uel, ſi appellatum eſt, & appellatio recepta, iudicē appellationis, all. etiā de cenſi. Romana. §. 2. & 3. Minores uerò uocat Hoſt. quando de temporalibus agitur, in quibus, ſaluis feudalibus, dicit, ꝙ partes poſſunt ad iudicem, à quo appellatum eſt, recurrere prius, quàm appellatio ſit recepta. & hoc etiā poteſt pars appellans, inuita appellata, dummodo non interſit appellati, uel ei ſatisfiat de intereſſe, de ap. cum ceſſante, & c. interpoſita. poteſt etiā hoc tacitè. ut eo. ti. ſollicitudinem. Poſtquam uerò recepta eſt appellatio, ſine licentia iudicis appellationis ad inferiorem redire non poſſunt, ar. ff. de iudi. ubi, ſu.

pra

pra de fo. compe. c. antepe. & ult. per compoſitionē
verò poſsūt ab appellatione recedere & prius, & poſt,
& quando uoluit etiam inuito iudice, & ſic loquunt
prima iura, ſecundum Hoſti. qui multo prolixius hic
prædicta notauit [*Eccleſia*] ſuper qua fuerant prædictę
literæ impetratæ, ut ſupra dixi ſecundum Hoſti. Dixit
3 †, autem hic Pe. quod iſta decre. non probat. ꝙ uaſal-
lus perdat feudum, qui facit cōtra præceptum domi-
ni ſibi factum ſub pęna perdēdi feudi à domino. nam
aliud eſt, cum quis ſponte ſe obligat, quo caſu loquit
hic: aliud, cum etiā iudex alius, vel dominus præcipit:
a quia tunc contrafaciens non incidit in pęnā [a], de iur.
patro. relatum dic, ꝙ neutro caſu incidit in pęnā, ſed
eſt locus pœnæ inferendæ. vnde & hic fertur ſentētia.
4 ¶ † Gloſſ. 1. ſignat ꝯrium, & remittit. ¶ Vlti. quærit, &
5 ſoluit. ¶ [*In* † *gl. pe. ibi, ſi quis in conſcribendo*] uide in decre.
6 prox. al. ſuper gl. ¶ [*In* † *glo. 1. ibi, cum olim*] per quam De-
cre. dicebat Io. ꝙ licet raſura literæ non inducat ſuſpi-
tionem, raſura lineæ bene, dicebat. ſ. Hoſti. per eadem
iura, quod raſura multarum literarum ſuſpitionē in-
duceret [*& in fi.*] ut dicebat Hoſtiē. raſio etiam unius
literæ inducit falſitatem in literis papæ, cum ſit nō de
manu illius, cui commiſſum eſt, ſuper quo remittit
ad ea, quæ no. ſupra de fide inſtru. ex literis. [b] ¶ [*In glo. 2.
in fi.*] ff. de offi. præſi. plebiſcito, ff. de uen. inſpi. l. 1. in fi.
Io. ¶ [*In glo. 3. ibi, beneficij*] ut dicit Hoſt. coram non ſuo
iudice hoc non poſſet ſine licentia epiſcopi, & remit.
7 de fo. compe. ſignificaſti. ¶ [*In glo. ult. in fi.*] dicit † Hoſti.
ꝙ hoc ſibi non placet: tum quia aduerſarius poſſide-
bat, vnde non eget aſsignatione, ſed ſufficit, ꝙ ei ſilen-
tium imponatur. C. de rei uen. l. fi. tum quia, & ſi non
poſsideret, ei eſſet aſsignanda, quia ſe obligauerat, &
ita conuenerat auctoritate ordi. ſi ita eſſet, uerum di-
cat Hoſtien. ſed aliàs bene dicit gloſſ.

ANNOTATIONES.

a ¶ Pęnam. Facit quod no. Io. And. in c. conſuluit, de offic. dele. & c. auditis. de procur. & in c. ſed nec, ne cle. uel mo. & Bar. in l. impuberibus. §. fi. ff. de ſuſpec. tuto.

b ¶ Literis. Vide glo. in cle. licet, ſupra eo. in uer. quocunque.

SVMMARIVM.

1 *Continuatio tituli.*
Sortilegia habent in ſe falſitatem.
De eis iura alia canonica, quàm hæc ubi loquuntur.
De eis nō habēt ſe inquiſitores intromittere, excepto caſu, & quo.
Sortilegi faciunt iterari baptiſma.

De ſortilegiis, Rub.

1 Quia ſortilegia in ſe habent falſitatem, ideò &c. ha
betur materia in cauſa. 26. in primis. 5. quæſtionibus,
& q. 7. non licet, vſque ad fi. quæſtionis. Quòd ſortile
gi quandoque faciunt iterari baptiſmum habetur, de
apoſta. ca. 2. inquiſitores hæreſis non habent ſe intro-
mittere de ſortilegiis, niſi manifeſtè ſaperēt hæreſim,
de hereti. accuſatus. §. ſane.

SVMMARIVM.

1 *Geomantici plurimum punctis utuntur.*
Sortilegi etiam codicibus, ad dictio. Codicibus.
A quibus repellantur cum pęnis eorum nu. 4.
2 *Diuinatio regulariter ſonat in malum.*
In quibus obſeruationibus conſiſtat, ad dicti. obſeruare.
3 *Epilogus, & additio gloſſarum, num. 4.*

CAPVT I.

IN tabulis. Breue eſt. Et pri-
mò ponit prohi-
bitionem: ſecundò pęnitentiā tranſ-
1 greſſoris ibi, Qui autem. ut † faciunt
Geomantici per puncta, quę faciunt
ut plurimum in tabulis [*Codicibus*] ut
qui legentes pſalterium, faciūt illud
uolui [*Furta*] aliàs futura [*Requirenda*] iſti ſecundum. l.
capite puniunt. C. de maleſi. & mathe. l. nemo. T. [*Di-
2 uinationes*] diuinatio † regulariter ſonat in malum. 1. q.
1. nunquam: interdum in bonum. e. quæſt. eos qui, in
prin. & 16. quæſtione prima, prædicator [*Obſeruare*] po
nebat hic Hoſti. de calen. ortu, uel curſu lunæ, uel ſo-
lis, uel ſimilibus non ſeruandis, quod habetur. 26. q.
ulti. ſi quis calendas, & cap. præce. & ſequen. & quæ-
ſtio. 5. non liceat, & cap. fina. Remittit ad ſum. eo. tit.
§. in quo caſu [*Pœniteat*] loquitur ergo hic de foro pę-
nitentiali, & patet ex ſupſcrip. gl. verò hic poſita de pę
3 na iudicialis fori loquitur. ¶ † Glo. 1. ſignat ꝯrium, &
4 ſoluit. ¶ Vltima glo. ſignat contrarium. ¶ [*In* † *gl. 2. ibi,
priuatur*] & turpiter dehoneſtati, de parochijs eijciun-
tur. 16. q. 5. epiſcopi, & ab eccleſia, & teſtimonio repel
luntur, & ſunt infames. 2. quæſt. 7. quiſquis. 3. q. 5. con-
ſtituimus, infra c. proxi. [*& in fi.*] dicit Hoſtiē. ꝙ illud
de gratia. die ꝙ de ſortilegijs, & diuinatoribus hic lo-
quitur, ibi vero de ſortibus, quæ diuinationē non ha-
bent, ſed fortunæ iudicium, vt ad talixos, breuia, & ſi.

SVMMARIVM.

1 *Futura ſi presbyter inquirit per inſpectionē aſtrolabij, ſuſpenditur, & à quo uide nu. 2. 3. an & quæ.*
Et quomodo ea proſpicere liceat.
Diuinator, & ſortilegus infamis eſt.
2 *Aſtrolabij inſpectio an liceat.*
An diuinatio licita.
An aſtrologia, uel aſtronomia & quæ conſideret, & num. 3.
Superiora ſunt ſigna rerum, & non cauſæ & nu. 3.
3 *Contra inclinationem cęleſtium corporum homo poteſt operari, & ratio, uer. ſed per conſiderationem.*
Aſtris ratione dominamur, ibid.
Extunc dictio. ſignificatio, in fi.
4 *Epilogus, & additio gloſſarum, nu. 5.*

CAPVT II.

1 EX tuarum tenore. C. † Preſ-
byter, q
per inſpectionem aſtrolabii futura requi-
rit, ad tempus ſuſpenditur ab altaris mini-
ſterio. Et in prima conſultatio. in ſecunda reſponſio
ibi, Verū. in qua primò aggrauat, ſecundò diffinit ibi:
M. [*Infami*] i. diuinatore, & ſortilego, qui & infamis eſt,
vt dixi, ſupra capitulo proxi. [*Intentione*] nec hoc excu-
ſat; ſupra de uſuris, ſuper eo, de ſimo. per tuas. 3. [*Aſtro
2 labij*] hæc † inſpectio aſtrolabij, quæ fit p aſtronomia,
uidetur hic permitti, & 37. diſt. ſi quis. grammaticam:
fallit tamen propter uaria climata terrarum, & inſtā-
tem motum aſtrorum. La. per præ. c. ſi quis diſſuadet.
Inno. uſum, & ſtudium ipſius: quia non ducit ad pie-
tatem, & facile ducit ad idolatriā. Dicit Hoſti. ꝙ quia
aſtronomia diuinare docet, & diuinatio regulariter
ſonat in uitium, ut dixi ſupra cap. proxi. & ſi plerunque
veritatem habeat, tamen peccatum eſt non minimū,
ſed graue, ut ſequitur. Item aſtrologi conſiderant pū-
ctū, & ſignum natiuitatis, & ſub quo ſigno natus eſt,
& punctum, arreptionis itineris, uel introitus in locū.
& punctum quo interrogantur. & per hæc & ſimilia
conantur diuinare futura, quod Auguſt. & ſancti alij
expreſsè

expreſſe reprobant,vigeſima ſexta, quæſtione ſecun-
da,illud.& capitulo ſed illud.ſecunda quæſtione ter-
tia,capitulo primo,& quæſtione quinta, non liceat.
& quæſtione octaua,capitulo antepenultimo,& pe-
nultimo.& vt dicit Gratianus eadem cauſa.quæſtio-
ne ſecunda,§ his ita.in deſuetudine abierunt,& me
rito cum ſint ſortilegi,qui quantumcunque ſcriptu
ratum inſpectione futura promittunt,eadem cau-
ſa,quæſtione prima,capitulo vnico. vſurpant enim,
quod Dei eſt,ſexta quæſtione quinta,§.primo, ff. de
iudicijs.ſed & ſi reſtituatur. § ſinali. Idem actuum.
primo,non eſt veſtrum noſce tempora vel momē-
ta &c.& Iſaias,xli. F. annunciate quæ futura ſunt &
ſciemus,quia dij vos eſtis.In lignis vero cędendis, ter
ris colendis, portionibus dandis & ſimilibus, licet
non liceat conſiderare lunam vel temporis qualita
tem ſuperſtitioſe,& vt credatur neceſſitatem ineſſe,
cum ſuperiora ſunt ſigna rerum non cauſæ, vigeſi-
maſexta quæſtione quinta.capitulo tertio, alias ta-
men licet, ſicut docet aſtronomia, & ſeruant ne-
dum medici, ſed coloni experti, nam non ex ſorte
ſed ex arte iſta procedunt & naturaliter conſideran
tur,non ſuperſtitioſe ſecundum Hoſtien. ¶ Per mo-
dum ergo quæſtionis videamus de ſcientia & arte
aſtronomię vel aſtrologiæ,an ſit iure ciuili vel cano
nico reprobata? Et an pœna debeatur exercentibus,
vel exquirentibus ipſius ſcientiæ iudicia? Ad partem
affirmatiuam inducitur. C. de maleficis. & ſi exce-
pta.& l. nullus aruſp. & l. nemo. cum ſuis gloſſis.
& l.item apud. §. ſi quis aſtrologus. ff. de iniurijs. &
26.q.2.illos planetarios.& c.ſeq.q.ij.ibi,ſtellarum cur
ſus &c.& q.iiii.igitur ad finem.& q.v.§.j.& c.non li-
ceat.ibi,aut lunæ,aut ſtellarum &c. Item ſi eſſet lici-
ta,eſſet in vſu, ſicut & aliæ licitæ. Ad negatiuam in-
ducitur.l.eorū.C.de male.ibi, nullus &c. Item quod
hæc ars & ſcientia computatur inter liberales,quarū
magiſtris probetur immunitas.ff.de var. & extraor-
dinarijs cognitio.l.j.in princip. de vacatione mune-
rum.l. in honoribus. §. philoſophis.de munerib. &
honorib.l.fina.ergo non eſt eis pœnalis, quia ex eo-
dem facto non debetur præmium & pœna. C. de
adulterijs.Graccus.& in decretali ſecunda,de fideiuſ
ſoribus. & de donatio. inter virum & vxorem. & ſi
neceſſe.Item non ſubiectum ſcientiæ,& eius ſeque-
la fecit ſcientiam & in deſuetudinem abire. vigeſi-
maſexta quæſtione ſecunda.§. his ita. Item licitum
eſt effectus & euentus rerum pronunciare per conſi
derationem cauſarum, ſicut medici pronunciant
mortem ex conſideratione ęgritudinis & eius diſpo
ſitione,ſed corpora cœleſtia,quæ conſiderat aſtrolo
gus,ſunt eorū,quæ fiunt in orbe, vt dicit Dioniſius,
quarto capitulo,de diuinis nominibus.ergo iudica-
re vel diuinare per illa non eſt illicitum.Item, vt di-
cit philoſophus in primo methapiſicę. ſcientia hu-
mana ex experimētis ſumit originem. ſed per mul
ta experimēta compertum eſt ex conſideratione ſi-
derum futura poſſe prænoſci.vigeſima ſexta quæſtio
ne quarta.ſciendum.poſt prin.ergo iudicium licitū.
Solutio breuiter de primo dicendum, quod ſcientia
non eſt prohibita,ſed liberalium vna, vt eſt dictum,
& ſequela quædam,vt dixi, fecit illam in deſuetudi-
nem abire.& facit, quod ſupra ſcripſi poſt Innocen.
Sed de ſecundo,ſcilicet de iudicijs ſcientię exercen-
dis, vel exquirendis dico cum theologis, quod lici-
tum eſt per conſiderationem aſtrorum præcogno
ſcere & iudicare futura,quæ cauſantur ex cęleſtibus
corporibus, ſicut eclypſim, ſiccitatem, pluuiam &
huiuſmodi,id eſt tale iudicium,vel diuinare non eſt
illicitum.& ſic loquitur l.eorum.C. de maleficis.ad
quod bene facit, quod dicit Hiero. ad Fabiolam.C.
Rōne cuncta ſunt plena,& haberent terrena cœleſti
bus,imo ratio terrenorum & temporum caloris &
frigoris, & inter vtrunq; temperies de cęli curſu &
ratione deſcendit. Sed per conſiderationem aſtrorū
velle cognoſcere futuros caſuales,vel fortuitos euen
tus, vel certitudinaliter futuras operationes homi-
num,vel præteritas occultas,tunc operatio demonis
ſe immiſcet, & tunc ex falſa & vana opinione pro-
cedit ſuperſtitioſa & illicita diuinatio.de tali patēter
loquitur.§.ſi quis aſtrologus.ibi, aliquem furem di-
xiſſet,qui non erat.& c.nō liceat.ibi,propter ſegetes,
vel arbores plantantes,vel cōiugia ſocianda.& l mul
ti.C.de male.ibi,vitas inſontium &c.probatur hoc.3.
c.j.26.qō.ij.illud.verſi. nam & ipſi.Huius ſolutionis
ratio, quia corpora cœleſtia non poſſunt eſſe per ſe
cauſa operationum liberi arbitrij, bene tamen poſ-
ſunt ad hoc diſpoſitiue inclinare inquantum impri
munt in corpus humanum,& per cōſequens in vi-
res ſenſitiuas, quæ ſunt actus organorum corpora-
lium,& quæ inclināt ad actus humanos, & quia vt
plurimum homines has corporales paſſiones ſequū
tur,& ſic actus diſponunt, vt plurimum ſecundum
has inclinationes cęleſtium corporum, ideo de his
aſtrologi quandoque vera prędicunt.Sed certum eſt
3 & experimur,quod† contra inclinationem cęleſtiū
corporum homo poteſt operari per rationem, cui
obediunt vires ſenſitiuæ,vt ꝓbat Phyloſ.j.ethic.& iii.
de aīa,& facit.3.de ſacra vn.c.vno.ver.in vertice.Con
cluditur ergo, ꝙ is quem corpus cęleſte diſponit eſſe
guloſum,vel luxurioſum ſubmiſſus rationi ſobrius
& continens eſſe poſſet,& econtra,quare velle con-
ſtanter aſſerere ex corporibus cęleſtibus, vere ſuper
ſtitioſum eſt & a demonis fallacia.Memor ſum, ꝙ
ſcribit Caſſiodorus in lib.collationum,ꝙ Criſias qui
dam inſpiciens Socratem dixit, oculi tui corruptio
res,puerorum, & cū diſcipuli Socratis vellent vlciſci
illatum magiſtro conuicium,Socrates ad illos,quie
ſcite ſodales,quieſcite,ſum etenim, ſed me cōtineo.
Ex his pateat,ꝙ exercentibus primum iudiciū nulla
ſit pœna.In ſecundo ſit locus pœnæ, & ſic concor-
dant,quæ videbantur cōtraria. [*Eccleſia*] ſorte ſuo re
gimini cōmiſſæ.[*Fuerit*]in an. ita tamen, quod bien
nium non excedat.[*Extunc*]i.elapſo anno,vel maio-
4 ri tempore,de quo arbitraberis.¶ † Vlt.gl. reſpondet
per obiectionem de can.26.&c. & per quæſtionem
an diſpenſet epiſcopus in hoc caſu.¶ In gl.ij. in fi. ſi.
quod no.3.de accu.cum P.in vlt.gl.& de hoc.13.q.2.
5 latorem.& l.di.accedens. ¶ In glo.†hoc intellige.ibi
[*proceſſit*]reſpicit tanquam,vbi epiſcopus cum ab of
ficio & beneficio ſuſpenderat. & ibi[*auctoritate ſua.*]
idem hic Hoſt.

SVMMARIVM.

1 *Sors in electionibus in tantum reprobatur,quod etiam compro miſſarius per ſortem non debet aßumi.*
2 *Electionem præcedit tractatus.*
3 *Electus venire debet cum electoribus duobus perſonaliter.*
4 *Sortilegi ſunt infames.*
5 *Italici in electionibus vtuntur vt plurima ſortibus.*
6 *Sors reprobatur in electionibus.*
7 *Tutor non erit qui ſe in teſtamento pupilli tutorem ſcripſit.*
8 *Prætor inſtitutus hæres ſe non cogit adire.*
9 *Sorte dirimitur apud quem ex hæredibus ęquali portione maneant cautiones hæreditarię.*
10 *Legatarij,vel hæredes vnius,quibus competit optio, ſi diſcordant ſorte dirimitur,quis optet.*
11 *Sortis diffinitio,remiſſiue.*
12 *Electi duo diſcorditer nullus confirmandus.*
13 *Sortis de iudicio diſtinguitur.*

CAP. III.

1 Ecleſia veſtra. C. Sors† inta tum in electionibus reprobatur, ꝙ etiam electore compromiſſariorum per ſortem nō debet aſſumi. In prima elect. In ij. electionis proſecutio, examinatio, & reprehenſio. ibi, procuratoribus. In iij. gratioſa confirmatio, & ſortis prohibitio. ibi, ele-
2 ctionem. [*Tractatus*] præcedit † enim tractatus electionem. xxiii. di. in nomine. de poſtul. bonæ. ſicut & alienationē. xii. q. ij. in ſi. ſecundum laco. Tractabitur enim in qua formam conueniatur ex his, quæ habentur de ele. quia, ppter. non tamen ante electionē conſentiet eligendus. de elect. cum poſt petitam. ſecundum Goffre. [*Qui*] vnus. ſ. per ſortem electus ſorte ad breuia, vt taxillos, vel his ſimile. [*Omnium*] de ele. quia propter. [*Tertium*] ex ſeipſis. [*Expreſſe*] ac ſi forte dicat, ꝙ hoc eis licebat tacite ex poteſtate iuris com-
3 munis. [*Procuratoribus*] hodie † neceſſe habet electus venire perſonaliter. & duo de electoribus pro inſtruēdo electionis negotio, quod dic, vt ſ. de elect. cupientes. lib. vj. [*Nota reprehenſionis*] vt ſequitur, de cuius verbi ſignificatione remittit Hoſtien. de offi. deleg. cum
4 olim. ij. ver. ſane. vel nota infamię † cum ſortilegi ſint infames ſecundum eum. de hoc. ſ. c. j. nec credo hoc de exercentibus ſortes de quibus hic dicitur. [*Vſum*] quaſi ſecundum Hoſtiē. non damnetur ſcientia ſed vſus, ſed non loquitur hic de ſcientia ſortilega, ſed de fortunæ iudicio, vt dixi ſ. c. j. [*Electionibus*] eccleſiaſticis, in quibus ſeruanda eſt forma concilij. quia pro
5 pter. italici † vt plurimum in electionibus ſuorum pꝛęſidentium vtuntur ſortibus per breuia, taxillos, ballotas & ſimilia, vt ſic videant, cui ex pluribus arridet fortuna, quod & inter clericos admitti poſſet, vbi de temporalibus agitur, argu. xxi. di. cleros. ſ. de præben.
6 cum ſecundum. ſm. Hoſt. Ideo † autem in electionibus reprobatur ſors, quia per illam poſſet indignior præfici, & eſt quoddam Deum tentare. ad hoc. ſ. de pur. vul. c. ſi. Tractauerat hic Hoſt. quid ſi vnus ex tractatoribus, vel electoribus excommunicatus erat: quod proſequere, vt dixi. ſ. de elec. illa. ¶ Prima glo. al le. concor. ponit opi. quam reprobat per locum a diuiſione & per ſimile & per decr. Cumana. & reſpondet rationi contrariæ. ¶ Vlt. glo. no. a cotrario & illud coadiuuat. ſecundo obiicit & ſol. ¶ In j. gl. ibi [*prætor*]; vide in dec. cum in iure. ſuper j. glo. & ibi [*ex ſententia*]
7 tutor † nō erit, qui ſe in teſtō pupilli tutorem ſcripſit.
8 & ibi, §. [*tempeſtiuum*] prætor † inſtitutus hæres ſe non cogit adire, nec cogi poteſt per alium prætorē. ¶ In vlt. gl. ibi. [*cum prætor*] vide. ſ. titu. ij. c. penul. ſuper j. glo. & ibi ex eo. canonizata vbi ſtatim al. de crimine melius dicere ex eo. & ibi [*ſed cum ambo*] vide de proba. ex
9 literis. in glo. ij. & ibi [*ſi quia ſunt*] ſorte † dirimitur apud quem ex hęredibus æquali portione maneant cautiones hæreditariæ, ſi ex inæqualibus apud illū, qui plus
10 habet in hæreditate. & ibi [*ſi duobus*] plures † legatarij vel hæredes vnius, quibus competit optio, ſi diſcordant, ſorte dirimitur, quis optet. ¶ In gl. j. ibi [*quidam*] qui ſint iſti, vide in decr. cum in iure. quod ibi dixi in prin. j. gl. & ibi [*ſecundum traditam*] ſed ad id reſpondet Hoſt. ſupplendo nedum ſecundum ius commune, vel ſecundum eum hoc non refertur ad id, quod dictum eſt de tertio, ſed ad id, quod dixit, ꝙ duo poſſēt eligere, ꝙ alias non potuiſſent, cum eſſent tres, vt in præ. dec. cauſam. de offi. dele. vt licet. dicas hoc reſpicere, quod dicit de tertio, factum narrat. nec dicitur, ꝙ aliter non liceat. Item nec per aliquid factum in hac electione eius cōſtituitur, cum fuit vitioſa. ¶ In
11 glo. vlti. ibi [*queſt. q. ſors.*] ibi † eſt diffinitio Augu. illā Hiero. vide ſuper parabo. ca. xviii. ibi [*Mathias*] actuū:
j. G. & ibi [*ſorte*.] j. c. & ibi [*eligendus*] nec electus con-
12 firmandus † vt ſi duo diſcorditer ſint electi, in quibus eſt vtrobique paritas, licet quidam contra. Caſſetur igitur tunc vtraque electio, ex quo neutra facta eſt a maiori & ſa. per c. & de hoc. ſ. de elect. eccleſia. in fine vlti. gloſſę. vide, quod dicam, de eo qui mit. in poſ. capitulo. fina. lib. vj. ſuper vltima glo. & ibi [*prædictę leges*] cum † quæritur de iudicio ſortis, dicunt legi-
13 ſtæ, quod ſi plures ad aliquem actum volentes admitti diſcordant, aut ſuper facto, aut ſuper iure. Primo caſu dicenti incumbit probatio. ff. de probatio. ei qui dicit. Secundo caſu refert, an contrarietas reſpiciat alienum præiudicium tantum, an diſcordantium tantum. Primo caſu iudex ad requiſitionem partis, cui præiudicat, cogit illos concordare. ff. de le. l. huius. §. fina. ff. de legatis ſecundo. cum filius. §. varijs. & de reg. iuris. nemo. § quoties. ſic poteſt intelligi. Inſtitut. de ſatiſdatione tutorum. §. ſin autem. licet quidam dicant ibi ſpeciale. Si vero reſpicit tantum præiudicium diſcordantium, aut neuter illorum vult facere fortunam iudicem diſcordiæ, & tunc inuicem ſe impediunt. ff. quibus modis vſufru. l. ſecunda. §. finali. & ff. de vſufru. quot. Aut alter vult fortunæ iudicium, & tunc iudex ad ipſius inquiſitionem alterum compellet, ſic loquatur lex ſi duobus. C. communia de legati. & l. ſed cum ambo. ff. de iudicijs. hæc vera, ſi actus recipiat tale iudicium, alias ſecus vt hic, & ſupra proxime dixi. Accurſius. C. vti poſſel. l. prima. in gloſſa. ſed qualiter. in fine. dicit, quando factum eſt incertum, non eſſe locum iudicio ſortis, ſed tunc quando factum eſt certum, ſed ius incertū, ſed etenim in terminis, de quibus loquitur nota. contrarium, ſupra de probatio. licet in gloſſa. bene tamen. ver. item ſi conſtat. quod placet Hoſt. vt ibi dixi.

¶ De colluſione. Rubrica.

S V M M A R I V M.

1 *Continuatio tituli.*
2 *Colluſionis materia vbi alibi tractetur.*

1 ¶ Quia † is qui colludit in falſitate conſiſtit, quia aliud agit, & aliud ſimulat, ideo &c. inquantum
2 colludens præuaricatur, de † hoc ſecunda quæſtione tertia. §. finali. facit de procuratoribus. capitulo ſecundo. in fine. libro ſexto. & clemen. de elect. conſtitutionem. §. ſane ſiquis.

S V M M A R I V M.

1 *Accuſator ſi ab accuſatione deſiſtat debet iudex inquirere, an per colluſionem hoc fecerit.*
2 *Subtilitas commendatur.*
3 *Suffragium & additio glo. 4. 5. 7.*
6 *Eleemoſinam qui dat ad pompam, damnatur.*
7 *Cauſa in populari non licet deſiſtere per tranſactionem.*

CAP. PRIMVM

1 Scripta. C. Si † accuſator ab accuſatione deſiſtit, debet iudex inquirere an per colluſionem hoc fecerit. Primo narrat relatam amicitiam. Secūdo dicit inquiſitionem neceſſariam. & concor. de ele. quamuis
11 & c. prouida. li. vj. [*Diſſimulaui*] cū eſſet infamans, alſ

non

non inquireretur, de accuſa.qualiter,uel quia lit.con
teſt.non licet ab accuſa.deſiſtere, ideò mandat inqui
ri de colluſione,ut illos puniat 2.q.3.ſi quem,Inno.&
a uide in ſpe.de abolitio.§.1.uer.quid ſi accuſatus ª[*Sub*
2 *tilius*]commendatur † ſubtilitas,de hoc dixi, ſupra de
iudi.dilecti[*Charitate*]pnta,quia ſe correxit epiſcopus,
& tunc non eſt cōdemnabile,de pœ.di.2.charitas.Ho
ſti.[*Præmio*]corruptionis,quod eſt reprehenſibile, in-
fra per totum,Hoſti [*Comparata*] i.empta,iuxta uulga
3 re.concor.de uſuris, in ciuitate. ¶†Secunda glo. not.
modum,& proſequitur præponderandū facto. ¶Pe.
glo.diſtinguit duplicem modū recedendi à lite in tri-
4 plici genere cauſarum. ¶† *In glo.pe.ibi,inchoatam*] etiam
ſi iam nunciauit,uel libellum principi porrexit, ut in
lege ſeq. [*Et ibi,C.eo.*] ſcilicet ad Turpil.[*& ibi,indulgen-*
tia]canonizata.2.q.3.ad fi.[*& ibi,l.2.*]remiſsio accuſa-
tionis,quam facit princeps,non extenditur ad crimē,
5 de quo nondum fuerat accuſatio inſtituta. ¶†*In 1.glo.*
ibi,accuſatores]ceſſat arg.ſi dicis cum Hoſti. ꝙ iſti erant
denunciatores per ner.1.nūciati.& ꝙ ſequitur, Accu-
ſatores,& accuſatum,exponit.i.denunciatores, & de-
nunciatum[*& ibi,in primis*]ubi de hoc,& j.de pur.can.
quod hic forte unus accuſabat. & alter ſubmittebat,
& uterq; incidit in Turpil.ff.ad Turpil.l.1.§ incidit.La.
& ſic poteſt intelli.2.q.4.Euphemium,& de do.& con
b tu. cum dilecti,in prin. ſm Goff. ᵇ[*& ibi,inſuper*] quod
dic,ut de procur.ſi duo, lib.6. ¶*In glo.2.ibi, non bene fece-*
6 *runt*]23.q.5.relegentes[*& in fi.*]unde †demeretur, qui
dat eleemoſynam,vel ſuſtinet martyrium ad pompā.
1.q.1.uide quantum:quod dic,ut ibi. ¶*In glo. argu.quod*
7 *ibi,† famoſa*]ſuper hoc uide,quod no.3.q.7.§. tria,ad fi.
in glo.fama[*& ibi,per gratiam*]q.d. non per tranſactio-
nem.de hoc remittam in fin.glo. [*& ibi,quaſitum*]& ſu
pra de accuſa.licet[*& ibi,priuatum*]de publicis, & priua
tis uide in ſpe.de accuſatione.§.2.in prin.[*& ibi,mixta*]
in cauſa uerò populari non licet deſiſtere per tranſa-
ctionem,niſi ut legitur.ff.de pact.iure.§.ulti.ff.de inte
iur.eum qui.§. in popularibus. Inno.[*& in fi.*] de hoc
per Io.2.q.3.§.vlti.in glo.ſcias.ubi etiam no.in quibus
criminibus liceat tranſigere,& quibus non,quod no.
Innocen. infra c. proxi.

ANNOTATIONES.

a ¶Accuſatus.Ibi uide Ioan.And.ſupra de accu.licet,in glo.pen. & ſuper illa.

b ¶Goff.Vide Bar.in l.a.§.fi.& l.ſe.ff.de adulte.& in l.ſi plures , alleg.in glo.

SVMMARIVM.

1 *Accuſatore ceſſante iudex inquirit.*
Prætereundum non eſt,quòd à ſuperiore non præteritur.
2 *Additio gloßarum.*
Crimina punienda, ſi ad ipſa punienda ſit actum, in fi.

CAPVT II.

1 CRimina. Breue eſt.& vt dicebat†Ho
ſtiē.duplex poteſt eſſe ſen-
ſus cap.primus, quòd ex quo probata ſunt
crimina,non debent remanere impunita.
& ſecundum hoc ubi dicit, Audita, ſup.& probata.&
ubi dicit,Indiſcuſſa,expone, ideſt impunita. ſecūdus,
qui magis congruit literæ,quòd poſt delationem cri-
minis, ſi delator reconciliatur delato , nihilominus,
iudex inquirit[*Indiſcuſſa*] quin de illis inquireret;& lo-
quitur de infamato,de accuſa.c.pen.Hoſt.[*Præteribat*]
ergo nec nos prætereamus,ſupra de re iudi. in cauſis.
hic autem Inno.poſuit gloſſam,quæ eſt,ſupra ca.pre-
2 xi. & 2.q.3.§.ulti.¶† *In glo.1.ibi,tertius forte*]uel octauus
ſecundum Hoſti.quod eſt falſum : quia tunc ſequens
dec. præcederet, quæ fuit Alex.III.& hoc patet, ſupra
de ui.& ho.cle.quoniam,de probat.propoſuiſti[*& in*
fi.]Ala. ſimile.1.q.3.res eccleſiæ. ¶*In glo.2.ibi,punienda*]
dummodo ad ipſa punienda ſit actum, ne ſit contra,
ſupra de or.cog.cum dilectus,& ibi de hoc.

SVMMARIVM.

1 *Per colluſionem ſi quis beneficium conſtituit cenſuale, priuatur eo.*
2 *De ea quamodo legitime conſtet. quod per eam ſit, non tenet, in fin.*
Spoliare, ideſt priuare.
3 *Epilogus,& ſuffragium gloßarum. num.4.*
Abſente parte quod ſit, non tenet.
Dolus impunitus remanere non debet, & ex eo beneficium non habere, ſed amittere.
5 *Additio gloſſarum.*

CAPVT III.

1 AVdiuimus. Caſus.†Beneficio ſuo
priuatur,qui per col-
luſionem illud conſtituit cenſuale.primò
refert colluſionem.ſecundò facientes pu-
niri mandat.2.ibi,unde[*clerici*] ſimulati rei[*Tranſactio-*
nis]imaginariæ & ſimulatæ.ſicut enim non eſt uera ve
xatio,ſic nec uera tranſactio. Goff.[*Alijs*] actoribus ſi
mulatis[*Ius*]tituli,ut dicam in glo.uel ius inſtituendi,
uel ius præſentandi [*Valeant*] illi actores & ſimulati.
2 Goffre.[*legitimè*] debent † ergo uocari,& ad rationem
poni,& conuinci de accuſa.ſi conſtiterit.2. quæſtio.1.
nos in quemquam[*differas*]ex officio tuo,etiam nemi
ne contra illos agente,ſupra de pact.accepimus,de of
fi.ordi.ca.1.Hoſtien.[*Spoliare*]in bonam partem, ideſt
priuare. concor.de hoc poſui de reſtit. ſpol. conque-
rēte[*Iacturam*] & nihilominus, quod per colluſionem
3 factum fuit,non tenet.ff.eo.l.3. Innocen. ¶†Vlti.glo.
4 recitetur per quæſtionis rationem. ¶*In† gloß.ulti.ibi,de*
unoquoque]ibi dicitur,quòd de omni negocio iudicari
debet præſentibus, quos cauſa contingit: aliàs ſolùm
inter præſentes tenebit ſententia [*& ibi,cum non iuſto*] ſi
ſuper ingenuitate pronunciatur per colluſionē, uel
cum non iuſto contradictore , ſcilicet non domino ,
uel patrono, non ualet [*Et ibi,ne ex dolo*] ſequitur, ſuo
lucrentur[*Et ibi,releuare*]loquitur de illo, qui conueni
tur,quantum facere poteſt,ſed dolo fecit,quo minus
poſſet (*Et ibi,non fraudantur,in fi.*) ibi, nemo ex ſuo deli-
cto cōditionem ſuam meliorem facere poteſt [*Et ibi.*
l.3.§.1.)uide de dona.inter uir.& uxor.cap.fi.in 1.glo.
(*& ibi,§.ſed nemo*) ſequitur , de improbitate ſua conſe-
quitur actionem. nam ſoli bonæfidei poſſeſſori, non
malæfidei furti actio datur (*& ibi, Seruius*) clam facit ,
qui debet exiſtimare quæſtionem ſibi futuram , licet
5 non exiſtimet, ne ſtultus &c. ¶*In glo.2.in fi.*]& de cen-
ſib.cum clerici. ¶*In glo.3.ibi,eccleſiæ ſua*]nam poſſeſſor
recognoſcebat forte petitorem ius habere in benefi-
cio, & pro bono pacis conueniebat , quòd poſſeſſor
ad uitam ſuam teneret,& in ſignum iuris petitoris ſol
ueret ei penſionem , ut ſic etiam mortuo poſſeſſore,
ſua auctoritate poſſet poſſeſsionem intrare , de reſtit,
ſpo.cum ueniſſet , ſecundum Hoſtien.[*& in fi.*] & in-
fra de præben. eum qui, lib.6.

SVMMARIVM.

1 *Decretalis hæc de eodem facto ſtatuit, quod alia decretalis.*
2 *De criminibus pluribus ſimul inquiritur.*
Actiones duæ pœnales cui competant.
3 *Corruptis teſtibus non creditur.*
Venia facilitas tribuit incentiuum delinquendi.

4 *Publicatio teſtium non obſtat, ſi iudex ex officio procedat, uel ſi obijciens ſit colluſor.*
Alioquin dictionis ſignificatio.
5 *Epilogus, & ſuffragium gloſſarum, nu. 6.*
Calumnioſis, & præuaricatoribus, quæ iniungatur pœna.
7 *Additio gloſſarum.*

C A P V T IIII.

1 IN tantum. De† eodem facto ſupra de teſti. cum cla
mor. & h. d. Iterum contra illum inquiri-
tur, qui per colluſionem prius fuerat ab-
ſolutus. primò ponit commiſſam inquiſi
tionem, relatam colluſionem, & ipſius exitum. ſecun
dò ibi. Diſcretioni, ponit commiſſionem bimembrē.
ſecundum ibi, Alioquin (*Quorundam exceſſuum*) ergo
2 † de pluribus criminibus ſimul inquiritur. Quid nota
uerit hic Innocent. de illo, cui competunt duæ actio-
nes pœnales, uel prouenientes ex uno delicto, uel di-
uerſis, dixi ſupra de reli. do. cum dilectus, ſuper ul. gl.
in fin. (*Inquiſitoribus*) palpantibus criminoſum, & vul-
nera eius ſeruantibus incurata. l. diſt. ſi quis diaconus
3 Goff. (*Corruptis*) quibus† non creditur, de proba. licet
(*Inquiſitoribus*) quod eis periculoſum eſt, de re iudi. cū
çterni, lib. ſexto (*Incorrecti*) quod fuit malum (*Expauit*)
quod fuit peius. & patet hic, quòd facilitas ueniæ in-
centiuum tribuit delinquendi, ſupra de ui. & honeſt.
cleri. ut clericorum, de elec. cum in cunctis, cum con
4 cord. Hoſtien. (*Præmiſſis*) antiquis ſupra, nec† p poterit
obijcere teſtes publicatos: tum quia iudex procedit
ex officio, ut dixi ſupra de teſti. cum clamor: tū quia
propter colluſionem ſe fecit indignum, ut non de-
beat audiri. ad hoc ſupra capit. proxi. de elec. bonæ ſe-
cundum Hoſtien. (*Alioquin*) ideſt ſi corruptio, uel col
5 luſio non probatur. ¶ † Pen. gloſſ. tract. de pœna col-
luſoris, dicens, quod ſicut calumnioſi extra ordi-
6 nem &c. ¶ *In† glo. pen. ibi, & in priuatis*) ſequitur, & in ex-
traordinariis criminibus omnes calumnioſi & cæt. vt
præcedit (*& ibi, l. 2.*) ſciēdum eſt, quòd hodie his, qui
præuaricati ſunt, pœna iniungitur extraordinaria (*&
ibi, ff. eo.*) ſcilicet de præuari. ¶ *In gl. ult. ibi, licet, in fine*) ui-
7 de in dec. proxi. alle. ſuper prima gloſſ. ¶ *In† glo. 3. in fi-
ne*) de accuſa. c. ſi. uel erat periculum accumulationis
peccatorum, ut infra ſequitur, ſecundum Hoſtienſ.
¶ *In glo. ult. ibi, de his*) ar. contra. 2. q. 5. Menam. C. de pœ
na in. qui ma. iudi. auc. ſed nouo. ff. de iureiurā. ſi duo
patroni. §. ult. Innoc. ¶ *In eadem glo. in fine*) aliàs eſt uer.
ſub lege, prohibentur.

S V M M A R I V M.

1 *Diſpoſitio tituli.*
De puerorum delictis ſtatuentia iura demonſtrat.
2 *Puer quibus modis accipiatur.*
Eius appellatione etiam puella quandoque continetur.

De delictis puerorum, Rub.

1 ¶ † Viſo de quibuſdā criminibus, quia dubitare poſ
ſet, an pueri his criminibus inuoluantur, ideo &c. ſm
Go. de hoc. 15. q. 1. & facit. 3. q. 3. in prin. & 22. q. 5. par-
2 uuli. cū duobus ca. ſeq. & † non ſumitur hic puer pro
ſeruiente. ut 21. q. 7. cum paſto. cum ſuis concord. ſed
pro eo, qui eſt minor annis, ut patet in nigro. Et uide,
quod no. 57. di. in ueteri, in prin. & in Hiero. ſuper Ti-
tum. poſt prin. ubi ſic dicitur, Puer ſecūdum Græcos
famulum ſignificare poteſt, & filium. Ex his not. dici
multis modis puerū. ſ. ætate, ut dixi. & facit. ſ. de tēp.
or. uel nō eſt, Cōpoſ. de ſpon. tuæ. & hæc pueritia fini-
tur regulariter finito. 12. uel 14. anno ſecundū varieta-
tem ſexuum, ut no. in proœ 6. in glo. de numero ſena
rio, in prin. fallit in caſu. ff. de poſtul. l. 1. §. pueritiam,
ubi dicitur pueritia uſque ad fi. 17. anni, & in caſu. ff.
de ali. & ci. le. l. Mela, ubi ſi pueris uſque ad pubertatē
legata ſunt alimenta, debentur uſque ad fi. 14. anni in
puella. & 18. in puero. Item filiatione. Item ſeruitio.
de his dixi poſt Hiero. & patet. 22. q. 2. §. Abraā, & ha-
betur Gen. 22. ubi Abraham dixit ad pueros. i. ſeruos,
uel ſeruiētes, Expectate, donec ego, & puer. filiatione
ſ. & ætate. de primo & tertio patet. ff. de uerbo. ſigni. l.
pueri appellatio. ubi. & eo. titu. l. illa uerba. 1. §. pueri,
patet quandoque per pueros comprehendi puellas.
ad idem, ff. de leg. 3. l. ſeruis legatis, uer. ſed pueris. ſed
dicitur etiam puer natiuitate, Iere. 20. in fi. qui nūcia-
uit patri, puer natus eſt tibi. fidei puritate, Iere. cap. 1.
puer ego ſum. 8. quæſtio. 1. in ſcripturis. ſimplicitate,
ſapi. 12. ad fin. tanquam pueris inſenſatis iudicium in
deciſum dediſti, & Apo. ad Cor. 14. nolite pueri effici
ſenſibus ſed morum prauitate, Eſai. pe. & habetur. 2.
quæſtio. 7. Paulus dicit.

S V M M A R I V M.

1 *Impuberes delinquere poſſunt, & in quibus, & quomodo puniantur, & nu. 3. 4.*
De mendacij multiplici genere, remiſſ.
Ab eo periurium differt.
2 *Epilogus, & ſuffragium gloſſarum, nu. 3.*
Pueri in quibus delinquant, & puniantur, & nu. 4.
4 *Doli non capaces incurrunt irregularitatem, & ratio.*
In promotionis lege factum attenditur, non uoluntas.
Homicidium quod dignum diſpenſatione.

C A P V T I.

1 PVeris. C† Impuberes præter ui-
tiū carnis delinquere poſ-
ſunt: puniuntur tamen mitius, quàm
adulti. ponit primò dictum, quod ſe-
cundò reprobat ibi, qđ merito (*Qua-
tuordecim*) in mare: ī fœmina. 12. (*Quod*)
ſcilicet non attribuēdum peccatum
impuberi (*Genitalibus*) unde nec minor. 14. accuſatur.
l. Iulia, de adult. ff. de adul. ſi minor (*Mendacia*) de mul-
tiplici genere mendacij. 22. quæſtio. 1. primum (*Periu-
ria*) differt mendacium à periurio. ad idem, ſupra de
præſumptio. literas (*Non ita*) ideſt non in tantum. uel
non ita acriter. & hoc uerum in quocunque foro iu-
2 diciali, & pœnitentiali. ¶ Pen. gl. ſignat contrarium, de. l.
qui iuraſſe, & ſoluit. item de. c. eos, & duabus legibus,
& ſoluit. ¶ Vlt. gl. ſignat contrarium, de c. proxi. & ibi
3 remit. ¶ *In† glo. penul. ibi, l. ult.*) datur utilis actio in id, qđ
impubes iurauit (*& ibi, impuberem*) ſequitur, furtum fa-
cere poſſe, ſi iam doli capax ſit, Iulianus ſcribit (*& ibi,
qui iuraſſe*) ibi pupillus nō uidetur periurare, quia ſciēs
fallere non uidetur (*& ibi, l. 1.*) uide de ſimo. Matth. in
gloſſ. 2. (*& ibi, impunitas*) ſequitur, delicti propter ætatē
non datur, ſi modo in ętate quis ſit, in qua crimen, qđ
attenditur, cadere poteſt (*& ibi. l. 1.*) ignorat illa ætas,
quid uideat. & loquitur de non doli capace, in cuius
domo cuditur falſa moneta (*& ibi, §. excipitur*) ibi Pom
ponius ait, neque impuberem, neque furioſum capi-
talem cauſam admiſiſſe. ¶ *In glo. ult. ibi, §. 1.*) Ibi, miſera
tio ætatis ad mediocrem pœnam Iudicem perducit
(*& ibi, ſi ex cauſa iudicati, §. 2.*) ubi non ſubuenitur mi-
nori in delictis: tamen ſi negando, uel aliter tenetur
ad duplum, ſibi ſubuenitur (*& ibi, impubes*) ibi impu-
bes non uiripotens non tenetur, ergo & cætera (*&
ibi, excipiuntur*) etiam impubes, qui rei intellectum
4 capere poteſt tenetur. ¶ *In† gloſſa prima, in fine*) le-
gitur

Legitur in dialogo de puero. 5. annorum, qui iurãs & deteſtans, & blaſphemans à diabolo raptus fuit, Hoſt. ¶ *In glo. 2. ibi, præſumitur*] ſed hæc præſumptio quandoque per factum tollitur. unde & legitur in dialogo, de puero. 9. annorum, qui grauidauit nutricem, ut not. 20. q. 1. in ſum. & uide, ſupra de eo, qui co. con. c. ult. ſuper t. glo. ſed quia rarò contingit, non eſt curandum, ff. de legi. nam ad ea, ſecundum Hoſtien. ¶ *In glo. 3. ibi, capax*] de hoc. 4. q. 3. c. 1. [*& ibi, ſed hoc*] quod dicitur in contrariis [*& in fine*] dicit hic Hoſt. ꝙ puer non doli capax poteſt irregularitatem contrahere, ut ſi ludendo proiiciat lapidem, uel cultellum, & aliquem occidat. eſt enim ex hoc irregularis, etiam ſi nõ habuerit animum occidendi: quia non uoluntas, ſed factum in lege promotionis attenditur. Dicit tamen tale homicidium diſpenſatione dignum, cum cenſeatur quaſi caſuale, nec diſtinguitur, an dederit operãm rei licitæ, uel adhibuerit diligentiam, ex quo non diſcernit. de doli capace notatur, infra c. proxi. de infante terminatum eſt contra Hoſtien. in clemen. de homi. ſi furioſus:, & ibi no. in 3. gloſſ.

SVMMARIVM.

1 *Pater ex delicto filij impuberis non tenetur, nume. 4.*
In pueris relinquitur multum, quod in adultis grauiter puniretur.
In eos quando detur actio, num. 3.
Eis licet ludere cum coætaneis.
Sagittare odibile & periculoſum.
2 *Epilogus, & ſuffragium gloſſarum. num. 3.*
Dominus ex delicto ſerui tenetur, & quatenus.
Pater pro filio etiam inuito reſtituitur in integrum.
In eius bonis non fit executio condemnato filiofami. etiam adulto, nume. 4.
4 *Additio gloſſarum.*
5 *Pœna pecuniaria criminum à conſuetudine, uel ſtatuto irrogata ratione caret.*
Statutum itaque huiuſmodi, uel conſuetudo non ſeruanda.
Pœna eccleſiæ pecuniaria potius eſſe debet, quàm corporalis, in fine.

CAPVT II.

1 REferente. Caſus. † Pater ex delicto filii impuberis non tenetur, uel in puero inultũ relinquetur, quod in adulto grauiter puniretur. primò ponit partis uel appellantis querelam. ſecũdò dat iudicem. 2. ibi, vnde [*Sagittaret*] hoc eſt odibile, & periculoſum, ſupra de ſagitta. c. uno. Licebat tamen aliàs pueris cũ coætaneis ludere, ſupra de homici. lator, & c. exhibita [*Fortuito caſu*] quaſi non ex animo [*Centum*] aliquando tamen minorem pœnam exigere poteſt. Inn. & Abb.
2 ¶ Gl. † 2. reſpõ. per ob. duplicem. ſ. ad textum, & ad caſum. prima ſoluitur per exceptionem literæ: ſecunda dupliciter. ¶ Vlt. glo. arguit, ſignat contrarium, & re-
3 mittit. ¶ *In † gl. 2. ibi, §. 1.*] uide hanc, & ſequentes, ſupra c. proxi. [*& ibi, ſi pupillus*] ibi ſi pupillus prohibuit iri in poſſeſ. damni infecti, datur contra ipſum in factum actio [*& ibi, filio*] ſiue ſit ſui iuris, ſiue ſit in poteſtate, ut in l. ſe. [*& ibi, licet*] aliàs incipit, ſi ſeruus. & ibi dicitur, ꝙ ex furto facto per ſeruum cõtra dominum agitur, inquantum factus eſt locupletior [*& ibi, ff. de mino. l. pater pro filio*] ibi reſtituitur pater, pro filio etiam inuito.
4 ¶ *In † glo. 1. in fine*] ut patet in an. ¶ *In gl. 2. ibi, conueniendus*] unde condemnato filiofam. etiam adulto, nõ fit executio in bonis patris etiam quò ad legitimam, uel alimenta filio debita. de hoc ſatis in Spe. de ſen. execu. §. ſequitur, uer. quid ſi filius effectus fuit. de non doli capace dixi, ſupra c. proxi. ubi Hoſt. uidetur tenere contrarium eius, quod de infante terminatum eſt per cle. de homici. ſi furioſus. ¶ *In glo. ult. ibi, exigere*] Hoſt. ſup. maximè, per locum à diuiſione, de quo, ſup. in gloſſ. proxi. [*& ibi, §. debet, lib. 6.*] de hoc etiam, ſupra de ma.
5 & obe. ſolitæ [*& ibi, ex conſuetudine*] dicit † Hoſt. ꝙ cõſuetudo, uel ſtatutum, per quod committentes furtum, uel homicidium, uel ſimile crimen in pecunia puniũtur, ſunt irrationabilia, quia id nihil eſt aliud, quàm homines uænali exponere precio, & incitare ad committenda peccata. Talis enim non timet pęnam pecuniæ, qui ſuſpendium, uel pœnam mortis timeret, illa ergo non ſunt ſeruanda. ad hoc, ff. de pact. ſi unus, §. pacta, in aucten. de man. prin. §. oportet, col. 3. inſtitu. ui bonorum rap. §. ſed nedum, ff. de pęnis, in ſeruorũ, & l. aut facta, §. fi. ſup. de conſuetu. ex parte, & de hoc de of. or. irrefragabili, §. fi. & cap. dilectus. nec ob. arg. à cõtrario, per quod hic ſumitur, ꝙ ſi eſſet maior. 14. annis, à patrefamil. poſſet exigi iſta pœna. illud enim putat uerum ex poſt facto per iudicis officium, nõ ex ui conſuetudinis, ut not. in præ. dec. irrefragabili. uoluit ergo per argum. à contrario hic oſtendere, quòd eccleſia non debet pęnam grauẽ inferre, ſcilicet corporalem, ſed potius pecuniariam, ſupra de rapto. in archiepiſcopatu. item nec hic dicitur expreſſè, ꝙ talis conſuetudo ualeat, & uide quod dixi, ſupra de cõſue. c. fin. in princ.

SVMMARIVM.

1 *Continuatio tituli.*
De clerico uenatore iura alia canonica, quàm hæc, quæ loquantur.

De clerico venatore, Rub.

1 ¶ Tractato † ſupra communiter de delictis clericorum, & laicorũ, ſubmittit de ſpiritualibus delictis clericorum, id eo &c. ſm Gof. de hac. 86. diſt. qui uenatoribus, cum 5. capitulis ſequen. facit. 6. di. §. ult. 34. di. c. 1. in prin. cõuenit, de cenſibus, cum apoſtolus, ne clerici uel mona. cap. 1. ad fi. & clemen. de ſtatu mo. ne in agro. § porro, de cenſi. ad noſtrum, uer. & dum. de cele. miſ. c. 1. poſt princ.

SVMMARIVM.

1 *Pro paleis habentur hæc capitula.*
Venatoribus immunitas conceſſa, nullo iure probari poteſt.
Venatores clerici, ut puniantur, num. 5.
Venatio quotuplex, quæ prohibita, & quibus, nu. 2. & 4.
2 *Epilogus, ſuffragium, & additio gloſſarum. num. 3. & 4.*
Adulatoribus fauere naturale eſt, eiſque etiam inuiti fauemus.
Adulari neſciens aut inuidus, aut ſuperbus reputatur.
Humilitas nulla tanta, quæ dulcedine gloriæ non tangatur.
Recreationis gratia ſolatia honeſta cedunt in remedium.
5 *Pœna maioris maior eſſe debet, ut hic.*

CAPVT I.

1 EPiſcopum, Hæc † capitula habẽtur pro paleis. 34 diſt. & hic. in 1. prohibitio. in 2. pęna ibi, Quòd ſi quis [*Diaconum*] idẽ de ſubdiacono, ut dicit glo. (*Venandum*) dicit lex. venatoribus immunitas ob hanc profeſſionem ſolam conceſſa, nullo iure probari poteſt, C. de excuſa. mu. uenatoribus, lib. 10. (*Sæpius*) ſic, ſup. de ui. & ho. cle. monaſteria (*Duobus*) ab omni officio, quod eſt infra (*Suſpendantur*) conſtituti in minoribus, ex quo certa pœna non ſtatuitur, punientur arbitrariè, ſecundum Hoſt. alleg. de Io. And. ſuper 5. Decre.

offic.deleg. de cauſis: ita tamen, ꝙ monitio præcedat
2 uindictam. 12. q.2.indigne. ¶†Glo.2. arguit à contra
rio, & illud concedit, ſi tria concurrant. demum di-
ſtinguit quadruplicem uenationē, & quartā ſcilicet
quæ fit ad aues, uel beſtias. ſubdiuit in clamoſam. &
3 quietam. ¶ Vlt.glo.obiicit, & ſoluit. ¶ *In† glo.ulti. ibi.§.
4 atrox*]uide de calum.c.1.ſuper glo.2. ¶ *In† glo.1.ibi, anpu
tatis*] & c. Eſau, & ibi no. quare magis prohibetur cle
ricis uenatio. quàm piſcatio. ¶ *In glo. 2.ibi, excepto epiſco
po*] dicit Hoſt quòd hic innuitur contrarium. remit-
tit autem ad ſummam.eo.tit.§.quæ, & quibus, uerſi.
item cauſa utilitatis, & præcedentibus [*& ibi.§.his ita*]
niſi fiat in bello iuſto, ut ibi, & ſupra de hære.excom-
municamus.§.ſi uerò, & dixi de hoc ſupra de iureiu.
ſicut, & infra [*& ibi, per uerba*] hanc faciunt hiſtriones
[*& ibi, illicita*] inducens interdum peccatum morta-
le, interdum ueniale. quod dic, ut no.25.di.§.nunc au
tem, in glo.pe.naturale tamen eſt adulatoribus faue-
te. Seneca. Velimus, nolimus, adulatoribus noſtris fa
uemus. Ouidius de arte aman. Delectāt etiam caſtas
præconia formæ. Hiero.ad Euſtachium de uirginita-
te.B. Naturali ducimur malo, & adulatoribus noſtris
libēter fauemus. uide ibi plenius. & Valerius li. 8.c.fi.
aliàs pe. Nulla eſt tanta humilitas, q̄ dulcidine glorię
non tangatur. dicit Hiero.ad Celantiam, quòd hodie
hoc uitium regnat in tantum, quod adulari neſciens
aut inuidus, aut ſuperbus reputetur [*Et ibi, qui uenatori-
bus*] ubi de hoc [*& ibi in arena*] hoc laicis permittitur.
ſed ſi prouide recipiunt pecuniam, infames ſunt. ſi eā
uirtutis probandæ id faciunt, nō, vt ibi, ſaluis tornea-
mentis, quæ prohibentur, ſupra de torneam.c.1.cleri
cis omnino interdicta, de cleri.pug.in duel.c.1.2.Ho-
ſtiē. [*& ibi clamoſa*] quæ fit cum canibus, Ab. uel armis
[*& ibi, laicis*] de ui publica.l.1.Inſti.de rerum diui.§.fe
ræ.ff.de acqui.re.do.l.naturalem, & l. Pomponius. &
hoc uerum in diebus communibus, ſed in quadrage
ſimalibus, & pręcipuarum feſtiuitatum, quibus con-
uenire debent homines ad eccleſias, & orare, etiā lai-
cis eſt interdicta, ut in præ.c.qui uenatoribus, & c.an
putatis, de con.diſt.3.in religioſum, & diſt.5. ieiunia
[*& ibi, quieta*] q̄ fit pedes cū retibus. Ab. uel laqueis [*&
ibi, neceſſitatis cauſa*] ergo uoluptatis, uel nimis frequen-
ter nō licet, ut hic. & poteſt dici neceſsitas, cum fit ad
excitandum calorem naturalē, vel appetitum, de ho-
mi.dilectus, de iureiur. & ſi Chriſtus, ad fi.de conſe.di.
5.ſint tibi [*& ibi, recreationis*] recreetur uirtus. unde Va
lerius.8 moralium.c.de ocio, Hominem quippe re-
rum natura continui laboris patientem eſſe non pa-
titur. Sene. epiſto.28. In remedium cedunt honeſta
ſolatia, etiam quicquid animum erexerit: etiam cor-
pori ꝓdeſt. unde non erubuit Socrates deriſus ab Al-
cibiade pro eo, ꝙ arundinem cruribus interponens
cum filiolis ludebat, ut dicit Valerius ubi ſupra. Idem
dicit Hoſti. cum fieret ad ulctum acquirendū [*& ibi,
prohibetur*] forte per hunc finē intēdat tecedere à pro-
ximo dicto Tan. & antiquorum, qui dicebāt ēt ſacer-
doti licere quietā ēt cū canibus: tū cū modeſtia, & ex
cauſa. ¶ *In† gl.ult.ibi, reputatur*] hæc ſolutio non eſt ſuffi
ciens, ſecundum quā minori tempore puniri deberet
epiſcopus, quàm presbyter, & hic fit contrarium, un-
de dixit Hoſti. quod plus punitur maior, & hic verita-
te inſpecta, minor eſt pœna diaconi, quia ſibi tempus
non adiicitur. vnde poſt aliquos dies cum eo poterit
diſpenſari. non ſic in epiſcopo, & presbytero, quibus
tempus adiicitur ſecundum eum, trigeſimaquarta
diſtinct. ubi iſtud capitulū eſt pro palea. ſic iacet lite-
ra, quòd ſi quis ta.per.in hac uo.ſe.de.fu. tribus men
ſibus à communione ſuſpendatur: diaconus uerò ab
omni officio, & communione ſuſpendatur. Tu dic,
quod per hoc non ceſſat contrarium aliter, ſcilicet
quòd epiſcopus ſuſpenditur tribus menſibus à com-
munione: presbyter verò duobus ab omni officio, &
diaconus ſimpliciter. & ſecundum hoc manet ſolu-
a tio [a] glo. Et uide quod dixi, ſupra de ſta.re.ca quæ, ſu-
per tertia gloſſ.

ANNOTATIONES.

a ¶Solutio. Et de materia. gloſſ. vide Barto.in l.quod dicitur, ff.de
pœnis.

SVMMARIVM.

1 *Venatores clerici quando eſſe poſſint.*
Ex uenatione ubi eis reditus conſiſtat.
Venationis eſt duplex prohibitio, in fine.
2 *Additio gloſſarum.*
Serui dei etiam laici dicuntur.
Homo cur factus.

CAPVT II.

1 OMnibus. [*Vagationes*] per hoc dixit
†Hoſtien. quod ſi reditus
clericorum etiam religioſorum conſiſtūt
in uenatione, puta cirogrillorum, uel cu-
niculorum, ut in Prouincia, uel ferarum incluſarum,
ut in Frācia, & in Anglia, licebit illis, maximè ſi fami-
lia deficiat, in proprīis perſonis uenationem ſuam ca-
pere, & uendere, dummodò id faciant tempore com
petenti. id enim non eſt uagari, ſed ſuæ neceſſitati, &
utilitati eccleſiæ ſubuenire, ad quod clerici tenentur.
ſeptima, quæſtione prima, præſentium, & capitu. pla-
cuit, ut nemini, & decimaſexta, quæſtione prima, qui
uerè, & capitulo uos autem. ibi, & ſi qua opera &c. Et
ibi, nec ueſtrum otium &c. ſed hodie ſecus in religio-
ſis, quod dic ut in clemen.de ſta.re.ne in agro, §. por-
ro, & §.ſequen. [*Falcones*] ſup. habere, ut ſupra capitulo
proximo, ſecundum Abb. qui dicit, quod duplex eſt
huius tituli prohibitio: una inhibendo, ſcilicet alia in
2 utendo. ¶ *In† glo. 1. in fine*] aliàs etiam laici dicuntur ſer-
ui dei, unde eccleſiaſtici ult. deum time, & mandata
eius obſerua. hoc eſt enim omnis homo, ideſt ad hoc
factus eſt omnis homo. Hoſtien.

SVMMARIVM.

1 *Continuatio tituli.*
De clerico percuſſore loca canonum tractantia qua.

De clerico percuſſore, Rub.

1 ¶ Ex te continuatione rubricæ proximæ patet iſtius
rubricę continuatio. & habetur materia, quadrageſi-
maquinta diſtinct. & facit, prima, quæſtione ſeptima,
ſi quis omnem, in fi. & 86.diſt.§.ſimiliter, & c.ſeq. & §.
penul. & c. non liceat.

SVMMARIVM.

1 *Clericum non eſſe percuſſorem decet, & maximè in ſacris conſtitu
tum, nume.3.*
2 *Epilogus, & additio gloſſarum. num. 3.*
Sententias non debet epiſcopus fulminare ſtatim.

CAPVT II.

1 SI quis. [*Sacro*] Maximè quia nec
†decet aliquem eſſe cleri-
cum percuſſorē. ſed maximè caueat
conſtitutus in ſacris, & maximè epi-
ſcopus, per concor. quas alle.glo. ſu-
per quo Hoſtiē. hic remittit ad ſum-
mam de temp.or.§. & cui, ſub.§.de-
ci-

2 cima regula. ¶Secunda†gl.arguit à contrario ſpecia-
3 liter,& generaliter.ſecundò declarat textum.¶*In†glo. 1.in fine*] ibi,ſed neque propriis manibus,licet epiſcopo aliquem percutere. hoc enim extraneum eſt à ſacerdotio.¶*In glo.2.ibi. c.1.*] & ut ibi not.hæc iura probant,quòd non ſtatim debet epiſcopus ſententias fulminare.Idem no.de iudæ.ſicut,in ult.gl.[*& ibi, in uſu*] unde ponebat Abb.exemplum de illo,qui ſtatim percutiebat illum, qui aliquid ſibi dicebat contra placitum[*& in fine*]idem,ſi in duello percusſiſſet,de clerico pug.in duel.c.1.Hoſtien.

S V M M A R I V M.

1 *Fuſtigari ſi epiſcopus aliquem crudeliter facit, ſuspenditur & à quo.*
Coniugem quatenus liceat caſtigare.
Sæuire in quenquam, non licet, num.3.
Reſpectus pro reuerenda conſideratione.
A pontificalibus ſuspenſus intelligitur epiſcopus à miſſarum adminiſtratione ſuspenſus,in fine.
2 *Epilogus,& ſuffragium gloſſarum. num.3.*
Vulneratus non mortiferè ſi per negligentiam moriatur, de uulnerato eſt actio, non de occiſo.
4 *Additio gloſſarum.*

C A P V T II.

1 PRæterea. Caſus.†Duobus menſibus à miſſarum adminiſtratione ſuſpēditur epiſcopus,qui facit aliquem crudeliter fuſtigari. primò ponit epiſcopi ſæuitiam.ſecūda ibi,quam licet,excuſat illum à morte.tertiò illum punit ibi,Quia[*Mulierem*] forte coniugem,quam clericus, moderate tamen, uerberare, & ligatam cuſtodire poteſt. de hoc. 33. quæſtio.2. pla-
a cuit[a]:vel aliam forte in eccleſia delinquentem,de ſenten.excommu.ueniens:vel pediſequam,uel introductam,de qua.32.diſtin.interdixit,ſed quæcunque fuerit mulier,tenetur inſæuiens.Goff.[*Quam*]ſcilicet mulierem[*Exinde*]minimè &c.vt ſequitur[*Defunctam*]ſup. tamen ſecundum Hoſtien.[*Reſpectum*] ideſt reuerendam conſiderationem,Hoſtienſ.[*Miſſarum*] & ſic per conſeqnens & à pontificalibus,de exceſ.præla. ex lite-
2 ris. ¶Secunda†glo.not.ex tempore prolixo,vel bre-
3 ui &c.arguit ſecundò contra Ba. ¶*In† glo.1.ibi, præceptoris*]ſequitur,nimia ſæuitia culpę aſſignatur.¶*In glo. 2.in fine*] ſi ſeruus uulneratus non mortiferè per negligentiam moritur, de uulnerato eſt actio, non de oc-
4 ciſo. ¶*In† gloſſ.1.in fine*] remit.Hoſtien.de crimi.fal.ad audientiam, de raptori. in archiepiſcopatu, de homicid.ad audientiam. ¶*In gloſſ.2.ibi,ſi qua fœmina*] & ſu-
b pra de homicid. presbyterum [*& ibi, decætero*] dic ut ibi.

ANNOTATIONES.

a ¶Placuit. Quid de laico, an idem poſſit, uide per glo.7. quæſtio. 1. ſicut alterius.
b ¶Presbyterum. Vide Barto. in l.ſi in rixa,ff.ad l. Cor. de ſica.

S V M M A R I V M.

1 *Presbyter qui in conflictu lapides proiecit, licet nullum percuſſerit, quo caſu, & quomodo puniatur, & cur, num.5.*
Cap.hoc in promoto locum habet.
2 *Inter conflictum,& bellum quæ diſcrepantia.*
In his an pugnare liceat clerico, num.3.
3 *Iniuriam ſocij in propria perſona non licet propulſare clerico.*
4 *Suffragium, & additio gloſſarum.num.5.*
Infamia,& ſcandali cauſa punitur clericus.

C A P V T III.

1 PRæſentium. Caſus. Duobus†annis à miſſarum celebratione ſuſpenditur presbyter, qui in cōflictu,ubi aliqui mortui ſunt, lapides proiecit,licet nullum percuſſerit. Et prima factū narrat. ſecūda ibi,Quem nos,temporaliter punit. tertiò poſt tempus admittit ibi,Man.[*Lator*] presbyter erat,ut pa-
2 tet,infra per†quod collige iſtud.c.loqui in promoto: ſeqnens autem in promouendo ſecūdum Abb.[*Conflictu*] Iaco. uolens diſtinguere inter cōflictum,& bellum iuſtum,dicebat, quòd in conflictu nullatenus ſe miſcere dicunt,ut hic:ſecus de bello iuſto. & ſic ſoluitur contrarium,ſupra de homici. petitio.uel ſecundū eum,ibi pugnauit defendendo rempublicam, qnod licuit, argumē.ff.de iuſti.& iur.ut vim, hic priuatam,
3 quod non licuit.& per hoc†uidetur,quòd non liceat clerico iniuriam ſocii in propria perſona propulſare. & ſic etiam ſoluatur contrarium de decre.dilecto,de ſenten.excom. lib.6. ut quod ibi dicitur poſſe iniuriā ſocii propulſare,loquatur de layco,nō de clerico, ſed Hoſtien. dicit hoc falſum, inf.c.1. & ſecundum eum hic ad cautelam tantum imponitur hæc pœna,ut dicam in gl.fi.[*Admittas*]quod eſt de iure communi,cū
4 in nullo reperiatur culpabilis, ſm Hoſt. ¶Secūda†gl. ſignat contrarium,& ſoluit. ¶*In glo.2.ibi,duo ſunt*] uide
5 hanc & ſe.de offi.dele.qnoniam,in 3.gl. ¶*In†glo.2.ibi, contraria*] facit, qnod no.li.diſ. ſi quis poſt acceptum. ¶*In glo.ult.ibi,euitent*]hoc tenet Hoſtien.uel ſecundum eum iſte infamatus erat, uel imminebat ſcandalum, ſupra de homi.ex literis. Dicit autem quoſdam dicere hunc ideo punitum, quia aliorum occidentium fuit fautor,& adiutor, quod non placet.

S V M M A R I V M.

1 *Auxilium præſtaſſe præſumitur occiſoribus is, qui cum eis erat armatus.*
Præſentia rei illicitæ accipitur in malam partem.
2 *Epilogus,& additio gloſſarum.*

C A P V T IIII.

COntinentia. Secundum uarias lecturas diuerſimodè ſumanda eſſet, ut infra patebit. Et cōmunis diuiſio,ſecūda ibi, Cōſultationi[*Tres*]. de prædonibus[*Aliis*]ſociis acolyti,qui etiam reſiſtebant[*Ad mortem*]cum effectu, ut ſequitur[*Conſilio*]ta-
1 men hoc†ipſo, quod armatus fuit cum occiſoribus, dicendum eſt aliquod auxilium præſtaſſe pugnando cum aliis:ſed ſi non pugnaſſet.ſed à longè ſtetiſſet, cū iuſta eſſet pugna, non teneretur.uel dic, quod hic in
2 nullo caſu dicitur irregularitatem contraxiſſe.Inno.[a] [*Fuerunt*]& ſic nullam irregularitatē incurrit,quia nec homicidii reus fuit.Hoſt.[*Conſultationi*] iſtud facit pro Hoſt.ut reſponſio ſit ius commune,& qnod infra dicit,Poterit,intelligatur de iuris potētia[*Tranſiuiſſe*] maximè,ſm Hoſ.[*Exercere*]ut ſubdiaconus,ſm gl.& Ab. Hoſt.contra dicens,ꝙ etiam ut presbyter, ut iſte finis aliquid addat, dicens etiam hoc eſſe de iure commu-
2 ni.¶Vlt.glo.reſpon.per quæſtionem rationis. ¶*In gl. ult.ibi, & non ultra*] ſecundum Ala. qui dicebat, quod quia,c.proxi.plus,& hoc minus fuit diſpenſatum, apparet diſpenſationes eſſe arbitrarias[*& ibi,diſpenſatione*] Hoſtienſ. contra, dicens hoc fieri de iure communi, ut dixi in textu.

ANNOTATIONES.

a ¶ſunoc. Vide Sali. in l. licet, C. de pact. qui allegat hoc dictum, & Bald. in l. 1. C. de ſeruis fugiti.

SVMMARIVM.

1 *Oeconomia tituli.*
De maledicis quæ alia loca iuris tradant.

De maledicis, Rubrica.

1 ¶†Percuſsio alia fit manu, alia uerò lingua. ex quo ſupra proximè tractauit de 1. hic ſubiicit de ſecũda. Goffre. dicit Hiero. ſuper Eſai. lib. 6. quod male refrænabit libidinem, qui manum, uel linguam cohibere nõ ualet. facit ad Acheruchiam. C. Et habetur materia 24. q. 3. §. illicita, cum tribus ca. ſequen. facit 25. di. §. aliàs ea demum in fi. & 46. di. clericus maledicus. congruit, de reg. iur. cap. 2.

SVMMARIVM.

1 *Maledicens papæ puniendus eſt. & maledicere quando quit ei dicatur, & cui alij non eſt maledicendum, num. 4.*
Iniuria maior uidetur facta coram multis.
2 *Epilogus, & ſuffragium gloſſarum, num. 3.*
Per principem iurans calore periurat, non punitur. ſi quis ei maledixerit, quid iuris, nu. 4. §. 1.
Vindictam epiſcopus non exercet.
4 *Additio gloſſarum.*
Detrahere quis cui non debeat.
Subditi ſui iniuriam quis punire poſſit, §. 1.

CAPVT I.

1 Innotuit. Maledicens † papæ puniendus eſt, ut de inceps alii abſtineant, & terreantur. Et primò ponit culpam, quam ſecundo puniri mandat ibi, Ipſum. ſubdẽs cauſam ibi, ut pœna [*Multis*] hoc aggrauat, infra ca. proxi. infra de exceſ. præla. quam ſit. C. de ſum. trini. l. 3. [*Officij*] dicebat forte papam multa facere, de quibus poteſtatem nõ habebat, uel priuilegia eccl. Romanæ minuerat, uel de. decorauerat eccleſiam. nõ erat dignus papatu: male diſpenſabat, ſecundum Innoc. quia gratias uendebat,
2 ſimoniacus erat ſecundum Hoſtien. ¶†Secunda glo. oblicit, & dupliciter ſoluit, reſpondens ad contraria.
3 ¶*In† glo. 2. ibi. l. 2.*] qui calore per principem iurans periurat, non punitur [*& ibi, ſi quis in hoc*] ibi ſanctitas ignoſcendi gloriam dereliquit. unde non expectet ſecularis iudex, quod epiſcopus ſacrilegii uindictam expoſ-
4 cat. ¶†*In glo. 1. ibi, ſummus*] nec doctoribus, ut in ca. 1. ibi, præal. quod incipit, deteriores. nec religioſi in ſuis ſermonibus prelatis eccleſiarum detrahere debent: aliàs duobus mẽſibus pœnis ſubiacent. quæ pro grauibus culpis eis ſolent infligi, ut in clemen. de priuil. religioſi. ¶*In glo. 2. ibi, imperator*] decet principem talia non exquirere. Quintilianus lib. 6. de ora. inſtitutione. Princeps, qui uult omnia ſcire, neceſſe habet multis ignoſcere. Sene. de clementia. Rex læſus animum habeat in poteſtate, & pęnam, ſi tutè poteſt, donet: aliàs illam tẽperet [*& ibi, nil glorioſius*] principe impune læſo [*& ibi, Leuitate*] qui dicit, quod ex leuitate facit, hoc probare debet. C. de iniuri. ſi non conuitii. Goff. & Innoc. [*& ibi, contemnendum*] ſi intelligas, id eſt pro contemptu puniẽdum, & quod infra dicit remittendum, ut ibi. no. Accur. ſ. ad principẽ, ut eum puniat, ſi ſibi videbitur; tũc non ob. [*Et ibi, eccleſiam*] quod patet ex fine ſecundum Ala. [*& ibi, ſuperiorem*] alle. legiſtæ ad hoc, ff. de hære. inſti. & hoc Tiberius, de legato. uide in ſpe. de leg. §. 1. uerſi. ſed nũquid [*Et ibi, qui emendas*] ubi de hoc. & infra de pœnis, Romana, li. 6. [*& in fi.*] ubi de hoc ultimo. & de materia huius glo. 2. q. 7. ſi quis erga, & capi. ſi quis ab epiſcopo. & uide, quod plenè dixi poſt Inno. infra de uer. ſigni. ſi ex parte l. Ia. de Aret. diſputauit hic, cuius quæſtionem ponit Cy. C. ne quis in ſua cauſa l. una, & ipſe Iac. ntendo uerbis noſtris, & Innoc. diſtinguit, an ſit iniuria notoria, uel non. & ſecundo caſu an reſpiciat dignitatem, uel perſonam. ſed hic addit, quod licet ultimo caſu non poſsit punire malefactorem, tamẽ poterit in cuſtodia ponere ſucceſſori, uel principi reſeruando cognitionem, & pœnam. ff. de off. præſi. ſenatus, & de adul. l. capite, & l. ſi adulterium. §. fi. ſed, vt ibi refert Cy. Pe. de Bel. dicit, quod licet Iudex iniuriam ſuã, quæ dignitatẽ, uel rempublicam reſpicit, punire poſſit. C. de offic. eius, qui ui. alter. iudi. op. l. 1. & 2. non tamẽ ipſe ſolus poterit ius dicere. unde, ſi delegatus fuerit, recuſabitur: ſi ordinarius, peti poterit alius adiungi. C. de iudi. apertiſsimi, an ct. ibi poſita: quia cum ſecundariò contingat perſonam eius, meritò dici poteſt ſuſpectus, quod Cy. dicit æquum. ¶*In glo. ulti. ibi, ad liberandam*] uide quod ibi dixi in fi.

SVMMARIVM.

1 *Blaſphemans deum, uel aliquem ſanctorum punitur, & quando num. 2. & 3.*
Pœnitere publicè non debet clericus.
Virginem offendendo quidam magis credit peccare, quàm deum.
2 *Publicè blaſphemare quis dicatur.*
3 *Calor iracundiæ, & ebrietas excuſant.*
Caſus epiſcopo reſeruatus quis hic in cauſa blaſphemiæ poteſt alij ab epiſcopo etiam non epiſcopo committi.
Pœna pro pœnitentia ſpirituali.
Pœna duplex irrogatur ſpiritualis & temporalis, fit eius commutatio de pecunia in cruciatum in paupere, num. 4. & 5. & 6. ubi & pecuniaria arbitraria dicitur iuxta facultates.
Pœnam pecuniariam in dubio quis habebit, num. 6.
4 *Dies qui apti ad refectionem impoſitam pauperum adimplendam.*
5 *Sepultura quibus priuetur caſibus.*
Coactio ſimpliciter adiecta intelligitur per excommunicationem.
6 *Pœnitentia publica indicta ex cauſa commutatur in eleemoſynas, in fine.*
7 *Canones inter ſtatuta communitatum poni iubentur, & ratio, & ad id compelluntur per epiſcopum.*
8 *Epilogus, ſuffragium, & ſuppletio gloſſarum, nu. 9. 10.*
Moneta ſi plures ſunt in uſu, dabitur minor, niſi alia ſit uſitatior.

CAPVT II.

1 Statuimus. Hic ponitur † pœna blaſphemãtis deum, uel aliquem ſanctorum. Et primò ponit caſum eccleſiaſti iudicis; ſecundò pęnam ſecularis ibi, per temporalem [*Si quis*] laicus. ſecũdum Hoſti. clericus enim non debet publicè pœnitere, ſed alias ad arbitrium epiſcopi puniatur. ad hoc, ſupra de biga. c. i. & infra eo. c. uer. per temporalem [*Maximè*] refert hic Hoſti. de quibuſdam ſic denotis uirginis, qui magis credunt peccare ipſam virginem offendendo, quàm deum, de quo etiam dixerat, ſupra de cele. miſ-
2 ſa. c. 2. [*Publicè*] hoc intelliget ſiue fiat in platea, ſiue in camera, multis audientibus, & epiſcopo reſerentibus ad hoc, ſupra c. prox. ſupra de exceſ. præ. inter dilectos & c. quàm ſit graue. ff. de uer. ſi. palam: dum tamen id confiteatur, uel ſi negauerit, conuincatur, ſupra de accuſa. ſi conſtiterit. ſecus enim, ſi non conuincatur, licet corã pluribus dixerit, puta quia illi tales ſunt, per quos conuinci non poteſt, puta furioſi, uel pupilli ſecundum Hoſti. uel ſecundum eum dicitur publicus,
quan-

quando eſt vulgatiſsimus, & ex hoc peccato multos
ſcandalizat.26.q.6.ca.fi. ut quia frequenter hoc com-
mittit,uel eſt notorius iuris,uel facti,de quo ſupra de
3 cohab.cleri.ueſtra[*Præſumpſerit*]non†ex calore iracun
diæ,uel ebrietate ſecundum Abb.[*Per epiſcopum*]eſt er-
go de pœnitentialibus caſibus epiſcopo reſeruatis. de
his,infra de pœ.& re,ſi epiſcopus,lib.6. quod eſt uerũ
de publico ſecundum Hoſtien.occultum autem preſ
byter abſoluere poteſt ſecundum eum[*Suum*]ſuus ue
rò epiſcopus poſſet hoc committere etiam non epiſ-
copo,ut præ.dec.Si epiſcopo.ad hoc 26.q.6.capit. fin.
[*Pœnæ*] ideſt pœnitentiæ ſpirituali.ſed eſt etiam pœna
temporalis, quæ ſequitur. quam etiam dicit Vinc. &
Goff.infligendam,cum ordinariè inſtituitur accuſa-
tio contra eum[*Manifeſto*]facit,infra de pœni. & remi.
ca.1.& ca.quæſitum[*Vltimo*]præcedentibus ergo die-
bus ad hanc ſolennitatem, non tenetur blaſphemus
[*Non habeat*] in maioris humilitatis, & contritionis ſi-
4 gnum l.di.pœnitentes[*Dierum*]dominicorum†nõ ſex-
tarum feriarum,ſecundum Hoſti. cum in dominicis
melius refici poſsint, & aptiores ſint dies ad reficien-
dum, cum nec tunc ſit ieiunandum, de con.diſt.3.ne
quis,& c.ieiunia[*Nec ad hoc*] ſcilicet ad unum reficien
dum[*Commutetur*]cruciabitur, uel aliàs punietur 14.q.
6.c.1.[*Interdicatur*]no.ꝙ eſt canon ferendæ ſententię &
5 non latæ.Hoſ[*Sepultura*]no.caſum†quo quis priuatur
ſepultura.Alii not.ſupra de ſepul.ex parte. Si autẽ iſte
in extremis uult pœnitere, dicit Vinc. ꝙ ſi per epiſco-
pum lata eſt ſententia hæc contra eum,non ſepelleẽ:
aliàs ſic.Abb. [*Coactiuæ*] excommunicationis ſcilicet
[*Si neceſſe*]ut quia blaſphemus nõ uult ſoluere,nec po-
teſtas pœnam leuare[*Quinque ſolidorum*]non minus, ut
ſequitur. inter 40. ergo & 5. conſideratis facultatibus
arbitraria erit pœna.& ſic ſupra de decimis.c.1.quid ſi
nec 5.ſoli.poteſt ſoluere, id in pœnam aliam commu-
tetur,ſupra proxi.reſpon.ff.de in ius vo.l.fi.ſecundum
Vinc.Goff.& Hoſti. uel ſecundum Abb. quærat illos
oſtiatim, uel tantum ſeruiat iudici, ꝙ quantitati ſatiſ-
6 faciat,ut no.de Iudæ.c.1.Sed quis†habebit hanc pecu
niariam pœnam? quidam dicunt,ꝙ ſecularis iudex à
clerico,& laico per id,quod ſequitur, inter alia com-
munitatum ſtatuta.Alii econtra,quod iudex eccleſia
ſticus ab utroque,cum ſit crimen eccleſiaſticum. Di-
cit Goffed. & Abba. quòd iudex laicus habebit pœ-
a nã [a] laici. Eccleſiaſticus pœnam clerici [*In hoc*] ſcilicet
in pœna.5. ſoli.& in pœna ſpirituali, de qua præmiſit.
& eſt ſpeciale ſecũdum Phi. in odium criminis,quod
imponitur duplex pœna,ſpiritualis,& temporalis.cõ
cor.16.q.1.ſtatuimus.Regulariter contra,de iudi.at ſi
clerici.dicit tamen Hoſtien. quòd in hac poſſet habe-
ri miſericordia, ex magna cauſa, ut ſi honorabilis ſit
perſona,quam non deceat publicè pœnitere, & vult
illam redimere magnis eleemoſynis;ad hoc de ſentẽ.
ex.mulieris.& Daniel.4.B.conſilium meum placeat
tibi; peccata tua eleemoſynis redime[*Statuta*]ne poſ-
7 ſit † allegari ignorantia,& ut includatur in iuramen-
to poteſtatis,de iureiur.uenientes,& c.1.lib.6.ſi com-
munitas nõ vult ponere, compelletur per epiſcopũ,
ſupra proxi. ſecundum Hoſtien. qui etiam pro com-
8 mento huius dec.remittit ad ſum.eo.ti §.fi.¶†Glo.1.
aggrauat blaſphemiam per textum can. & per ratio-
9 nem,ſubdens pœnam legis,& canonis.¶†*In glo.ult.ibi.*
§.ſi numerus]hanc l.& ſequen.uide de cenſi.ex parte,ſu-
per 3. gloſſ. [*& in fi.*]uide de uerb.ſigni.propterea, in
10 gloſ.2.¶† *In glo.argum.quid, in fi.*] 23.quæſtio.5.prodeſt.
¶[*In glo.ulti.ibi,nimis*]per hanc l.dicit hic Goffre.& glo.
1.de iniur.c.olim,in glo.fi.quòd ſi plures ſunt uſuales
monetæ,dabitur minor.Hoſtien.dicit, quòd ſi altera
eſt uſitatior,illa dabitur.

ANNOTATIONES.

a ¶Pœnam.Vide Io.And.in ca. irrefragabili, & c.dilectus, ſupra de
offi.or.& in ſpec.de dolo,& contu.§. 2. circa prin. & Barto. in l.
agraria,ff.de ter.mo.

SVMMARIVM.

1 *Continuatio tituli.*
2 *De clerico excommunicato, interdicto, uel depoſito miniſtrante, quibus in locis aliis canonicis quam hic ſit ſcriptum.*

De cleric. excomm. interdict. uel depoſit. Rub.

1 ¶†Dictum eſt, ſupra de uariis exceſsibus clericorum
propter quos interdum excommunicãtur,interdum
ſuſpenduntur, interdum deponuntur. ſed quia inter-
dum claues eccleſiæ contemnendo ingerunt ſe diui-
2 nis;ideo &c.habetur †materia 11.q.3.in 1.charta,& c.
pen.& l.di.accedens,conuenit,de ſacra.non ite.c.2.de
dolo,& contu.veritatis,de ui.& ho.cle.ut clericorum
§.ſi quis.Item de re iudi.c.1.ver.ſciturus,li.6.de ſenten.
ex.c.1.in fi.de pœnis.c.2.eo.li.

SVMMARIVM.

Abſcindi ab eccleſia pro excommunicari.
Excommunicationem monitio præire debet.

CAPVT I.

SI quis. [*Attrectare*] aliàs attenta-
re [*Commiſſum*]ante depo-
ſitionem [*Abſcindatur*]i.excommuni-
cetur,infra c.1.Inno.monitione præ-
miſſa,ut ibi. Abb. ¶Prima & 2.gloſ.
Reſpon. poſſunt per duas quæſtio-
nes. ¶Tertia ſignat contrarium, &
ſoluit.¶*In glo.1.in fi.*]ubi idem not. ¶*In glo.2.ibi, ſenten-*
tia]depoſitionis,de qua hic loquitur.

SVMMARIVM.

1 *Si clericus degradatus,uel ſuſpenſus celebrat, & monitus non deſi-ſtit,excommunicatur: & ſi nec ſic deſiſtit,quæ pœna.*
2 *Clericorum appellatione etiam inferiores continentur in pœna irregularitatis incurrenda.& qui ſecus dicit, oſtendat ius,oportet,num.3.*
3 *Presbyter excommunicatus, uel ſuſpenſus ſi in ordine acolytatus miniſtret,quando incidat in irregularitatem.*
De irregularitate ubi plene tractetur, quid eam inducat.
Correptus ideſt monitus.
Excommunicationis contemnentis pœna exilium.
3 *Epilogus,& additio gloſſarum, num. 5.*
Degradatus clericus an conficiat, & ordinem amittat.
Cum excommunicato communicans quam incurrit excommunicationem.

CAPVT II.

1 SI quis presbyter. C.Si†de-
gradatus,
uel ſuſpenſus celebrat,& monitus nõ de-
ſiſtit, excommunicatur. & ſi nec ſic deſi-
ſtit,ad requiſitionem eccleſiæ per ſecularem principẽ
exulatur. ſecunda quæ aggrauat ibi,Quod ſi[*Clericus*]
etiam in minoribus ſecundum Hoſtien.& facit quod
2 no.ſupra c.proxi.ad hoc facit,ꝙ†appellatione clerico
rum etiam inferiores continentur. 11.q.1.de perſona,
ad fi.ad hoc facit, infra c.1.& c. fraternitati,& c.ſe.§.1.
ſupra de iudi.cum non ab homine, infra de pur.ca.ſi
quis de gradu,ubi de hoc. allegat in cõtrarium, quòd
omnia illa iura quò ad pœnam irregularitatis reſtrin-
genda

genda ſunt ad conſtitutos in ſacris, licet & minores; aliàs ſint de peccato coercendi. pro hac parte facit 11. q. 3. epiſcopus, & §. præ. ex his. Sed ad illa poteſt reſponderi, ꝙ ibi non agitur de irregularitate. ſed de reconciliatione. Item alle. quia ex capite noſtro nō debemus dicere in minoribus conſtitutum irregularitatem incurrere, cum id nullo iure caueatur. primò quia ubi ſtatuta non eſt, nō eſt imponenda, infra de ſen. ex. his qui, lib. 6. ſecundò quia odioſa, & ſic non laxanda, ſed reſtringenda, de reg. iur. odia, lib. 6. tertiò quia acolyti & inferiores quaſi laici cenſentur, & laicari poſſunt, ut patet de cleri. coniu. ca. 1. & per totum. Item nec in degradatione ipſorū ſeruatur ſolennitas numeri epiſcoporum 15. q. 7. ſi autem, & c. fœlix. infra de hære. c. 1. lib. 6. puniantur ergo ſicut monialis, de qua certum eſt, quod nō incurrit irregularitatem, infra eo. poſtulaſti. §. 1. uel ſiant laici, & fœminæ, ut infra ſequitur. & ſi dicas, ꝙ incurrant irregularitatem, tamen paruam, in qua diſpenſare poſſunt epiſcopi: ad hoc quod legitur & no. ſupra de biga. c. 2. Quicquid ſubtilizetur, dicit, quod primò dixi, tenēdum per prima iura, & per dec. primam de re. iudi. & decr. primam de ſen. ex. li. 6. quæ indiſtinctè loquuntur. præterea tales poſſunt de
3 facto officium gerere, ut prius. ¶ Dicit † etiam, ꝙ qui dicit conſtitutum in minoribus tantum non contrahere irregularitatem, oſtendat Ius, quod illos expreſsè eximat: aliàs ei non credet, nec tale ius credit inueniri poſſe. per hoc etiam dicit irregularem eſſe presbyterum excommunicatum, uel ſimpliciter ab officio, uel ordinibus ſuſpenſum, ſi in ordine acolytatus miniſtrat: ſecus, ſi ſuſpenſus eſſet à ſacerdotalibus, uel à celebratione miſſarum, & remittit ad ſummā. de ſenten. ex. §. fi. ſub. §. fi. deſcriptionem uerò irregularitatis poſuit hic Hoſtien. & proſecutus eſt ipſius membra, quod uideas apertius & plenius in ſpec. de lega. in tracta. diſpenſa. §. iuxta propoſitionis, in prin. & ideo hic decido [*In contemptum*] hoc eſt, ꝙ inducit irregularitatem. Hoſti. [*Correptus*] i. monitus [*Exilium*] no. exilium, eſſe pœnam contemnentis excommunicationem.
4 ¶ † Glo. 1. quærit. all. ad affir. 4. can. ad negatiuam. 5. po
5 nit duas opi. contrarias. & ſecundam approbat. ¶ † *In gl. 1. ibi, accedens*] ubi de hoc, illud capitulum inducitur: quia in prin. uocat illum eſſe presbyterum, & in uerſ. quem quidem, dicit illum ſacro ordine priuatum, ad idem ea. diſ. ut conſtitueretur, in prin. ibi, Ad clericatum redeat, c. epiſcopus, & c. dictum, & c. clerici, quæ ſequuntur in glo. dicunt ordinem, uel gradum amiſſum. ad idem 1. q. 1. §. opponitur, in princ. ubi dicitur, quod talibus nulla remanet poteſtas ſacrificandi. ſed iſtud ultimum ſolue, ut ibi no. ad reliqua reſpōdetur, ut dicebat Hug. ꝙ de ordinis executione loquuntur, & quandoque de ipſius ordinis priuilegio. facit 32. di. §. uerum. c. ad hoc, & Hoſti. in ſum. huius titu. in fi. primi. §. dicit ſatis eſſe, quod ille prius fuit ordinatus, inducit, ſupra de ſum. tri. firmi. §. una, & ibi dixit, & Gof. hic, & in ſum. huius ti. in fin. Hoſt. & Archid. dixerunt eum tenuiſſe contrarium in ſum. de tempo. ordi. poſt prin. uer. hęc igitur ſit fides: ſed ſalua eorum pace, Goffre. ibi de depoſito loquitur: hic, & in ſum. huius ti. de degradato: ipſe tamen Goff. infra de non ordi. mi. c. 2. loquens de depoſito dicit ſe cum La. Ala. & Tan. concordare, quia ſicut per depoſitionē non tollitur characteris priuilegium circa immunitatem, ſic nec characteris poteſtas circa cōſectionem euchariſtiæ, licet ordinis executio ſit ſublata [*& ibi, militi*] imò, ut infra de pœnis. ca. 2. §. i. li. 6. cum ſuis concor. [*& ibi, & Tan.*] & Phi. & Io. 9. q. 1. in ſum. Barto. Brix. ibi contra [*& ibi, quòd quidam*] & c. dominus declarauit, ubi de hoc, & ca qui perfectionem [*& ibi, credo*] concordat Inno. Hoſti. & theologi præciſe, & dixi de hoc, de ſciſma. c. 1. in gl.

magna ante fi. uer. & hic etiam. ¶ *In glo. 2. ibi, ut prius*] infra de ſen. ex. is cui, lib. 6. [*& ibi. quod poteſt laicus*] de hoc dixi de cele. miſ. c. 1. ſuper uer. compleantur. ¶ *In glo. ip-*
6 *ſo iure, in fi.*] uel † intellige de maiori, ſi communicauit in crimine: uel ſi ille excommunicatus fuit cum participibus, quod tamen non poſſunt hodie inferiores à papa, niſi ſeruata forma dec. ſtatuimus. de ſen. ex. li. 6. ¶ *In glo. ut talibus, ibi, communicet*] uel aliter ſcilicet, ꝙ laici, uel fœminæ excommunicati non immiſceant ſe diuinis: aliàs ſi moniti non deſiſtant, augebitur pœna.

SVMMARIVM.

1 *Interdictus, uel excommunicatus celebrans etiam officia, deponitur, & quo caſu, & num. 3.*
Ad diſpenſationem qui ſe reddant apti, & num. 3.
Depoſitionis ſententia non incurritur ipſo iure.
Irregularitatis ſecus.
2 *Epilogus, & additio gloſſarum, num. 3.*
Cum irregulari, uel depoſito quis diſpenſet, & cum quo, uel reſtituere poſſit.
An diſpenſatio per accuſationem impediatur.
Sententiam ſuam poteſt ordinarius, ſi nulla eſt, emendare, cir. fin. uer. dicebat hic.

CAPVT III.

1 CLerici. Caſus. † Interdictus, uel excommunicatus celebrans; & monitus non deſiſtens. deponitur. & facit hic uerſ. clerici ſic generali, ad id quod dixi, ſupra ca. proxi. [*Suis*] epiſcopis, quod eſt infra, ſed idem eſt, ſi hoc fiat ab aliis prælatis iuriſdictionem in eo habentibus, ſupra de offi. ord. cum ab eccleſiarum [*Officia*] etiam dicēdo ueſperas, uel matutinas, ut prius [*Redierent*] ad ſtatum interdicti, uel excommunicationis, per quod ſe reddunt aptos ad diſpenſationem per Papam habendam, ſecundum Goff. Hoſti. [*Incurrant*] irregularitas bene contrahitur ipſo iure: ſed pœna iſta eſt per ſententiam infligenda. ad hoc, infra eo. illud, in
2 fi. & c. ſequen. ¶ † Gl. 1. tria facit, arguit à contrario, & contra obiicit, & ſoluit. ſecundò quærit, arguit ad affirmatiuam, ſoluit negatiuè. tertiò iterum quærit. ponit opi. Hug. cui obiicit de. c. epiſcopus, & reſpondet.
3 ¶ † *In glo. 1. ibi, diſpenſatiue*] ad quam diſpenſationem ſe habilitant monitioni parendo ſecundum Goffre. uel loquitur de his, qui ignorabant ſe ligatos ſecundum Phi. dicit hic Hoſti. ꝙ ſi talis irregularis monitus paratus ſit corrigi, diſpēſabit epiſcopus cum ipſo, argum. hic, & infra eo. fraternitati adducit ſtylum curiæ, quo mandatur, ꝙ ſi non in contemptum clauium &c. facit ſupra c. 2. & infra eo. illud, & c. poſtulaſtis. ſubdit, ꝙ ante diſpenſationem poterit accuſari, & accuſatione pendente diſpenſari non poterit, argum. infra de priuil. dudum, ſupra ut lite pē. c. fi. ſi igitur accuſationem præueniat, tutus erit, de ſciſma. cap. 2. ſi uerò monitus non abſtinet, alius, quàm papa non diſpenſat. ſubdit. ꝙ curia tenet, & ſic de facto ſeruatur, & cum tali epiſcopus non diſpenſat. contrarium etiam eius, quod dicit per accuſationē impediri diſpenſationem, dixi de iudi. at ſi clerici, ſuper uer. poteſt. & ſuper hoc uide remiſsiones, quas ibi dedi [*& ibi, quod legatus*] habet conſuetudo, q̄ plus ualet approbatione, quàm iuris probatione, ꝙ legati de latere diſpanſant cum irregularibus, qui non ex contemptu clauium ſe immiſcuerūt diuinis, etiam ſi id fecerint ex ſupina ignorantia, uel ſcienter, non tamen ex cōtemptu. & poteſt eſſe ratio: quia & pœnitentiarii papæ illos, qui non contempſerunt, abſoluunt. contra hoc inducitur, infra c. pen. [*Et ibi, dicas*] Idem Guil. in ſpe. ti. 2. §. nunc de epiſcoporum uer. ſed nunqd poteſt epiſcopus, vel legatus, & de ſcholare,

ſare.uel aliunde ueniente,uide eo. ti.§ conſequenter, uer.quid ſi legatus[*& ibi,quæ de cauſa*]illud cap. & ea.q. quanto,uidentur facere contra: quia ibi diſpenſat inferior.ſed illud fit auctoritate papæ[*& ibi,diſpenſat*] ſed nunquid ille, qui inſtitutus eſt in curia ad imponendas pœnitentias,hoc poterit? non credo.Vin.hoc no. infra c.proxi.[*& ibi,cum iniuſte*] Idem ibi no.& poterit eum tunc ſuus epiſcopus reſtituere non adiuncto ſibi epiſcoporum numero ſecũdum Guil. qui hoc no. in ſpe.ti.de accuſatione.§.2.uer.ſed nunquid tor, dicebat hic Hoſt. c.epiſcopus,poſſe intelligi,quando non interuenit in depoſitione debitus numerus epiſcoporum:quia tunc poterit epiſcopus emendare ſuam ſententiam, quæ nulla eſt,ut dixi de accuſ.qualiter prim. ſuper 1.glo. & in hoc caſu bene procedit dictum G.& ut dixit hic Hoſt.poteſt etiam illud intelligi,cum non interuenerat ibi debitus numerus epiſcoporum. de quo 15.q.7.fęlix.ordinarius enim poteſt emẽdare ſententiam ſuam,quæ eſt nulla,ut dixi ſecundum eum,de accuſa.qualiter 1.unde dixit Pe.& Abb.ſupra de iudi. at ſi clerici, hoc,quod dixit hic gloſ.epiſcopum reſtituere,uel diſpenſare non poſſe cum depoſito,procedere,quando ex ſuo iure petitur,ut diſpenſet. Si uerò ex nullitate ſententiæ,ut per abſentiam iuſtam depoſiti petit ipſe reſtitui contra ſententiam, tunc epiſcopus poterit,ſupra de re.iud.cum Bertoldus[*& in fi.*]de hoc 2.q.6.ideo 1.& l.di.contumaces, & uide quod dixi de cleric. non reſi. ex tuæ,in fi.ulti.glo.

S V M M A R I V M.

1 *Excommunicati, uel interdicti deponuntur, ſi celebrant, niſi propter multitudinem pœna mitigetur.*
Pecunia eſt iuſta cauſa diſpenſandi.
2 *Epilogus,& ſuffragium gloſſarum,num.3.*
Multitudo,& paucitas reſpectu dicitur, & num.4.
Multitudini an parcatur,num. 4.
Diſiuncta pro coniuncta interdum ponitur.
4 *Additio gloſſarum.*
Suſpenſus à quo debeat abſtinere,iuncta glo.

C A P V T IIII.

1 LAtores. Caſus.†Excommunicati, uel interdicti,ſi celebrant, deponuntur,niſi propter ipſorum multitudinem pœna mitigetur. In prima narratio,& deciſa ſupplicatio. In ſecunda ibi, Fraternitati, commiſſio diſtinguens.& ſecundum membrum ibi, Si uerò[*Quadraginta*] hunc numerum ideo Papa taxauit: quia aliàs poſſet pati eccleſia nimiam penuriam clericorum. penuria uerò eſt iuſta cauſa diſpenſandi. 25.diſt.priſcis.Innoc.[*Condemnet*]ad intellectum huius uerbi uide,quod no.in ſpec.de accuſatione.§.quarto loco,poſt prin.[*Suſpendas*] ſed an eſt hoc ius commune:ſatis puto,ex quo ſic hic exprimitur:hoc etiam ſeruat pœnitentiaria.uide quod no.de temp.or.eos qui, in glo.quod ſcilicet,in fi.lib.6.facit,ſupra de ſortile. c. 2.& infra ti.1.cap.2.[*Iniungat*]qua peracta cum illis di-
2 ſpenſes.¶†Glo.2.obiicit,ꝙ remitti debuerat &c. pœna non mitigari tantum,& reſpondet. ſecundò no.ꝙ ultra 40.dicuntur multi,obiicit,& ſoluit.¶ Pe.gloſ.3. quæſtiones format, & illas ſoluit, & contra ultimam,
3 ſolutionem arguit.¶[*In glo. 2.ibi l.1.in fin.*]debet iudex multitudinem teſtium refrenare[*& ibi, in fine*] arg.ibi in liberis multę ſunt differentiæ,aut ingenui,aut libertini.¶[*In glo.pe.ibi,cum quidam*]ſi dicit teſtator talem, uel talem inſtituo hæredem,tutorem,uel lego, uel his ſimile,diſiuncta ponitur pro coniuncta[*Et ibi.§ cum ita*] in ſtipulatione, ſi non dabis hominem, aut fundum. 100.dabis,Aut,ponitur,pro etiã[*Et ibi,duo ſunt*]hanc &
4 ſeq. uide de offi.dele.quoniam.in 3.glo.¶[*In glo. 2.ibi, non parcitur*]in totum.& tunc procedit gloſ.[*& ibi,quoties 2.*]ubi de hoc[*& ibi,aliquando duo*]aliquãdo 3.ut 67. di.ca.1.in textu,& glo.& 1.q.1. placuit[*& ibi.pauci*]aliquando 14.ſupra ne cleri.uel mo.c.1.[*& in fi.*]unde,ut dicebat Hoſti. ſi.40.tantum, uel pauciores preſbyteri fuiſſent in hac diœ.non fuiſſet Papa arbitratus de tali numero.¶[*In gl.pe.ibi,tantum à beneficio*]ad hoc,ſupra de of.or.dilectus,Hoſtien.[*& ibi,quò ad ſe*]de hoc ſupra de
a appel.paſtoralis,[a] in ulti.glo.[*& ibi,ſequela*]uide ſatis de hoc in cle.de pœ.cupientes,in glo.no. noua,in fi.[*& ibi,accedens*] & ſupra de cleri.pu.in du.Henricus[*& ibi, ita credo*]Item hic Hoſtien. non ob.contraria ſecundũ eum,quę loquuntur in temporalibus:hic uerò loquimur in cenſura,quæ plus dependet à uoluntate proferentis,quàm à uerbis,infra de ſenten.exc.ſi quem.nec enim illa ita penderet à uoluntate iudicum, ſicut ſententia excommunicationis,quod patet.ff.ad munici.
b l.ordine.§.1.11.q.3.c.1.[b] Vinc.Io.& Phi.dicunt, infra eod.poſtulaſti,quod hanc opinionem putant ueram inter uiuos:inter mortuos credunt contrarium.quaſi epiſcopus uoluerit ſuſpendere, & non ſuſpenderit, argumẽ.C.de pecul.eius,qui liber.meru.l.unica, quæ quid dicat,dixi de ſepul de his,in gl.fi.C.[*& in fi.*]Goſ. no.ſupra de magis.quanto,ꝙ talis ſententia tanquam incerta non ualet per l.3. C.de ſen.quæ ſine cer.quanti,no. etiam ibi, quod ſi epiſcopus dicat,ſuſpendo te, ab utroque uidetur ſuſpenſus,ſcilicet ab officio,& beneficio,ar.de ſen.ex.c.pe.aliàs à beneficio tantum,argum.ff.de pœnis.l.ſi præſes.

A N N O T A T I O N E S.

a ¶Paſtoralis. Et uide de elec.cupientes §. cæterum,& c.ſi compromiſſarius, lib.6.& utrobique glo.

a ¶Cap.primo.Vide glo.ea.q.§.cum ergo ſubditi.

S V M M A R I V M.

1 *Excommunicatus qui celebrat, deponitur, niſi miſericorditer remittatur,& quando, nu.fin.§.1.alia de eo,num.5.*
Contemptum quid aggrauet.
2 *In notorijs fertur ſententia,licet dies non ſit aſſignata.*
Dies,ſiue tempus currit poſt præſentationem literarum, in fi.
3 *Miſericordia uidetur aliquando deberi.*
Excommunicare non debet ordinarius uel delegatus niſi uocatione præmiſſa: aliàs pœnam habet,& quam lata tamen tenet.
Delegatum quem ſi neſciam,excuſor, ſi non obedio.
Delegati ſententia contra intentionem delegantis lata, nulla eſt.
Pertractare,ſonat in uitium.
4 *Irregularis an tantum ſit clericus,quando ſolemniter gerit officium ſui ordinis.*
Pœnitentia ſub ſpe non eſt quid committendum.
Peccandum non eſt,etiam ſi Deum, hominesq́; celare poſſemus.
Conſcium peccatorum tuorum nullum magis timendum, quàm te ipſum, & ratio.
5 *Excommunicati tenentur alios non excommunicatos uitare, & cur.& an excommunicatum; nu. 6 & communicanti quæ pœna,& num.7.*
Excommunicationis effectus quis.
7 *Vis abſoluta,& conditionalis diuerſa ratio.*
8 *Celebrare, & ſe celebrationi diuinorum ingerere, an ſit idem, an differat,& utroque modo incurratur irregularitas.*
9 *Irregularitas contrahitur ipſo facto & iure.*
Depoſitio per ſententiam.
Gratia pœnæ ſpectat ad Papam,& in quo facta fuit in caſu huius decreta.
Epiſcopus quis remanet, licet nullius eccleſiæ.
Ineligibilis actiuè,& paſſiuè quis,in fi.
10 *Epilogus,& ſuffragium gloſſarum,num.11.*
Malæ fidei quis efficitur poſt denuntiationem.
12 *Additio gloſſarum.*

Suſpen-

Suſpenſus an ſi priuatim celebret officia diuina irregularis fiat, iuncta gloſſ. §. 1.

C A P V T   V.

ILlud dominus. C.†Qui excõmunicatus ce
lebrat, deponitur, niſi pœna illa miſericor
diter remittatur. Et primò ponit Hildeſe
men. epiſcopi tranſitum 2. ibi, unde, mandatum circa
id factum delegato, & executionem ipſius. 3. ibi, ipſe
comparitionem epiſcopi, recognitionem miſericor-
diæ, & petitionem & excuſationem 4. ibi, licet, excuſa
tionis impugnationem. 5. ibi, Cum eo, pœnæ remiſ-
ſionem[*Poſtulata*]hoc dicit, vt aggrauet contemptum
ut dixi, ſupra de conſue. cum vene. non quia ſatis fuiſ-
ſet poſtulaſſe, ſupra de reg. licet, uer. illa, ubi etiam di-
xi, quod hic dixerat Hoſtien. de inferioribus prælatis
exemptis[*Partibus illis*]in quibus fuerat hæc tranſgreſ-
2 ſio[*Notorium*]notat† in notoriis ferri ſententiam, licet
dies non ſit aſsignata. de hoc, ſupra de coha. cleri. ue-
ſtra[20. *dies*]ſibi aſsignatos à papa, ut ab adminiſtratio
ne ceſſaret, ut ſequitur. quod ſi non faceret, mandauit
illum excommunicatum nunciari, ut ſequitur. & di-
cit Hoſ. ꝙ mandauerat eum prius excõicari, & poſtea
nunciari per id, quod ſequitur in uer. ipſe; quod non
credo per ver. Illud autem. & dicit Ab. Iſtos 20. dies cur
rere poſt præſentationem literarũ: aliàs eſſet indiſcre-
ta ſententia. ad id de ap. ſuper eo 2.[*Adimplere*] ipſo Hil
deſen. obedire nolente[*Exceſſum*]de tranſlatione, & ce-
lebratione poſt excommunicationem. Inno. uel ſor-
te non fatetur primum, ſuper quo ſe per quandam in-
dulgentiam excuſabat, ſupra de tranſac. c. fi.[*Miſericor-*
3 *diam*]quæ†uidebatur deberi. 23. q. 1. noli, in fi. Goff.[*Or*
dinarius]ſiue ſit ordinarius, ſiue deleg. excommunica-
re non debet, niſi monitione præmiſſa, aliàs pœnam
habet, de qua infra de ſen. ex. ſacro: lata tamen tenet ſe
cundum Inno. ſm quem hoc forſan dixit: quia in la-
ta per delegatum ille, qui neſcit illum delegatum, ha-
bet iuſtã excuſationem. facit de offi. dele. cum in iure,
licet ſm eum tutius ſit parere. uel ſm Hoſti. hoc dixit
pro eo, quia ſi delegatus ſentẽtiam excõicationis fer-
ret monitione non præmiſſa, niſi id haberet ex forma
literæ, ut hic, nulla eſſet ſententia quaſi lata contra in-
tentionem delegantis, ar. de præb. c. fi. de reſcrip. ſuper
literis, ad fi. & facit, quod dicam de con. præ. quia cũ-
ctis, in glo. dicit hic Hoſ. ad fi.[*Promulgare*]non promul
gauit, ſed denunciauit, ut dixi ſupra[*Ante factum*]i. ſen-
tentiam, uel ipſius denunciationem[*Monitorias*]rece-
perat tamen mandatũ Papæ continens etiam de com
miſsione Madeburgen. & ideò non uidebatur omni-
no excuſabilis, ſm Hoſti.[*Pertractare*]ſonat in uitium,
ſm Hoſti.[*A nobis*]per hoc patet. ꝙ Madeburgen. non
tulit ſententiam, ſed tm̃ denunciauit, niſi exponas eũ
Hoſti.[*A nobis*]ideſt auctoritate noſtra. aliter uerò di-
cit, quod poſtea excõicatus fuit à Papa[*Celebrari*]not.
4 contra†opi. quę habet, clericũ non eſſe irregularem,
niſi quando ſolenniter gerit officium ſui ordinis. ad
idem, infra c. proxi. hoc idem probat finis huius decr.
& ibi remittam[*Pænitentia*]Hiero. ad Saluinam. E. No-
bis non blandiantur pœnitentiæ ſubſidia, quæ ſunt in
felicium remedia[*Deliquiſſe*]Seneca, & ſi ſcirem Deos
ignoſcituros, homines autem ignoraturos, tamen de
dignarer peccare, ut no. 15. q. 1. merito, & ad Lucil. 43.
Si honeſta ſunt, quę facis, omnes ſciant. Si turpia, quid
refert neminem ſcire, cum tu ſcias. & in moralibus,
Nullum peccatorum tuorum cõſcium magis timue-
ris, quàm teipſum. alium enim fugere poteris, ſed te
nunquam. Et Tullius. 3. de offi. Certè ſi deos, homi-
neſq; celare poſſemus; nil tamen auarè, iniuſtè, libidi-
5 noſè faciendum eſt[*Periculoſum*]euidenter † diffinitur
hic excommunicatos teneri alios uitare, aliàs pericu-
loſe peccat. contemnit enim claues eccleſię, & ſenten
tiam uiolat, infra de exceſ. præla. c. fi. cum unus illius,
effectus ſit, quòd excommunicatus cum Chriſtianis
communionem non habeat. Tenetur ergo excõmu-
nicatus uitare non excõmunicatos: aliàs ſe aggrauat
ex contemptu, ſicut qui contemnens perſeueret in il-
la per annum ſe reddit de hæreſi ſuſpectum; quod dic,
6 ut de hæreti. excommunicamus, 1. §. 1. Quærit†Hoſti.
an excommunicatus teneatur uitare excommunica-
tum? arg. ꝙ non 32. q. 6. nihil iniquius, C. de inoffi. te-
ſta. in arena, de adul. c. pe. & ulti. dic contra ſecundum
eum, argu. de excep. dilecti, & eo. ti. pia, lib. 6. cũ enim
priuilegiati ſe ab hoc excuſare non poſsint prætextu
priuilegii, de ſen. exc. nulli, multo minus ratione deli-
cti. ad hoc, ſupra de dona. inter ui. & uxo. & ſi neceſſe,
de præben. cum qui, li. 6. aliàs hoc eſſet contra eccle-
ſiam approbare excommunicatorum collegiũ. con-
tra id C. de ſacro. ecc. qui ſub prætextu, de hæreti. excõ
municamus. 1. §. quia uerò, & §. ſeq. imò, ſi moniti nõ
abſtineant, ex hac cauſa excommunicari poſſunt, ſi-
cut alii, infra eo. ſi celebrat. §. fi. quod fieri põt. de hoc
7 de Iudæis, ita quorundam[*Poterit*]hoc †dicit ſecundũ
Hoſtien. quia ſi communicatur ſibi per uim abſolutã
ſibi illatam, in nullo peccat. Si uerò per conditionalẽ,
peccat, quod me. cauſa, ſacris. fortius, ſi eſſet uoluntas
ſimulata, vel etiam turbata, de qua ſupra de ſimo. Mat
thæus[*Canon*]ſup. imponit, uel imponi iubet[*Celebratio*
8 *ni*]diſtinguit † inter hæc duo, ſ. celebrare, & ſe celebra-
tioni ingerere, quod non eſt perfunctoriè trãſeundũ,
ſm Hoſ. cum probetur per hoc non ſolum illum irre
gularẽ, qui celebrat, ſed etiam illum, qui ſe diuinorũ
celebrationi ingerit. de hoc dicam, infra de exceſ. præ
la. c. fi. ubi uide ſuper uer. uiolauit, in prin. & Pe. hoc te
net etiam de audiente in eccleſia. & Boati. ſupra c. pro
xi. dicebat talem irregularẽ, ſed diſpenſabilẽ per epiſ-
copum, uel abbatem, ſi eſt monacus; quod non poſ-
ſent, ſi in ſuo officio celebraſſet. Ab. dicit, ꝙ magiſter
ſuus dicebat ꝯrium. ſ. tales intereſſentes irregulares nõ
eſſe, cum ad excõicationem nil addat, intereſſe cele-
brationi diuinorum, niſi minorẽ excommunicatio-
nẽ per orationem, & locutionem, de ſen. ex. nuper, ſed
ligatus minori celebrans non eſt irregularis, infra c. fi.
& quod hic dicit, ingeſſerit, exponit ut prius, dicens ꝙ
hic eſt potius uerborum inculcatio, q̃ repetitio caſuũ
puto, ꝙ bene ſit diuerſitas caſuum, ſed talis, qualis in
principaliter celebrante, & cõcelebrante; nec puto pę
nam habere locũ in ſimpliciter audiente, Goff. hic di
cit, ꝙ licet excommunicatus non poſsit miſſam can-
tare, uel ſacramenta tractare: poteſt tamen priuatim
officium dicere cum aliis, in choro cantando, quod
ſecundũ eum probat canon dicens, ꝙ non licet in of-
ficio ſuo ut prius agere 11. q. 3. ſi qs epiſcopus[*Infligen-*
9 *dam*]exponit† Hoſti. inflictam declarandam, & execu-
tioni mandandam: ſed ipſam ſibi diximus remitten-
dam, ad quem ſolum ſpectat, de hoc ſupra eo. clerici.
Ego lego literam propriè, & dico, ut dixi in decre. cle-
rici, in fine, quod licet irregularitas contrahatur ip-
ſo facto, & iure: tamen depoſitio non ineſt per uim
ſententiæ canonis: imò eſt infligenda per iudicem, ut
hic, & ca. ſequentibus. ſed qualis fuit iſta gratia, cum ta
men priuauerit illum utroque epiſcopatu habito, &
ambito? ut patet, ſupra de tranſla. cap. pen. dic, quod il
lud non fecit ex pœna irregularitatis, ſed ſolum ex pę
na temerariæ trãſlationis, de qua ibi loquitur. uel dic,
quod hic loquitur de pœna depoſitionis ab ordine,
quam propter irregularitatem pati debebat, ſupra ca.
proxi. & hanc remittit hic; & ſic iſte remanet epiſco-
pus, licet nullius eccleſiæ; quod eſſe poteſt, de tranſla
cap.

cap.2.de eo,qui renunciauit epiſcopa.cap.1.præterea,
& niſi hanc pœnam remiſiſſet,fuiſſet ineligibilis acti-
10 uè.& paſsiuè,ut infra de ſen.excom.Is qui,lib.6.¶†Se
cunda glo.reſpondet per modum obiectionis,& ſolu
tionis. ¶Glo.ſ.quia, ſignat contrarium.& reſpondet.
¶Antepe.glo.alle.unam concor.& ſignat contrariũ.
¶*In glo.ſcilicet quia,ibi.l.2.& 3.*]aliàs.1.in fi.& 2.vide hãc
& ſe.in decre.t.alleg.ſuper fiu.1.glo.[*& ibi,ſi fundum*] Si
ante emptionem nunciaui emptori ſundum meum,
eſſe,nõ uendentis,ſi emit,ut malæfidei emptor,re per
12 me euicta, tenetur ad fructus perceptos. ¶†*In glo.3.in
fi.*]& infra de conſuetudi.c.ult.& de elect.c.1.& c.cu-
pientes.§.ꝙ ſi.lib.6.¶*In glo.in hoc,ibi,poteſt*]imò debet,
ut no.ipſe lo.cuius fuit hæc gl.in præ.c.preſbyterum.
an vero id poſsit intra eccleſiam,uel debeat dicere ex
tra,remittit Hoſti.ad ſum.eo.ti.§.1.¶*In glo.ſcilicet quia in
fi.*]ubi de hoc in 1.gloſſ.& 11.q.3.ſi quis laicus,ubi de
hoc,& uide quod dicam,infra de ſen.ex.inquiſitioni,
in princi.¶*In glo.ſub ſpe,in fi.*] ibi ſoluitur.

SVMMARIVM.

1 *Excommunicatus celebrans à beneficio deponitur.*
Poteſtati iudicis quod committitur,ſubycitur aliquando neceſſitati,ut hic.
2 *Additio gloſſarum.*
Capituli conſilium requiritur in priuatione beneficij.

CAPVT VI.

1 FRaternitati. Caſus.†Excommunicatus celebrãs à beneficio deponitur[*Poteris*] & debebis,ſi accuſentur,& conuincantur: aliàs locum ha
bet.ff.de iudiciis,non quicquid.ad hoc quod no.de ui
ta & ho.cle.quoniam 1.reſpon.ſecundum Hoſti.[*Spo-
liare*]i.priuare,concor.dedi de hoc,de reſtitu.ſpo.con-
2 querente.¶†*In glo.1.ibi,deponere*]ſed forte hoc omiſit,
quia numerus epiſcoporum,qui debet in illa interue
nire,non de facili poteſt haberi, de hæreti.c.1.li.6.qui
non requiritur in priuatione beneficii, licet requira-
tur conſilium capituli,de exceſ.præla.c.t.ubi de hoc,
& ideò hanc pœnam ut faciliorem expreſsit.ſicut in-
fra cap.proxi.in fi.ſecundum Hoſtien.

SVMMARIVM.

1 *Collatio beneficij excommunicato facta non ualet, & num.2.*
Ei conferens quomodo puniatur,& quo caſu, num.2.
In interdicto loco celebrans qua afficiatur pœna,& quis, & nu.4.
Cum excommunicato contrahi non poteſt, & ab eo acquiſita retineri nequeunt,niſi diſpenſetur, & à quo,num.3.& 6.
4 *Officia qualia competat dicere monialibus.*
5 *Epilogus,& additio gloſſarum.*
Electio excommunicati an teneat,num.6.in fin.

CAPVT VII.

1 POſtulaſtis Caſus.†Collatio beneficii excommunicato facta non ualet,& ſcienter conferens à beneficiorum collatione ſuſpenditur. cele-
brans in loco interdicto,ſi clericus eſt,à beneficio de
ponitur: ſi monacus,uel monialis,in arctiori mona-
ſterio detruditur.& ſecunda ibi,Quæſiuiſti.Et ſubdiui
ſio pateat[*Non debeat*]etiam obtentu priuilegii,niſi in
caſibus expreſsis à iure;quod dic,ut infra de ſent.exc.
nulli,& c.cum deſideres[*Conferri*]cum id ſine commu
2 nione fieri non poſsit,& argue†cum excommunica-
to non poſſe contrahi,nec ipſum licitè tenere poſſe
ex contractu quæſita.de hoc dixi,de dolo,& contu.
a ueritatis[a][*Canonicè*]no.pro regula prima de reg.iur.li.
6.[*ſcienter*]ſi ignoranter,licet non teneat collatio,con
ferens tamen pœnam euadit:quia probabilis ignorã
tia debet eſſe excuſata,infra c.2.[*Suſpendendi*]in prouin
3 ciali concilio,ſupra de præben.graue.&†diſpenſatio,
de qua ſequitur,fiet per Papam,uel proprium patriar
cham,ut ibi ſecundum Hoſti.non credo locum hic eſ
ſe illi decre.cuius pœna locum habet poſt biuam mo
nitionem.Tene ergo,ꝙ dicit.G.[*in locis*]dic hodie,ut
4 de ſen.ex.c.ult.lib.6.[*Diuina† officia*]qualia officia com
petat dicere monialibus,dixi,de cele.miſſ.ca.t.ſuper
uerſi.compleantur[*Innodati*]quia moniti non deſiſte-
bant,ſupra c.2.ſed,ut dicit Inno.idem,ſi non fuiſſent
excommunicati,ex quo celebrant in loco interdicto
[*Spoliandi*]repete,quod dixi,ſupra c.proxi.in tex.& gl.
5 ¶†Glo.3.reſpon.per quæſtionem,quis diſpenſet.ſol-
uit,& remittit.¶*In glo.pe.in fi.*]cuius uerba habes,infra
6 de no.oper.nun.capi.2.¶†*In gl.3.ibi,epiſcopis*]idem Io.
Goffr.Inno.hic,& ſupra,de temp.or.dilectus,& Guil.
in ſpe.de le §.nunc de epiſcoporum,uer.16.Io de De.
contra,quod fatetur Vinc.in eo,qui propter contem
ptum apo.ſe.excommunicatus eſſet.& ſic intelligitur
de æta.& qua.cum bonæ,Hoſtien.hic diſtinguit,an ſit
talis excommunicatio,à qua abſoluere poſsit epiſco
pus;& tunc per eum poterit diſpenſari.an talis,à qua
ſolus Papa abſoluat;& tunc ipſe ſolus diſpenſabit,ar-
gu.de offi.ord.paſtoralis §.præterea,infra de ſen.exc.
à nobis 2.& cap.cum illorum.ſed compo.in dec.ꝙ ſi-
cut,de elec.vt ibi ſcripſi in ult.glo.poſt omnes apoſtil
las ante medi.tenet,quòd excommunicatus electus
cedere non tenetur,quod hæc dec.non patitur;& ui-
de quod dicam,de ſen.ex.ſi uerè,in glo.hic patet,cir-
ca fi.uerſ.executionem.¶*In glo.propterquòd,ibi,irregula-
res*]quod dic,ut infra de ſen.ex.is qui,li.6.in fi.

ANNOTATIONES.

a ¶Veritatis. Facit,quod no.de Iudæis,cum ſit.& idem no.Io.And.
eo.ti.ad liberandam,ſuper 3.glo.

SVMMARIVM.

1 *Conferri beneficium poteſt excommunicato poſt abſolutionem.*
Ciuitatem ſuam dicere,modus loquendi ciuibus Italiæ.
Legatus de latere ordinare poteſt in eccleſia canonicos.
2 *Preces an ſimoniam inducant.*
Canonici decem,uel duodecim ſimul in quibus eccleſiis ſiant.
Doctorum Bononienſium mos.
Collationis ius non deuoluitur ex lapſu temporis certo numero non exiſtente canonicorum,in ſi.
3 *Numerum eorum eſſe unde innuatur.*
Petitio iuſta exaudienda.
Deliberatoria datur,etiam ubi non offertur libellus,& ratio.
4 *Excommunicationis ſententia generalis licet omnes liget: tamen ſi quis ex incluſis lateat,non imputatur communio,niſi in caſu,nudo uerbo ligat,& ſoluit,num.6.*
5 *Fautor quo caſu ligetur eadem ſententia excommunicationis.*
Aduocatus ſi quem defendat excommunicatum,non ligatur excommunicatione,excipitur caſus.
6 *Excommunicati qui uitandi noon ſint,& num.4.excommunicatum eſſe quem an ſufficiat probare,niſi probetur etiam tempore electionis,uel collationis excommunicatus num.8.9.& 10.*
Probare ſe aſtringenti,quod aliàs non tenebatur,imputandum,ſi non probarit,in ſi.
7 *Epilogus,& additio gloſſarum,num.8.*
9 *Hæres qui ſemel fuit,adhuc hæres eſſe præſumitur.*
10 *Negligentia cuique propria generaliter imputatur,in fin.*

CAPVT V.III.

1 PRopoſuit. C.†Excommunicato poſt abſolutionem beneficium conferri poteſt.Et prima pars factum narrat,& probationes partium 2.diſtinguit

ſtinguit ibi, Quia uerò [*Illis*] Gallicanis, ſcilicet [*Eorum*]
eſt modus loquendi ciuium Italiæ, qui dicunt ciuita
tē ſuam. Erat enim eorum matrix. & caput, non eorū
quò ad prælationem, uel aliquē titulum [*Ordinaret*] qđ
poterat: quia erat legatus de latere, de offi. le. ca. 1. li. 6.
[*Preces*] de his, an ſimoniam inducant, not. de ætat. &
2 qua. 1uã [*Illos*] clericos, & magiſtrū Pe. [*Vltima*] qua for
re numerū ſtatuerãt, & antiquū reſtrinxerant, ſic. ſ. de
conſti. c. pe. uel ſi non erat certus numerus, erit tamē
uerisſimile, ꝙ tot nunc poſſent ſubſtētari, quot ſubſtē
tabãtur tempore ordinationis vltimæ forte factæ ſm
cōſue. Vien. & Lugdunen. eccleſiarum, vbi ſimul fa-
ciunt 10. uel 12. canonicos poſtea forte per 10. annos
ſtant, quod nullū recipiunt; & tunc iterū ordinationē
faciunt generalem. ſic ēt facere conſueuerunt docto-
res iuris ciuilis Bono. unde 5. vel 4. mortuis, & ſi ad ſu-
periorē non deuoluatur ius conferendi, de con. præ.
ex parte, tamē æquū erat in locū illorum alios ſubro-
gare, de inſti. c. 1. de ui. & ho. cleri. qm̄. ſm Hoſt. [*Vacaſ-*
3 *ſent*] per † hoc innuit ibi fuiſſe numerū, de conceſ. præ-
ben. ex parte. & facit ad ea, quæ dixi. ſ. de præben. c. pe.
ad idem cle. eo. tit. ſi de beneficio [*Et conceſſus*] no. iuſtã
petitionem exaudiendã, de ſimo. ex diligenti. item ꝙ
datur deliberatoria, ēt ubi non offertur libellus: nam
nec reſponſio eſt præcipitanda 6. q. 1. quæro, ſm Ho-
ſti. [*Prebenda*] i. præbēdis, uel quemlibet ſingulariter de
una præbenda, ne ſit contra, de præben. maioribus, &
c. tuę [*Inueſtiuit*] de quo dic, ut ſupra de his, quę fi. à ma.
par. c. ex ore [*& infra*] hic intellige, ꝙ capitulū oppone
bat illi magiſtro Petr. excommunicationem, & ſuper
hoc dati ſunt iudices, qui teſtes utriuſq; partis recepe-
runt, & remiſſionem fecerunt ſm Abb. & Hoſti. [*Pœ-
nitentiarius*] procurator capituli [*Iudicij*] contenti ſub de
ciſa, ut dixi (*Intelleximus*) ſup. eſſe probatum (*Inueſtitus*)
per hoc uolens probare, ꝙ inueſtiturę tempore excō
4 municatus erat (*Nominatim*) licet † generalis ſententia
omnes liget: tamē, ſiquis ex incluſis lateat, non impu-
taſ cōmunio, niſi conuincatur, uel publicetur, de of-
fi. or. ſi ſacerdos, de ſen. ex. cum non ab homine, & ca.
à nobis. forſan ēt iſte magiſter Pe. erat de caſtro (*Fauto
5 rem*) ſi in † crimine, ligabatur eadē ſententia, de ſent. ex.
nuper. hoc uerum extra iudicium. Sed quid ſi iudicio
ſit aliquis pro talibus aduocatus? Dicit Hoſti. ſi exe-
quitur officium ſuum, ut debet, uel defendēdo ipſos,
oſtendendo, ꝙ iniuſtè ſunt ligati, ſicut uerū eſt, uel fal
ſum uerū putat, non ligatur, cum excōicato ſeruetur
legitima defenſio. ſ. de excep. cum inter. & iuſtum eſt
officiū aduocati, & ad defenſionē conceditſ. ff. de po-
ſtu. l. 1. §. ait prætor. ſ. ut lit. non cōt. c. 1. poteſt ergo ad-
uocatus in ſpectãtibus ad officiū ſuum, & ſine quibus
non pōt expediri, dūmodo aliàs non excedat, excōi-
catis, quorū aduocatus eſt, cōicare, ar. ſ. de iud. intelle
ximus 11. q. 3. non licet, de ſen. ex. cum uoluntate, & c.
inter alia. eſt ſi. quod dixi, de præb. pro illorū, ſuper gl.
2. in fi. Si uerò contra iuſticiã, & contra conſcientiam
fouet illū in crimine dãnato, nulli dubiū eſt, quin ea-
dem ſententia inuoluatur. plus dicit Hoſt. per l. C. de
iudi. rē non nouam §. patroni, ꝙ ſi ab initio credebat
aduocatus, ꝙ iuſtã cauſam haberet excōmunicatus,
& poſtea reperit contrarium in proceſſu, tenetur illū
dimittere, & conſcientiam ſequi, de ſimo. per tuas 2.
etiam ſi ſit canonica, ut ibi; ad id de præſcriptio. capitu
lo fina. & tunc maxime ſe retrahere debet, cū tale pa-
trociniū in alterius uertitur læſionem. quo caſu etiã
ad reſtitutionem tenetur, argu. infra de re iudi. cap. 1.
lib. 6. de homi. ſicut dignum, §. illi, & cap. fi. de iniur. c.
fina. Ex præſcriptis collige, ꝙ malè faciunt aduocati,
qui cōtra proceſſus executorum factorum ſuper cer-
tis beneficiis, uel præbendis fulminantes pœnam con
tra impedientes, & dantes ad id conſilium, uel fauorē
patrocinãtur contra iuſticiam, & contra conſcientiã
illis, qui impediunt illos, pro quibus facti ſunt proceſ
ſus [*Eos tamen*] ſcilicet clericos, & Burgē. Caſtrilen. ¶ Et
6 nota, † ꝙ ſicut ligat ſententia generalis nudo uerbo,
ſic etiam ſoluit nudo uerbo; quod dicit Hoſtien. ue-
rum quò ad illos, qui latent, qui nec uitandi ſunt, niſi
nominentur, ut ſupra dixi, quò ad denunciatos, & no
minatos putat formam neceſſariam, & de hoc, infra
de ſen. ex. cum deſideres [*Inueſtitus*] & ſic nō apparet il-
lum excommunicatum tempore inueſtituræ [*Poſtea*]
ideſt poſt abſolutionem, ſed ante inueſtituram [*Obtule
rat*] imputet ergo ſibi, qui ad id ſe aſtrinxit, de proba. li
cet. Sed in hoc caſu non eſt uis, ex quo de abſolutio-
ne conſtabat [*Factum eſt*] & ſic adiudicatur ei præben-
7 da, de qua per legatum fuerat inueſtitus. ¶ † Glo. 1. no.
tempus inueſtituræ &c. inducit duo ſimilia. ¶ Glo. 2.
not. à contrario, & dat conſilium. ¶ Glo. 3. reſpondet
per quæſtio. an communio probet abſolutionem. ſol
8 uit, alle. contrarium. ¶ † *In glo. 1. ibi, utrum*] tunc ergo nō
ſufficit probare quem fuiſſe excommunicatum, niſi
probetur eum tempore collationis, uel electionis ex-
communicatum: ſed ideò hoc fuit hic: quia ſic datus,
fuit articulus, & ſe aſtrinxit ad probãdum. ſuper hoc
autem non depoſuerunt teſtes, ſed ſuper eo tantum,
quod fuerat excommunicatus, & ideo non ualuerūt
depoſitiones tanquam non iuratorū, ſupra de teſti. c.
de teſtibus, ſecundum Inno. dicit Hoſti. ꝙ melior eſt
ratio, quod licet deponant iurati, non probãt totum
articulum, ſed partem. cum enim duo uellent proba-
re excommunicationem & tempus, depoſuerunt de
primo, non de ſecundo. poſt illud dictum dicebat In-
no. melius eſſe dicere, ꝙ hic excommunicatio nō fuit
probata, cum non fuerit probatum iſtum fautorem,
vel nominatim excommunicatum: nec confeſſio ſua
ſibi nocuit: quia nec hoc confeſſus fuit. & dicit ſatis eſ
ſe excipienti de excommunicatione probare aduerſa
rium aliquãdo fuiſſe excommunicatum, niſi probet
ille ſe abſolutum. & hoc uerum in ſententia pura, uel
de qua conſtat, ꝙ ligauit. hoc dicit, quia ſi quis probet
excommunicationem latam in aduerſarium, niſi in-
tra certum tempus ſolueret. 10. lib. uel ſub alia condi-
tione, non ſufficit probare ſententiam, niſi etiam pro
bet, ꝙ non ſoluerit, uel quod euenerit conditio. & ſit
ratio: quia primo caſu conſtat illum excommunica-
tum fuiſſe per ſententiam purè latam. Sed in ſecundo
non conſtat illum ligatum, niſi probetur ſententia, &
conditio. & de hoc, ſupra de accuſa. ſuper his, ſecundū
a Inno. in glo. ad excipiendum, ° uer. quid ſi [*& ibi. §. ſex
ta*] uerum dicit hæc glo. licet quidam eam habeãt pro
cancellata, communiter. G. in additionibus tenuit cō
9 trarium per decre. pia. ¶ *In glo. 2. ibi, adhuc*] ſicut † ſufficit
probare quem ſemel fuiſſe hæredem, ut adhuc habea
tur pro hærede. ff. de mino. ait prætor, aliàs, & ſi ſine §.
reſtitutus, & §. ſequē. in fi. idem in dominio. C. de pro-
ba. ſiue [*& ibi, abſolutionis*] ſupra de ſimo. ex diligenti. in
fin. & facit quod no. de offic. dele. cum in iure, & eſt ex
preſſum, infra de ſent. ex. ſicut. ¶ *In glo. ulti. ibi, in præſen-
tia*] de hoc, eo. tit. ſi aliquando. Et expeditur per clem.
10 eo. ti. ſi ſummus pontifex [*& infi.*] dixit † Inno. quoſdã,
dicere, quod ex quo quis communiter habetur pro
abſoluto maxime ab excommunicatore, ſine aliqua
probatione hoc ſufficit, & licitè cum tali communi-
cetur, licet conſtet illum fuiſſe aliquando excommu
nicatum, niſi probetur adhuc excommunicatus eſſe.
Dicit Hoſt. quod non occurrit ſibi aliqua ſpecies pro
bandi excommunicationem continuam. ſufficiat er-
go probare illum excommunicatum fuiſſe, vt in ſupe
rioribus dictum eſt. uerum quia homines negligētes
ſunt in literis abſolutionis petendis, & quia etiam ha-
bitę quandoq; facilè perduntur, de æquitate dici poſ-
ſet

d ſet illa opinio[d] vera in facto antiquo.In recenti vero
locum habeat contraria. ad hoc infra de conceſſio.
præbendæ.quia cun.ctis.§.j.in fi.& quod dixi,ſ.de præ
ſum.illud.ad ſi vel dicam illam opi. & ſui rationem
veram quo ad hoc, vt excuſet participantes.ad hoc.
ff.de offi.præ.Barbarius.ff.ad Mace.l.iij.rñ.ipſum tñ
excommunicatum non excuſabit, ſi aliquid petat,
vel lucrari intendat.immo omnino ſibi obſtabit ex
ceptio,niſi aliud probet , licet ſit factum antiquum.
& imputet ſibi,ſi literas vel inſtrumentum abſolutio
nis no habuit,vel habuit,ſed illas amiſit.faciat,quod
alle.j.glo.nam generaliter cuique imputatur propria
negligentia.de homici.c.fi.de commo.c.vno.& dicit
Hoſti.quod hoc vltimum rigidius & iuſtius, tamen
proximu benignius & æquius.& ideo bonus iudex
poſſet illud in arbitratu ſuo præferre.ad hoc de tran
ſact.c.fi.& dicit addendam,quod no.j.de eo, qui fur.
ordi.recepe.c.fina.

ADDITIONES.

a ¶Exaudiendam.Vide & illud iuſta petentibus non eſt denegãdus
aſſenſus.l.nullum.C.de edeu.& ibi no.

b ¶Si iuſtum eſt.Immo cauſa petendi aduocatum licitum eſt pete-
re dilationem,& ſi aduocatus ſe abſentat donec redierit.l.at præ
tor.& ibi.ff ex qui.cau.ma.Ang.Alb.

c ¶Non ſufficit.Ad iſta facit quod no.Bar.& ibi omnes.in l. non ſo
lum.§ ſed vt probari ff.de ope.no.nun.

d ¶Poſſet illa opinio.Adde in hoc caſu Abba. in cap. ſupra de eo,
qui fur. ord ſuſce.

SVMMARIVM.

1 *Irregularis non eſt celebrando , qui probabiliter ignorat ſe ſu-
ſpenſum.*
2 *Scientiã qui allegat,illam probat.*
3 *Ignorantia,error & titubatio differunt.*
4 *Poſſeſſio poteſt ignoranti acquiri.*
5 *Ignorantiæ probabilis effectus duo.*
6 *Obligatio non diſſoluitur per pactum de non petendo.*
7 *Soluens ignoranti quando liberatur.*
8 *Poſſidere quando quis deſinit.*
9 *Ignorans quando non incurrit pœnam.*
10 *Occultus omnino & non occultus omnino differunt.*
11 *Errare probabiliter vt quis dicatur, quod requiratur.*

CAP. IX.

APoſtolicæ. Caſus. † Qui probabi
liter ignorat ſe ſuſpen
ſum celebrando,irregularis non eſt.[*Su-
ſpenſionis*]ab officio.Innocen.[*Ignari*] vt
2 dicitur, & † qui ſcientiam allegat illam probet. ff. de
proba.verius.Nec ob.de ele.innotuit. dic enim vt ibi
Hoſtien.& j.de reg.iu.præſumitur.lib.vi.& dic ignari
ignorantia facti ſecundum Innocen.[*Supine*]dicit
3 hic Vin.& Goſ.q̃ † differũt[a] ignorantia,error & titu
a batio. Quia ignorantia eſt neſcire, quod ſciri debet.
37.di.§.vlti.Errare eſt aliud pro alio putare.38.diſtin.
quamuis.& q̃ hic fuit diuerſa,patet ex eo,quod dicit
4 lex: ſi † poſſeſſio poteſt ignoranti acquiri, ergo & errã
ti.ff.de acquiren.poſ.ſi me.Titubari eſt, cum quis in
ter duo eſt, & neſcit ad quid declinet. & vide in
hoc ſimile,quod dixi,de teſti.cog. præterea. [*Indulge-
mus*]hoc fecit Papa, ne impediretur ordinatio Prag.
eccleſiæ propter quam venerat,vt in decre.apoſtoli-
5 cæ.quæ pars eſt huius,vt dicit.j.gl.¶Secunda gl.† præ
mittit duos effectus probabilis ignorantiæ, & remit.
ſecundo tractat, an abſens & ignorans excommuni
cari poſſit, & ſuſpendi. & quid de his quæ interim
agit ,alleg. pro & contra.ſoluit, demum format tres
quæſtiones, & illas ſoluit & tertiam diſtinguendo.
6 ¶In gl.ij.ibi[*§.præterea*]ſi † creditor debitori fecit pa-
ctum.q̃ ab illo non petet, obligatio per hoc nõ diſ
ſoluitur, ſed non contra creditorem agentem ſe de
fendet per exceptionem pacti conuenti.Et ibi [*igna-
ra*] loquitur de ſeruo abſente præpoſito calendario
qui teſtamẽto domini manumiſſus & hæres ex par-
te inſtitutus hoc ignorans pecunias domini exegit,
7 aut credidit,† ſoluẽs enim liberatur,ut creditis diſtin
guitur.& ibi[*ſi mandaſſet*]ſi mandaui per te fundum
emi,poſtea ſcripſi ne emeres, & tu antequam ſcires
b vetitum emiſti, teneor mandati.[b] & ibi[*per literas*]
an ſtatim velit eum eſſe liberum,an cum literas rece
8 pit.hęc.l.qui abſenti.cum.l.ſeq dicit,quod † poſſidere
deſinit,qui ea mente poſſeſſionem tradit, vt ſibi po
ſtea reſtituatur.& ibi[*l.vlti.*] loquitur de conſtitutio-
9 ne municipij † cuius pœnam non incurrit ignorãs.
¶In gloſſa.ij.ibi[*apoſtolus*] j.ad Thymo.i.c.& ibi[*c.j.*]
quod etiam facit contra.dic vt in vltima gloſſa.& ibi
[*de manifeſta*]vbi etiam no. an abſens poſſit abſolui.
10 & ibi[*vel ſuſpenſum*]dicit Hoſtië.diſtinguit † inter om-
nino occultum , & inter omnino non occultum.
omnino occultus,qui nec conuinci poteſt , nec re-
mordet illum conſcientia,nec alia , quia de ſenten-
tia nil eſt auditum , excuſatus eſt in iudicio & extra
quantum ad illa,quę de ipſo fiunt,vel quæ ipſe facit
per prima iura. idem ſi poſſit conuinci. tamen non
eſt publice lata ſententia, nec ipſe denunciatus , niſi
talis ſit actus,quod nullo modo cadat in excommu
nicatum,vel ſuſpenſum.ſicut eligere,eligi,ſacramen
ta conferre,vel recipere.vel ſpiritualia tractare. j. c.j.
quandoque tamen conceduntur extraiudicialia &
iudicialia denegantur,de ſententia excommu.ſolet.
libro.vj.ſi non eſt omnino occultus,quia poteſt con
uinci,tamen non eſt lata ſententia, vel publice nun
ciatus , tunc poteſt allegari probabilis ignorantia , ſi
tamen ipſe hoc ſcit, reus eſt quo ad Deum , vt patet
in eo, quod legitur & no. de cohabitatione clerico.
c.ſi.de ſenten.excomm.a nobis.ij.& ibi[*poſt mortem*]
dummodo ſigna contritionis apparuerint in illo de
peccato , pro quo fuit excommunicatus , nec aliter
debuit excommunicari,xi.q.iii.nemo.& ibi[*quod ſic*]
j.de ſenten.excommu.cum non ab homine. & dic
vt ibi.& ibi[*§.j.*]ad hoc j.de conceſ.præben.c.j. §. ex
parte.lib.vj.& ibi,l.vlti.de conſtitutio.c.ij.lib.vj. & ibi
[*executionem*] quo ad illos , quos reddit probabilis
ignorantia excuſatos , ſed quantum in ſe eſt , bene
quando eſt pura.ſ.ne poſſit appellari , & ſic loquitur
contrarium.& in fi.de hoc ij.q.v. quãto.dicebat Phi.
11 q̃ † vt probabiliter quis dicatur errare , non requirit,
c q̃ nimis ſit diligens[c] & curioſus in inquirendo,ſed q̃
in inquirendo non ſit nimis diſſolutus & negligens,
ff.de iu.& fac.igno.l.nec ſupina.

ADDITIONES.

a ¶Quod differunt.Bonam gl.vide in rubrica.ff.de iu.& fac.igno.&
ibi no.& ſimilem in l.de ſtatu.ff.de teſta. & Bar. in l. admonendi.
in iiii.col.ff.de iureiu.

b ¶Tenetor mandati.Hoc fallit in procuratore conſtituto ad matri-
monium,qui ignoranter reuocaretur.c.fi.de procu.in vj.

c ¶Quod nimis ſit diligens.De errore,de caſu,ignorantia & culpis
vide Io.de Blanoſco.inſti. de act.in ij.carta.in rubrica de culpis
de qua facit mentionẽ Bar.in l.quod Nerua.ff.depo.facit,quod di
cit Abba.in q.j.in primo no.ſupra ti.ij. vbi aſſertio bonorum virorũ
facit probabile dubium.

SVMMARIVM.

1 *Excommunicatio minor contrahitur ex participio excommu-
nicati in crimine.*
2 *Mitius agitur cum lege,quam cum homine.*
Irregularitatem incurrunt celebrando a iure ſuſpenſi.
3 *Excommunicatum maiori a iudice,vel canone irregularem ſi
celebrat.*
4 *Simoniaci & notorij fornicatores an ſuſpenſi ſint ab officio.*

Suſpenſi

Suſpenſi quo ad Deum tamen propter peccatum non fiunt irregulares celebrando
Irregularem iudicare non debemus, niſi vbi ius id exprimit.
Separatio a ſacramentis quomodo inducatur.
Peccata venialia dicuntur leuia.
Irregularitatem minorem quem incurrere propter peccatum.
Communicare excommunicato eſt mortale.
Veritati ſunt contraria indignitas, peccatum, mendacium & transgreſſio.
5 *Irrita quæ nuncianda.*
Sponſum qui habet amicus eſt ſponſi.
6 *Excommunicatus minori an poßit celebrare pro defunctis.*
Gl. ſuffragium additio.
Excommunicatus minori & maiori celebrando æqualiter non peccat.
10 *Eligi qui non poßit ad dignitatem, vel ſimplicem clericatum.*

CAP. X.

SI celebrat. Gregoriana eſt, & ſe ſummat, habens. v. dicta. ſecundum ibi, nec eligere. iij. ibi, vel ea. iiij. ibi, ſi tamen, cuius dicti rationem ſubmittit ibi, pro eo. v. ibi, peccat. cuius dicti ſubmittit rationem ibi, cum non, & determinationem ibi,
2 dummodo. [*Minori*] quę †contrahitur ex participio excommunicati, non in crimine, de ſen. ex. nuper. Goſ. Vin. nec in diuinis ſecundum Phi. per dec. ſignificauit, de ſen. ex. dic, vt ibi dicam. [*Legatus*] idem videtur de notorio ſornicatore, & ſimoniaco, & omnib. aliis a iure ſuſpenſis, cum iſti communicantes excōmunicato ſint a iure ſuſpēſi. xi. q. iii. cum excommunicato. & c. ſequen. & vbi eadem ratio, ſit idem ius. ſ. de conſangui. tua. Secus in ſuſpenſis ab homine. illi enim celebrando ſunt irregulares. xi. q. iii. ſi quis presbyter, & c. ſeq. ſecundum Inn. al. Ho. ſ. c. ij. & c. latores. & c. poſtulaſtis. & poteſt eſſe ratio huius diuerſitatis, quia plus contemnere videtur, qui facit contra legē animatam, quam qui facit contra inanimatam. veniendo enim cōtra iudicis præceptum, legem & iuuicem offendit. contra præceptum legis, legem ſolā.
2 & †ex hoc dicitur mitius agi cum l. & c. ff. de arb. l. Cellus. ff. de compē. ſi cum milui, & quod viua vox &c. in Auchen. de inſtrumen. cau. §. ſi vero tale. colla. vj. & de conſuli. in fine. col. iij. Alij dicunt communicantes excommunicatis promotos per ſaltum, de quibus. j. ti. ij. & his ſimiles non eſſe ſuſpenſos a iure, ſed ſuſpendendos, & quod principaliter a Deo prohibentur vti ſuo officio, & ab eo tantum ſunt ſuſpenſi, & quo ad ſe propter peccatum, & non a canone, niſi per approbationem, quod patet, quia quando pœnitere volunt, abſoluuntur a ſacerdote proprio tamen & poſſunt poſtea celebra. j̄ de ſen. excommu. nuper. quod placet Innoc. & Hoſtien. quia ſi a iure ſuſpenſi eſſent, irregularitatem incurrerent celebrando. j̄. de re iudi. c. j. lib. vj. & vide quod ibi dicam ſuper ver. inuoluet. & de ſenten. excommuni. ca. j. lib. vj. remittit etiam Inno. ad no. de co. cle. ſicut. & breuiter dicen-
3 dum videtur, omnem † excommunicatum maiori a iudice, vel canone irregularem, ſi celebrat. In ſuſpenſis ad tempus dicunt quidam eos irregulares non fieri, ſi celebraut. Alij contra, quod videtur verius ſecundum Inno. arg. ij. q. v. presbyter. de reſcrip. dilectus. j̄. de excep. apoſtolicæ. & hoc intelligas in ſuſpēſis propter crimen aliquod, ſecus, ſi propter defectum, vel infamiam, vt dicam infra. item de ſuſpenſis ab officio a iudice, vel canone quo ad ſe, & alios, ſecus de ſuſpenſis a beneficio. ſ. de elect. cum in cunctis. §. clerici, de conceſ. præbend. quia diuerſitatem. vide quod dixi, de cleri. peregrin. c. j. in gloſſa.

4 [*Probatione*] cum †igitur ſimoniaci, & notorii fornicatores ſuſpenſi ſint ab officio, etiam quo ad alios, & propter crimen, licet a canone. xxxii. diſt. in. §. verum, reſtat ſecundum Hoſtien. quod ſi celebrant, incurrunt irregularitatem, & etiam poſt pęnitētiam non debent celebrare, donec cum illis per ſe. apo. diſpenſetur. ſupra de bigamis. c. quia circa, & de hoc ſupra, de ſimo. tanta. Alii dicunt contra, ſecundum Innocen. quod ſcilicet fornicator notorius principaliter ſuſpenſus eſt a Deo, licet per canones aliquid ſit additum in odium criminis quo ad ipſorum euitationem. ſupra de cohabi. cleric. veſtra, cum ſimilibus. & dicunt, quod quamcito pœnitet, eſt audiendum ipſius officium, nec ob. de cleri. coniu. ſane, quod intelligit de occulto, vel vt ibi dixi. Suſpenſi vero quo ad Deum tantum propter peccatum, & ſi peccent celebrando, non fiunt irregulares, niſi ſecundum Hoſt. in his caſibus, quibus executio poſt pœnitentiam impeditur, qui nota. de renunc. niſi. §. propter conſcientiam. illi vero, quos canon ſuſpendit non propter crimen, ſed propter defectum, vt illegitimi, & corpore vitiati, non incurrunt irregularitatem celebrando, quod patet per ſtilum curiæ, quia quando ſuper defectu diſpenſat cum talibus, de irregularitate mentionem non facit. lvi. diſt. apoſtolica, & c. Cęnomacenſem. ſupra de fili. presby. veniens. & ca. peruenit, & quaſi per totum. Idem in ſuſpenſis a canone propter infamiam, ſicut hi, quorum crimina ſunt notoria, qui propter ſcandalum, & per infamiam etiam poſt pęnitētiam prohibentur celebrare, de cōhabita. cle. c. fin. ſecundum Innoc. & melius ſecundum Hoſt. facit de homic. ex literis. iſti enim non incurrunt irregularitatē, ſicut nec ſuſpenſi a confeſſoribus, de qua ſuſpenſione. xxvi. q. v. & vi. per totum. non enim debemus quem iudicare irregularem, niſi vbi ius exprimit ſecundum Innocen. & Hoſtien. & eſt expreſſum. j̄. de ſen. ex. is qui. in fi. li. vj. hanc autem gl. & ipſius materiam vide in Spe. de leg. in trac. diſpenſationis. §. iuxta propoſitiones. ver. item no. ꝙ ſuſpenſus, cum ſequentibus. [*Grauiter.*] i. enormiter. ſecundū Goffre. ſecundum quem nedum excommunicatio, ſed etiam ea quæ ſunt digna excommunicatione, ſeparant a ſacramentis, de conſ. diſt. ii. ſi non ſunt, ſed communicare excommunicato dignum eſt excōmunicatione. ſ. eo. c. ii. Idem Abb. ea ratione, quia venialia dicuntur leuia. xxv. di. §. criminis. rationē Goſ. reprobat hic Pe. quia non verum, ꝙ propter cōionē excommunicetur maiori, ſed propter contumaciā, quia ſcilicet monitus non deſiſtit [*nullius*] ratio patet j̄. de ſen. ex. is qui. in fi. j. rñ. li. vj. & eſt hoc ꝯ Pe. qui dicebat eum minorem irregularitatem incurrere propter peccatum. fatetur tamen, quod illa irregularitas per pęnitētiam aboletur. [*Notam*] idē verbū. ſ. de ſortil. c. fin. [*Irregularitatis*] de iſtius verbi diffinitione remiſi ad Spe. ſ. c. ii. [*Incurrit.*] ſ. de homici. petitio. not. [*nec eligere*] per hoc infert Innocen. & Hoſtien. quod non ſint ſuſpenſi a iure, vt eſſent contraria, q̄ ſignat G. de hoc dixi. ſ. [*Iuriſdictionis*] vnde etiā abſoluit aliū excommunicatum minori. j̄. de ſen. excō duobus, licet quidam contra. Vincen. [*ibi competunt*] not. ſecūdum eos qui dicunt communicare excommunicato eſſe mortale, ꝙ conſtitutos in mortali retinet, & exercet ea, quæ ſunt iuriſdictionis. de hoc. iii. q. vii. per totū, maxime in §. ex his, ſin Abb. Quęrebat aūt Vinc. hoc quare criminoſus toleratus non repellitur a iudicio, ſed repellitur a teſtimonio, & dicebat, quod eſt ratio, quia indignitas, peccatum, mendacium, & transgreſſio ſunt contraria veritati. nec præſumitur verum dicere, qui peccat in Deum. ſecunda quęſtione ſeptima. non poteſt, vel verius, quia

maius

maius periculum eſt iu teſte, cuius grauamen non re-
leuatur per appellatione, ſicut grauamen iudicis. ff.
apud eum, a quo appella. l. prima, remiſſiones de hoc
dedi, ſupra de teſtibus. teſtimonium. [*Irritanda.*] immo
5 †irrita nuncianda. ex quo perſona indigna ſecundum
Hoſtien. dicit Innocen. quod quidam dicunt irritan-
dam, niſi pœnituerit, ſaltem tempore, quo petitur
caſſatio, vel melius ante electionem, quia ſi poſt, præ-
ſumitur pœnitentia ficta, ſupra de electionibus, du-
dum, ſecundo, ſibi placet, quod licet pœnituerit, non
poſſit eligi, niſi prius abſoluatur. j. de ſenten. excom. nu
per, propter ſententiam iuris, quia priuatus eſt commu
nione. abſolutio vero fit ſine iuramento, vt in præce.
dec. nuper. & ſufficit ſecundum Pet. quòd ſacerdos cu-
ratus illius intra, vel extra eccleſiam dicat, Ego te abſol
uo, vel reſtituo te ad ſacramentorum perceptionem,
vel do tibi licentiam, vt poſſis audire diuina, & percipe-
re ſacramenta, vel communicare ſacramentis, ſecun-
dum Pet. in criminoſis no. ſecundum Innocen. qui nō
a iure poſitiuo, ſed a Deo priuati ſunt ſacramentis, lo-
cum habeat, quòd acta pœnitentia poſſint eligi ſine
alia abſolutione. & idem ſecundum quoſdam pœni-
tentia non acta, quo ad hoc, vt poſtea illa peracta licite
teneant dignitatem, quod negat hic Pe. etiam ſi pecca
tum fuerit occultum, cum principium fuerit vitioſum,
eſt ergo neceſſaria diſpenſatio, ſupra capitulo poſtula-
ſti. Putat autem epiſcopum diſpenſare poſſe, alle. de iu-
di. at ſi clerici. de ſententia excommunicationis, nuper.
infra de eo, qui furtiue ordines re. capitulo primo, vlti.
dicit. Innocen. plus ſibi placere iſtos a iure non ſuſpē-
ſos. dixit Inn. in addi. alios dicere, & videtur melius,
quod ſiue ſit bonus, ſiue malus, etiam hæreticus, vel ex
communicatus ab eccleſia toleratur per electionem,
& confirmationem, etiam ſi fiat a peccatoribus, vel hæ
reticis, vel excommunicatis toleratis bene contrahitur
inter hos matrimonium ſpirituale, donec ſeparentur
paleæ a granis, ad hoc de conſecratio. diſtinct. quarta,
cum baptizat, iſte tamen non eſt ſponſus niſi miniſte-
rio. verus enim ſponſus, & vniuerſalis eccleſiæ, & ſpecia
lium eccleſiarum, & cuiuslibet animæ eſt ſolus Chri-
ſtus. vnde apoſtolus, deſpondi vos vni viro virginē exhi
bere Chriſto. xxvi. diſtinctio. acutius. & in pſalmo, tan-
quam ſponſus procedens de thalamo ſuo. & in euan-
gelio, Qui ſponſam habet, amicus ſponſi eſt, &c. Item
iſte miniſterialis ſponſus nō generat filios, niſi in mini
ſterio. vnde apoſtolus. Ego plantaui &c. de conſecratio.
diſtinctione quarta, aliud. in fine. ſecūda quæſtione pri-
ma, ſi fuerit. & capitulo multi. Item baptizat ſeruus &c.
& non horreat columba miniſterium malorum, de
conſecratione diſtinctione quarta, baptiſmus, xxxij. di-
ſtinctione. §. nerui. nec eſt contra, quod no. de electión.
conſiderauimus, & capitulo audiuis, ſcilicet quod nulla
eſt electio facta ſcienter de indigno. illud enim eſt de
iure poſitiuo, vt ſcilicet tali electione non obſtante te-
neat electio facta per alios. dicit tamen Innocen. quòd
tenet de iure nāli, & ſi per ſuperiorem confirmetur,
erit verus prælatus in miniſterio, & tenebunt, quæ fece
a rit in ſpiritualibus, vel temporalibus.[a] dicit tamen
etiam poſt talem confirmationem tenere electionem
factam per alios, qui non peccauerunt, & ad quos erat
deuoluta poteſtas, vt dicam poſt eum, de exceſſibus præ
latorum, inter. Si tamen ſuperior confirmet hanc ele-
ctionem, non vocato confirmato, cuius electio non
tenebat, non valebit confirmatio, quæ licet ſine cauſæ
cognitione fieri poſſit, vbi nullus eſt contradictor, vel
poſſeſſor, vel confirmatus, vbi tamen aliquod iſtorum
interuenit, ſecus de electionib. tranſmiſſam, & capitulo
dudum, ſecundo. C. ſi per vim, vel alio modo. l. fina.
Idem forſan, ſi alius ſolummodo eſt electus, dic vt de
b electionibus, capitulo vltimo,[b] libro ſexto, ſalua citatio
ne iuris, de qua, eodem titulo, capitulo primo. Ratio au
tem diuerſitatis, quare licet electoribus, quod confir-
matori non licet, eſt, quia primi cenſentur iure priua-
to, ſecundi publico, ſcilicet vice iudicis. facit quod di-
cam. infra de ſententia excommunicationis, ſi vere. in
glo. hic patet, in fine. [*Peccat.*] quia non reperit [*grauiter.*] putant Glo. & Abb. & Petrus cum leuiter, & venia-
liter peccare propter rationem, quę ſequitur. [*Virtutis.*]
ideſt gratiæ, & executionis. habebit enim ordinatus ab
illo executionem ſecundum Innocen. & Hoſtien. Di-
6 cit †autem hic Abb. per hoc ſolui quæſtionem, an ex-
communicatus minori celebrare poſſit pro defunctis,
ita, quòd eis proſit oblatio. & mouet dubium, quia cum
is, qui diſplicet &c. tertia quæſtione ſeptima, indicet.
xlix diſtinctio. §. primo, ſed verum eſt, quòd prodeſt, vt
hic. & contrarium loquitur de intercedente pro illo,
qui diſplicet, ideſt qui damnatus eſt. [*Collationem*] cōtra,
ex quo ſuſpenſus eſt a participatione, ergo & a collatio-
ne, cum ſibi non liceat ſacra contingere. lxxxj. diſtincti.
cos. & capitulo miniſter, & capitulo oportet, & maxi-
me hoc in collatione ordinum, quæ fieri non debet ſi-
ne miſſa. lxxv. diſtinctio. capitulo primo, tertio, & quar
to. Solu. dicunt quidam, quòd licet peccet in eo, quòd
miſſam celebrat, non peccat in eo, quòd ſacramentum
confert. Dicit Innocen. quòd peccat conferendo ſacra
menta, vt hic prima quæſtione prima, omnia. xcv. di-
ſtinctio. illud, exceptis expreſſis a iure, vt eſt baptiſmus.
de hoc, infra titulo primo, capitulo primo, ſed ſubditi,
non prohibētur illa ab ipſo recipere, & ſic non prohi-
betur a collatione quo ad ſubditos, ſed participando,
& percipiendo ſe commaculat. Hoſtien. dicit, quòd
conferens non participat, quia non confert princi-
paliter ad ſuam, ſed ad aliorum vtilitatem. Qui vero
ad ſui vtilitatem illa recipit, proprie participat, ideſt par
tem capit. prohibetur ergo a perceptione, quæ ſuam vti
litatem reſpicit, non a collatione, quæ vtilitatem
reſpicit aliorum, argumento. ff. de dolo. lege prima,
de collu. capitulo primo, de his, quę fiunt a maiori par
te capituli, quæſiuit. [*Anathemate.*] ideſt maiori excom-
municatione, vide quod dixi, de iudi. cum non ab ho-
mine, ſuper verſicu. anathematis. [*Feriendus.*] per ſenten
7 tiam. Innocen. ¶ †Gl. tertia ſignat contrarium, ſoluit,
ex ſolutione inferi quæſtionem rationis, cui reſpon-
det, cui reſponſioni opponit & ſoluit. ¶ Glo. ſed quid
quærit, & ſoluit, ſecundo quærit, & arguit. ¶ Penulti-
ma glo ponit tres lecturas illius verſiculi, dummodo.
8 ¶ In glo. † hæc eſt. [*ibi, qui teſtamentum.*] ſi teſtator ei, qui
vltra certam quantitatem capere non poterat, licitam
quantitatem legat, & vltra, dicens ſe maiorem ſum-
mam ſibi debere, illam reddi iubet, pręſumetur di-
ctum in fraudem, nec debebitur, niſi probet illam
debitam. Idem in eo, qui rogauit palam, & tacite
vel tacite tantum, vt in lege ſequenti. ¶ In gloſſa
9 †ſecunda. [*ibi, maior.*] licet enim excommunicatus
maiori, & minori ſint excluſi a celebrando: ta-
men celebrando non peccant æqualiter. & idem in ſu-
ſpenſo, excommunicato minori ſecundum Goffre.
¶ In gloſſa tertia. [*ibi, mortali.*] forte putat glo. Innocen.
Hoſtien. ponendo hæc verba in ſuis primis glo. com-
municantem excommunicato peccare mortaliter.
de hoc dixi, quod metus cauſa, factis, in vltima quæſtio
ne. ¶ In gloſſa minor. [*ibi. iuriſdictione.*] Idem videtur ſe-
cundum Hoſtien. ſi ſit ſuſpenſus ab officio tantum, vel
beneficio tantum, quando iuriſdictio ſpiritualis, vel
c temporalis eſſet ſequela illius, a quo[c] ſuſpenſus eſt. dice-
bat hic Vincen. quot ſunt res, vel cauſæ, tot poſſunt eſ-
ſe ſuſpenſiones, vt ab ingreſſu eccleſiæ, ab officio, a iu-
riſdictione, a beneficio, & ſimilibus. vide ſatis de hoc in
clementina de pœnis. cupientes, in glo. nota. nouam.
¶ In gloſſa. ſed quid. [*ibi, non credo.*] idem Hoſtien. &
10 Abb. ¶ In gloſſa hæc eſt [*ibi, non poteſt.*] vnde nec † ad di-
gnitatem, nec ad ſimplicem clericatum eligi poterit
ſecundum Innocen. Sit ergo cautus eligendus, vt pri-
mo confiteatur. & abſolutionem obtineat ſecundum

Petrum. dicit tamen, quòd cum promoto ante abſolutionem diſpenſabit epiſcopus, ex quo eſt occultum, immo nec propter occultum poſſet & cum remouere, de temporibus ordinandis, ex tenore, & capitulo fina. ¶ In gloſſa penultima. [*ibi, quidam.*] Innocen. ſcilicet poſt cuius apparatum fuit hęc gloſſa. [*Et ibi, ſuſpendendo.*] iſtud tamen non liceret hodie inferioribus a papa, niſi ſeruata forma decre. de ſententia excommunicationis, & capitulo conſtitutionem. lib. vj. vt eodem lib. & eodem ti. ſtatutum.

ADDITIONES.

a ¶ Temporalibus. Vide Ioannem Andre. in capitulo, quod ſicut. de ele. poſt glo.
b ¶ Capitulo vltimo. Vbi vide plenius Ioannem Andr. & eodem titulo, auaritiæ.
c ¶ Quo. Vide de hoc plenius in capitulo cum dilectus. de conſuetu. per glo. Ioan. And.

¶ De non ordinato miniſtrante. Rubrica.

¶ Viſo de ordinatis, qui poſt interdictum celebrant, videndum eſt de non ordinatis, qui celebrant, vel officium ordinis, quem non habent, exercent.

SVMMARIVM.

1 *Non ordinatus miniſtrans quo caſu pœnæ ſubiaceat huius decretalis.*
2 *Falſi tenetur qui ſe ingerit pro ea perſona, quam nō habet, & quo caſu.*
Inſignijs alienis vtens leg. Corne. de falſis tenetur.
De eccleſia abijci quis qualiter intelligatur.
3 *Additio gloſſarum.*

CAP. PRIMVM.

1 SI quis. Clericus. Hoſtiē. † [*Ordinatus.*] vt ſi acolytus vſurpet officium ſubdiaconi, ſubdiaconus diaconi, & ſic de ſingulis, non tamen habet hoc locum, quando acolitus vel alius non in ſolenni apparatu dicit epiſtolam, ſicut fit tota die ſecundum Hoſtien. & de hoc, ſupra de vita, & honeſtate clericorum, vt quiſque. [*Temeritatem.*]
2 quinimmo & falſitatem. nam ſi quis † ſe ingerit pro milite, cum non ſit, & vtitur illius inſignijs, tenetur lege Cornelia. de falſis, & eſt pro commiſſi qualitate grauiſſime puniendus, ff. ad legem Corneliam de falſis. l. eos qui. §. fina. ſecundum quem non excuſat conſuetudo contraria, ſupra de conſuetudine, quanto. [*Abijciatur.*] per excommunicationem, niſi ſe correxerit, vel per beneficij priuationē, ſeu depoſitionem, argumen. ſupra titulo primo, capitulo tertio, & capitulo illud, in fine, & capitulo fraternitati, niſi papa diſpenſet, quod dic, vt infra capitulo primo, ſecundum Hoſtien. ¶ In
3 † glo. prima. [*ibi, licitum.*] ita, ꝙ ex eo meretur, non demeretur ſecundum Tan.

SVMMARIVM.

1 *Diaconus miſſam celebrans quid pęnę patiatur.*
In non ordinati miniſtrantis diſpenſatione quæ clauſula ex ſtylo curiæ ponatur, cum eo quis diſpenſet, nu. 6.
Pœnitentiæ pars facta ſufficit ad conſecutionem eius, quod facta pœnitentia conceditur, vel concedi mandatur.
2 *Ad curam & diligentem medicus ſpiritualis tenetur, & carnalis.*
3 *Epilogus, & ſuffragium gloſſarum, nu. 4.*
Furem quis, ſi nouit, tenetur indicare, ſi celat, tenetur.
5 *Additio gloſſarum.*

CAP. II.

1 EX literis. Caſus. † Diaconus miſſam celebrans ad ſacerdotium non promouetur, ad tempus a diaconatu ſuſpenditur, ſed in beneficio cum eo poterit diſpenſari. Communis diuiſ. ſecunda ibi, Conſultationis. [*Triennio.*] habet communis ſtylus curiæ hanc clauſulam, cum eo ad tempus iuxta arbitrium tuum ſuſpenſio diſpenſes. per quod dicit Hoſtien. quòd plus, vel minus temporis poterit epiſcopus arbitrari, quo tempore lapſo, & acta pœnitentia, vel ipſius parte diſpenſabit, de temporibus ordinan. ex tenore, infra titulo ſecundo, capitulo fina. [*Suſpenſus.*] ſic ſupra titulo primo, latores. [*Beneficio.*] quod obtinet, vt innuunt ſequen
2 tia, vt dicit Hoſtien. [*Curam.*] no. Hoſtien. quòd † medicus ſpiritualis tenetur ad curam, & ad diligentem, nec mirum, quia tenetur etiam carnalis, de homci. tua nos. de ætate & qualitate, ad aures. [*Regularem,*] infra titulo ſecundo, per totum. ¶ Secunda glo. reſpon. per quæſtionem, an conficeret. ¶ Penultima glo. quærit, & ſoluit.
4 ¶ In † gl. tertia. [*in fine.*] qui furem nouit, indicet vel nō,
5 non tenetur, ſed ſi celat, tenetur. ¶ In † glo. ſecunda. [*ibi, quod autem.*] & de conſecratio. diſtinctio. prima, capitulo primo, ad finem. Lau. & quid dixit hic Goffre. ibi, vide ſuper prima gl. ¶ In gl. fine. [*ibi, diſpenſatione.*] papali, vt dicam in glo. penultima. ¶ In glo. ſic. l. diſtinctio. [*in fine.*] T. ſupra de cleri. pugnan. in duelo, Henricus. per quæ iura dixit hic Innocen. quod quaſi ſemper in beneficijs diſpenſare licet epiſcopis. ¶ In glo. penultima.
6 [*ibi, non † credo.*] idem Hoſtien. & Goffre. in Specu. de lega. §. nunc de epiſcoporum, verſicu. xviij. quia ſi cum ordinato, qui ſuſpenſus celebrat, ipſe ſolus diſpenſat, ergo & cum non ordinato, qui magis peccare videtur. & hoc in ſuſcipiendo, in ſuſcepto, & beneficio ſecus, vt hic. Innocen. in decre. dilectus, de tempo. ordin. ſimpliciter dixit epiſcopum diſpenſare poſſe cum non ordinato miniſtrante per hæc capitula.

¶ De clerico per ſaltum promoto. Rubrica.

SVMMARIVM.

1 *Continuatio tituli.*
De promoto per ſaltum quæ iura alia, quam hæc canonica loquantur.

1 ¶ † Miniſtrat interdum non ordinatus, interdum prępoſtere, vel per ſaltum ordinatus, ideo &c. habetur materia, lij. diſtin.

SVMMARIVM.

1 *Qui ordinatur ignoranter per ſaltum de ſubdiacono presbyter, quid iuris, in princ. & in fine. cum eo quis diſpenſare poſſit, nu. 6 & 7.*
Ordines quomodo conferendi. ſi dubitet de alia priori eorū de collatione, numero 3. quo tempore cōferendi, numero 4. ſi ante xiiij. annum conferantur, an obligentur ad continentiam, numero 5.
Ordines minores an eſſent in eccleſia primitiua, nu. 7.
Confeßionem propalare quando quis poßit.
Credendum bonis viris.
Pœnitentia impoſitæ pars peracta conceditur.
2 *In baptizmo conferendo, ſi heſitetur, an quis ſit alias baptizatus, qua cautela vtendum.*
3 *Epilogus, & additio gloſſarum, nu. 4.*
5 *Profeſſus ante xiiij. annum an ſit monachus.*

CAP.

CAP. PRIMVM.

1 DVæ literæ. Caſus. † Qui igno
ranter per ſaltum
de ſubdiacono fit presbyter poſt pœ
nitentiam in diaconum ordinatur,
& demum ſecum poterit diſpenſa-
ri in ſacerdotio. Communis diuiſ.
ij. ibi, mandamus. [*Fecit.*] ignorãter.
[*Secreto.*] vt iudici, non vt confeſſori, ne ſit contra. de
pœni. & re. omnis. niſi forſan ipſe procurator ſe publi-
caret, & confeſſorem in teſtem induceret, de ſimonia.
nemo. de adulterijs. ſignificaſti. ſecundum Hoſtien. [*Bo
ni viri.*] talibus credendum eſt, ſupra de procuratoribus.
in noſtra. Hoſtien. [*Conuerſatus*] ſic ſupra de electionib.
poſtquam. [*Inferiores.*] ſacerdotio, alias parum iuuaret
excuſatio, ſi poſtea in prouecta ætate ſuſcepiſſet ſubdia
2 conatum. [*Perſecta*] vel eius parte [*Procures.*] poterit † epi
ſcopus ratione dubij præmittere illa verba, ſi non es or
dinatus &c. & gerere in animo, & in hoc inſtruere or-
dinandum, quod ſi ille fuit al. ordinatus per orationes,
vel vnctiones nil dare, vel recipere intendant. & eſt ſi-
milis cautela de baptiſmo. capitulo ſecundo. ſecun-
3 dum Hoſtien. ¶ Glo. † ſecunda ponit differentiam ma-
trimonij carnalis ad ordinem. ſecũdo quærit an impu
bes ordinatus &c argumen. quod non. ſoluit contra-
rium vacillando. ¶ Vltima glo. quærit, ponit opinio
Hug. demum opinio Vincen. quam approbat. ſecun-
4 do quærit, & ſoluit. ¶ † *In glo. prima, inſi.*] qualis illius, qui
proprium nomen ignorat. C. de hæredi. inſtituen. l. fin.
Goffre. ¶ *In gl. ſecundo ibi, non debeant.*] niſi in ætate hodie
terminata per conſtitutio. clemen. de ætate & qualita.
generalem. [*Et ibi, carnali.*] ſup. quòd a tali contractum
nullum eſt, niſi &c. [*Et ibi, matrimonium.*] de hoc ſatis di-
xi ſupra de ſponſa. duo. [*Et ibi, annexum.*] de hoc de cleri.
5 coniuga. cum olim. [*Et ibi, ante † xiiij. annum.*] hoc tenet
hic Innocen. ſupra de tempo. ordi. vel non eſt compos.
vbi tenebat, quòd talis eſt ordinatum infra puberta-
tem contradicere ante pubertatem, & perſeuerare vſq;
ad finem pubertatis in contradictione, vel contradice-
re ſtatim. in fine. xiiij. anni, & illud ſtatim, intelligit ibi
Hoſtien. de triduo per decre ad noſtram. de regulari.
Inducebat autem Innocẽ. rationem, quia cum expreſ-
ſe per votum continentiæ ſe non poſſit aſtringere an-
te pubertatem. xx. quæſtio. prima. capitulo primo. mul-
tominus tacite per ſuſceptionem ordinis, nec putat,
quòd finita pubertate ſit neceſſe illum interrogari, ſi-
cut dicitur de ingreſſo, & no. de regularib. capitulo pri-
mo. Diuerſitatis ratio, quia ordinatus, quamuis minor,
habet characterem. de facili ergo tacite inducitur vo-
tum ordini annexum. Sed profeſſus ante xiiij. annum
non eſt monachus, & ideo requiritur expreſſus conſen
ſus, vel ratificatio æquipollens, ſed Hoſtien. non placet
ibi hęc diuerſitas, cum vtrunque & expreſſe & tacite
ratificetur, vt patet de regul. capitulo primo. libro ſexto.
[*Et in ſi.*] adde, quod ibi dixi. & de hoc prima quęſt. pri-
6 ma. pueri. ¶ *In gloſſ. vltima ibi, Poteſt.*] quando hoc † facit
ignoranter. Secus ſi doloſe, & ſcienter, quia tunc ſecun-
dum Hoſtien. non diſpenſaret niſi papa, nam & men-
tem. capituli ſupra proximi, & infra proximi offendit
ſecundum eum, cum ſit idem non eſſe ordinatum, &
eſſe non debito modo. ad hoc. ſupra de translatio. inter
corporalia. [*Et ibi, habuerit.*] erat tamen baptizatus, al. te-
ne, quod habes de presbytero non baptizato, capitulo
primo & vlti. [*Et ibi, ſicut.*] vbi de hoc, & lij. diſtinctio. ſol
licitudo. [*Et ibi, vnum*] tex. ita iacet, vnum faciunt presby
terum. & electio, & confirmatio vnum faciunt epiſco-
pum. [*Et ibi Vincen.*] Petrus Hiſ. & Goffre. [*Et ibi, & ſi nul
lum.*] Innocen. hoc ſic probat, ſupra de presbyte. non ba
7 pti. capitulo primo. Tempore † apoſtolorum in primi-
tiua eccleſia non erant minores ordines, eccleſia enim
ipſos primo conſtituit. xxij. diſtinctio. §. primo, & ta-
men ipſi apoſtoli fuerunt ſacerdotes, eadem diſtinctio.
in nouo. & licet id teneat, dicit tamen reſponderi poſſe
eccleſiam conſtituiſſe minores ordines ante, quàm ali
quis apoſtolus ordinaretur, quod etiam illa litera ſona
re videtur. [*Et ibi, ſacerdos*] Bar. Bri. contra. lij. diſtinctio.
ſollicitudo, nec contradicit dec. ex literis, quia non lo-
quitur de ordine, ſed de executione, & hoc placet.

¶ De eo, qui furtiue ordines ſuſcepit. Rubrica.

SVMMARIVM.

1 *Continuatio tituli.*
De ordines furtiue ſuſcipientibus tractetur alibi, quam hic.

1 ¶ Ordinatur quis quandoque per ſaltum, & hoc vidi-
mus, quandoque furtiue. & de hoc ſubijcit. facit ad ma
teriam. lxiij. diſtinctio. Salonitanæ. & nona quæſtio. ſe-
cunda. Lugdunen.

SVMMARIVM.

1 *Ordinem ſi quis furtiue recepit, quid iuris.*
Cum eo quis diſpenſare poſſit, & nu 2 in fi. & 4.
2 *Ad fidem quis non cogitur.*
Ad religionem pari modo.
Voluntatis quæ ſunt a principio, ex poſtfacto ſunt neceſſitatis.
3 *Epilogus, & additio gloſſarum nu. 4.*

CAP. PRIMVM.

1 VEniens. Caſus. † Qui furtiue
recepit ordinem, ſi
contra hoc facientes excommu-
nicatio lata erat, ſine diſpenſatione
papę in ſic ſuſcepto miniſtrare, vel
ad ſuperiores aſcendere nõ poterit,
ſed ſi excommunicatio lata non
erat, epiſcopus, & abbas poterunt diſpenſare. hoc dicit
rubrica. & huius decre. pars prima narrat factum. In ſe-
cunda ibi, vnde. ponitur reſponſio diſtinguens, & ſubdi
ſtinguens ſecundum membrum diſtinctionis ibi, ſi ve
ro. cuius ſecundi ſubdiſtinctio ibi, alioquin. [*Suſcepiſſe.*]
nunc volebat promoueri in presbyterum, quęrebatur,
an hoc fieri poſſet ſaltem ex diſpenſatione epiſcopi.
[*Ab aliquo.*] forte plures erant in eccleſia. de hoc ſupra
de officio delega. quoniam. [*Sacerdotale.*] de quo quære-
2 batur, vt dixi ſupra. [*Moneas.*] ſicut † enim quis ad fidem
non cogitur. xlv. diſtinctio. qui ſincera, ſic nec ad reli-
gionem, vel ad ſacros. Hæc enim res non eſt præcepti,
a ſed voti. xxxij. quęſtione prima, integras. [a] hęc autem
omnia, ex quo ſuſcepta ſunt, ſeruanda ſunt. xxiij. quæſt.
quinta. ad fidem. ſupra de regula. capitulo fina. de cleri.
coniuga. capitulo primo, & ſecundo. ſic in arbitrijs, &
in contractibus. ff. de arbitris. l. tertia. §. primo. C. de acti.
& obligatio. ſicut. ſecundum Hoſtien. [*Conuerſatus*] ſup.
Hoſtien. & pœnitentiam ſibi impoſitam peregit, vel
partem ipſius. puto, quòd textus caute hoc omiſerit
per id, quod habes, de pœn. diſtinctio. prima. §. his au-
ctoritatibus. & ſupra, de voto, ſcripturæ. vbi de hoc. Pro
Hoſtien. tamen facit, infra capitulo fina. [*Promoueri.*]
quaſi innuat ſecundum Hoſtien. quòd in ſuſceptis poſ
ſet epiſcopus diſpenſare. idem Abb. quod puto verum
3 de alijs prioribus, non de furtiue ſuſcepto. ¶ Glo. tertia
arguit, & id approbat, & remittit, & ponit lect. in vno.
¶ Glo. quarta arguit & reprobat. ¶ Vltima glo. exponit,
4 arguit, & remittit. ¶ In † gl. tertia. [*ibi, lata fuit.*] dicit Ho-
ſtien. quòd cum furtiue ordinato, etiam ſi excommu-
nicatio lata non fuerit, Rom. ec. de facili non diſpenſat
niſi religionem ingrediatur. ¶ In glo. vlt. [*ibi, ſequitur.*]
Idem Hoſt.

ADDITIO.

a ¶ Integritas. Imo propter delictum vr̃ ad religionis ingreſſum quis co
gi, vide de conuer. coniu. gaudemus. in gl. & xxiiij. di. fraternitatis.

SVMMARIVM.

1 *Ordinem furtim qualiter quis recipiat, & conferenti ignoranter non imputatur, alias puniendus.*
Cum furante ordines quis diſpenſet, nu. 4.
Ordines plures vna die recipere non licet.
3 *Diſpenſatio abbatibus, & minoribus epiſcopo prælatis eſt prohibita, an capitulo etiam, remiſ.*
Prælati minores epiſcopo tenentur referre grauiora.
4 *Additio gloſſarum.*

CAP. II.

CVm H Summaui ſup. cap. proximo.
& pars prima narrat factum.
ſecunda diſtinguendo reſpondet. ſecundū
membrum ibi, ſi vero. [*Ordinationis cauſa.*] vt
ordinaretur a ſe. [*Recipit.*] ſimul cum illis, & eadem die.
1 recepit † enim minoribus furtiue immiſcuit ſe inter
acolytos, qui debebant ad ſubdiaconatum promoueri.
& ſecundum hoc epiſcopo ignoranti non imputatur,
aliàs, ſi ſciuiſſet, ipſe tāquam maior eſſet grauius puniē
dus, de tempori. ordi. dilectus. de translatio. capitulo ſe-
2 cundo, ad finem. [*In hoc facto.*] quod vna die † recipit ſub
diaconatum cum quatuor minoribus, minores enim
tantum, vel ſubdiaconatum tantum recipere licuiſſet.
Quid ſi ſolum acolytatum recepiſſet cum ſubdiacona-
tu, ſecundum Hoſtien. Eodem modo excederet, licet
non tantum. Receptio enim plurium ordinum
ſimul intelligitur prohibita, niſi ſit permiſſa, argumen.
hic, & infra capitulo proximo. ſupra de tempo. ordi. di-
lectus. ad hoc de transla. capitulo ſecūdo. ver ſed neque.
[*Abb.*] proprie ſecundum T. & Vincen. licet Ala. dixe-
rit epiſcopum eſſe abbatem. ſupra de iudic. cauſam. vel
habebat iſte abbas priuilegium ordinandi monachos
ſuos, vel requiritur in diſpenſatione epiſcopi conſen-
ſus abbatis ſecundum eum, & Goffre. Dicit hic Innoc.
3 & placet Hoſtien. quod † abbatibus, & minoribus præ-
latis ab epiſcopis omni caſu diſpenſatio eſt prohibita,
vbi non apparet manifeſte permiſſa, nam grauiora te-
netur referre, de officio archi. capitulo primo, & capitu
lo ad hæc, de offi. archipresby. capitulo fina. ad hæc, in-
a fra titu. primo, accedentibus. & de iudic. at ſi clerici. a &
idem dixi, de poſtu. præla. capitulo vlti. ad fi. mag. glo. &
per hoc ſit reſponſum ad omnia iura, quę illos diſpen-
ſare permittunt. & de hoc in Spe. titu. ij. §. ſunt quoque.
in fi. & §. videndum. verſi. quid ſi collatio. dicit Innocē.
quoſdam dicere, quod capitulum diſpēſat, argumen. de
preben. cum non ignores. de ſimo. ex inſinuatione. xvj.
quæſtio. prima, eccleſia. vbi de hoc. ſed dicit ſe non vide
re, quomodo illa capitula pro eis faciant. ¶ *In glo. prima.*
4 [*ibi, capitulo tertio.*] & ibi de hoc. & ibi videas. dixerunt
hic T. & Vincen. hoc maxime verum in diebus depu-
tatis ad ordinationes, in alijs ſufficiat duos concedere
per præ. decre. ¶ *In glo. ij. ibi, tenorem.*] Innocen. in decre.
dilectus. de tempo. ordi. ſimpliciter tenet, epiſcopum
diſpenſare poſſe ſecundum diſtinctionem decre. proxi.
poſſet dici ſecundum Hoſtien. quod quantum ad mi-
nores etiam furtiue receptos diſpenſent epiſcopi. ad
hoc, quod legitur, & notatur, ſupra de biga. capitulo ſe-
cundo. In ſacris vero ita eſt interdicta, quod nec papa
diſpenſat de facili, ſecundum quod dixi ſupra capitulo
proximo. ſuper tertia glo. [*Et ibi, excommunicatio.*] T. &
Vincen. ſic dicunt, vt ſcilicet ſi non fuit prohibitum
ſub excommunicatione, ne quis furtiue ordinaretur,
epiſcopus diſpenſare poſſit cum eo in ſeculo remanen
te, alias non. & per hoc videntur innuere, quod cum
recipiente minores, & ſubdiaconatum eadem die poſ-
ſit epiſcopus diſpenſare, de recipiente duos ſacros eſt
opinio, & vide in Specu. titu. ſecundo. §. nunc oſtenden
dum. ver. lij. & liij. & §. nunc de epiſcoporum. verſi. pro-
hibentur.

ADDITIO.

a ¶ Clerici. Facit quod no. de off. or. quanto. per Io. An.

SVMMARIVM.

1 *Ordinatus a non ſuo epiſcopo eſt ſuſpenſus.*
Cum ordinato furtiue quis diſpenſet, nu. 6.
2 *Pro ordinato rite quid ſi longo tempore habitus non dicatur ordinatus a non ſuo epiſcopo, vel alias minus canonicē.*
Reputatio in ꝙ quis ſit ordinatus quid operatur, & nu. 3.
Pro tali ſe gerere agere, quid ibid.
3 *Electionem factam eſſe a poteſtatem habentibus, quando electus debeat probare.*
Quod iudex quis non fuit, cui incumbat probatio.
4 *Solennitates an præſumantur.*
Excommunicatus ordinem an ſuſcipiat, matrimonium contrahit.
Ordines qui clam ſuſcipiunt ad tempus ſuſpenduntur, vide nu. 5.
5 *Epilogus, & additio gloſſarum.*

CAP. III.

INnotuit. Summatum eſt ſupra,
capitulo primo. Commu
nis diuiſ. ij. ibi, Conſultationi, quæ diſtin-
guit. & ſecundum ibi, Veruntamen. [*Acceſ
ſerunt.*] ſorte de tua licentia ſecundum Hoſtien. & ſic
1 ceſſet dictum Innocen. qui † dicit hic probari ordina-
tum a non ſuo epiſcopo eſſe ſuſpenſum, illa enim pœ-
na hic imponitur propter excommunicationem, con
tra quam recepit ordinem, vel quia contra iura, & fur-
tiue. de hoc autem vide, quod dixi, ſupra de temporib.
2 or. quod translationem. Quid † ſi illi, qui longo tempo-
re habitus eſt pro rite ordinato, nunc obijcitur, ꝙ fuit
ordinatus a non ſuo epiſcopo, vel extra tempora, vel
aliàs minus canonicē. Dicunt quidam, quod niſi aliud
probetur, rite ordinatus præſumitur. ad hoc de presby.
non bap. capitulo fina. in fine. & quod ibi dixi, & ſupra
de præſump. capitulo fina. de iud. cum deputati, de cle.
peregri. inter quatuor. Hæc enim ſunt probabilia argu-
menta, de quibus ibi loquitur. ſufficit præterea. quod
ſic agit & contrahit, & quod ab epiſcopo & vicinis ta-
lis eſt & fuit reputatus, ff. ad Maced. l. iij. j. reſponſo. inf.
de ſenten. excommunicatio. in præſentia. & de hoc di-
xi, de accuſa. ſuper his. in glo. ad excipiendum, verſicu.
ſi autem. Aliqui dicunt, quod ſi epiſcopus proprius
exinde referat quæſtionem, neceſſe habet ipſum certi-
ficare. ad hoc, ſupra titu. primo, capitulo vno. & quod
no. de re iudi. in prima regula. libro ſexto. alias inciderit
ſibi executionem in poſterum, licet quo ad præteri
tum poſſit ſub diſſimulatione tranſire, argumen. ſupra
de conſe. ec. vel al. aqua. Dicit Hoſtien. in facto recenti
ſtandum ſecundæ opinioni. In antiquo vero ſtandum
eſt primæ, & hoc de æquitate. & facit, quod dixi, ſ. de cle
3 ri. ex. mi. propoſuit, ſuper vlti. glo. In † electione autem,
vbi facta eſt per eos, ad quos de iure commiſſum non per
tinet, oportet electum probare poteſtatem datam fuiſ-
ſe electoribus, ſiue hoc opponatur ante confirmatio-
nem, ſiue poſt. ſupra de appellatio. conſtitutis. & capi-
tulo conſtitutus. Idem eſt, quando dicitur, quod is, qui
tulit ſententiam, iudex non fuit ſecundum Innocen.
Hoſtien. in hoc vlti. remit. ad no. de offi. delega. cum in
iure, & ibi ſuper prima glo. poſt princ. poſui ad literam,
a quod hic no. Innocen. a de hoc. Item quod hic de † ſo-
4 lennitatibus an præſumantur, poſui de re iudi. ſicut. ſu-
per iij. glo. [*Sententiæ.*] non dicit pœna, quaſi notet ſe-
cundum Hoſtien. quod erat contrafaciens ipſo iure
excommunicatus. [*In ſuſceptis.*] ſi ordo in excommu-
nicatione ſuſcipitur, fortius matrimonium tunc con-
trahi poteſt, patet ſupra, de eo qui duxit in matrimo-
nium, ſignificaſti. [*Pœnitentia.*] vel eius parte, de furtis. ca-
pitulo fina. [*Proceſſu temporis.*] ſemper enim ad tempus
tales ſuſpenduntur, ſupra titu. ij. capitulo iij. [*Licentia.*]
generali, ſecundum Phi. tu dic contra, vt ſupra ca-

pitulo

3 pitulo primo. ¶ Vlt. glo. ſoluit quæſtionem, & arguit.
¶ *In gl. 2. ibi, excommunicationis*] & ſic ſoluitur ſecundum
Abb. contrarium, ſupra de tempor. or. literas, ubi ſu-
ſpenditur ſic ordinatus ſolum ab executione ſecundi
ordinis, quem ſuſcipere non debuit. Ad idem, ſupra
cap. proxi. ibi enim ſuſcepit ordines non excommu-
nicatus. hic uerò excommunicatus. ¶ *In glo. ulti. ibi, ſu-*
6 *ſceptis*] & intelligit † hic Hoſt. de ſuſceptis in hoc or. nã
in prius ſuſceptis poſſet epiſcopus diſpẽſare ſuo iure.
ad hoc, ſupra titu. 2. cap. 2. uel ſecundum eum hic ex-
communicatus promotus fuit, unde irregularis, &
ſic ſolus papa diſpenſat.

SVMMARIVM.

1 *Diſpoſitio tituli.*
2 *De exceſſibus prælatorum loca alia iuris præter hac dicentia.*

De exceſsibus prælatorum, uel ſubditorum, Rub.

1 ¶ † Supra in pluribus rubricis oſtenſum eſt de de-
lictis ſubditorum, quæ interdum committuntur in
plaros, interdũ aliàs iura offendendo. ne prælatis exin
de aliqua elatio proueniat, ſubmittit & de ipſorũ ex-
ceſsibus ſecundum Goff. uel ſecundum Hoſt. viſo de
ſpecialibus delictis prælatorum & ſubiectorum, nũc
2 de iis generalem rubricam ſubmittit. non † habetur
hæc materia in decretis. repetitur autem in 6. & in cle.
Congruit, de ui. & ho. cle. ut clericorum. §. prælati.

SVMMARIVM.

1 *Prælati monẽtur abſtinere à grauaminibus ſubditorum, & comminatur ultionem contrafacientibus, & nu. 2. 3. 4.*
Moderatum petere poſſunt auxilium, nu. 1.
Defendere ſubditos tenentur, nu. 2.
Taliæ ſemper intelliguntur illicitæ, niſi conceſſæ probentur.
2 *Canonici, & epiſcopus faciunt unum corpus, & quando unus ſine reliquo nihil poſſit, & nu. 5.*
In caſu diſcordiæ quando diffinitioni epiſcopi ſtetur, quando capituli.
Epiſcopus quòd habeat uocem in capitulo ut prælatus, uel ut canonicus quid interſit.
3 *Capituli ſanior pars ſemper dicitur maior, quæ ſine eo neque at epiſcopus, nu. 5.*
4 *Suffragium gloſſarum.*
Subditi ſuperindictis, & immoderata æſtimatione damni infecti grauandi.
Exactores fiſcalium cauſarum ne executionem non ſuſcipiant.
5 *Additio gloſſarum.*
Suſpendere clericos perpetuò, uel ad longum tempus interdicere perpetuò eccleſias quis poſſit.
6 *In ſuſpenſionis ſententia non eſt admonitio neceſſaria, excipitur.*
Ea, & interdictum eſt pœna in quibus ſimiles ſibi, & excommunicationi.
Pœna quæ ſine monitione etiam pœnitenti & correcto imponãtur.

CAPVT I.

1 PEruenit. Caſus. † Monet
prælatos abſti-
nere à grauaminibus ſubditorũ
& comminatur pœnam cõtra-
facientibus. ſecunda ibi, Scituri
[*Fratres*] Epiſcopi ergo ſubditos
fratres vocant, & filios, vt hic pa
tet. de hoc, de crimine fal. quàm
graui [*Talias*] iſtæ ſemper intelliguntur illicitæ, niſi à
iure, conſue. uel ſtatuto facto ab illo, qui hoc poſsit,
probentur eſſe conceſſæ. 10. quæſt. 3. quia. 9. quæſt. 3.
conqueſtus, ſecundum Inno. & Hoſt. facit de iure pa.
præterea. 2. moderatum tamen auxilium cum chari-
tate petere poſſunt, de cenſi. cum apoſtolus. Innocẽ.
[*De cætero*] quod tamen nec olim facere debuerũt. Ho
2 ſti. [*Grauetis*] cum eos † defendere teneantur, de reſti.
ſpol. conquerente, de ua. ex li. uen. cap. uno [*Capituli*]
dicebat hic Hoſti. no. ꝙ epiſcopus, & canonici faciũt
vnum corpus, cuius corporis epiſcopus caput eſt, ca-
nonici membra, unde in ijs, in quibus epiſcopus uo-
cem habet ut prælatus, requiritur conſenſus tam epi-
ſcopi, quàm capituli ita, ꝙ unus ſine reliquo nihil po
teſt: & ſi diſcordẽt, epiſcopi eſt diffinitio. cui ſtabitur,
niſi aliud rationabile obſiſtat. probantur hæc ſecun-
dum eum. 12. di. non decet, & c. his, ſupra de præſcrip.
cum non liceat. de his, quæ fi. à præla. nouit, & c. quan
to. de his quæ fi. à ma. par. capi. capitulo ſecundo, & fi.
de magiſ. quia nõ nullis. ubi uerò uocem habet ut ca
nonicus, non epiſcopi, ſed capituli eſt diffinitio, & ſta
bitur maiori & ſaniori parti, niſi aliquid rationabile
obijciatur, & probetur, de his, quæ fi. à maiori par. ca-
pi. capitulo primo, de elec. cotam. Secunda differen-
tia habetur, de conceſ. præ. poſtulaſtis. Tertia differen
tia colligitur de app. à collatione, lib. 6. Quarta, quia
ſecundo caſu cõſideratur vox ſua ut canonici ſingu-
laris: ſed in primo ut prægans eſt & auctorizabilis, vn-
de nil poteſt capitulũ ſine ipſius conſenſu, nec è con-
trario. & prælati eſt diffinitio, de tempor. or. ſi archi-
epiſcopus, & ca. ſe. & quod dico capitulum non poſ-
ſe ſine prælato, intelligo ſede inſtituta: ſecus enim illa
uacante, de maio. & obedien. cum olim, & capitulo
3 his quæ, de hæreticis, ad abolendam. Dicit † etiam
hic Hoſtien. quòd ſemper ſanior pars capituli dicitur
maior, nec unquam minus ſana dicetur maior, re-
mittens ad not. de his, quæ fi. à maio. par. capi. capitu-
lo primo, & de hoc de electio. eccleſia. 2. [*Ordine iudi-*
tiario] non dicit ſine iudicio capituli ſecundum Ho-
ſtien. [*Præſumatis*] contra multa grauamina, quæ præ-
lati inferũt ſubditis maxime exemptis, prouidit con-
ci. Vien. eo. tit. frequens [*Peruenerit*] & nobis exinde fi-
des facta fuerit, ne ſit contra, de ſimo. licet. 86. diſtin. ſi-
4 quid de quocunque, ſecundum Ho. ¶ *In glo. 3. ibi. l. una*]
ſuperindicta ſine imperiali iudicio, etiam ad præfecto
rum literas non debentur [*Et ibi, ex damni*] ex ſtipulatio
ne damni infecti nõ fit immoderata æſtimatio, ſed ſer
uetur modus honeſtus, non cuiuſque immoderata lu
xuria [*Et ibi. §. hoc quoque*] exactores fiſcalium priuata-
tum cauſarum executionem non ſuſcipiant, ne publi
carum functionum occaſione ſubiecti lædantur. ¶ *In*
glo. penulti. ibi. §. omnibus autem] iniuſtè priuans ſubditum
5 communione priuabitur. ¶ *In glo. 4. ibi, excommunicatio-*
nis] hoc non probat litera, ut dixi in tex. [*Et ibi, ſuſpenſio*
nis] dixit Innoc. hoc intelligi poſſe de ſuſpenſione per
petua clericorum, uel perpetuo interdicto eccleſiarũ,
uel ad multum longum tempus. hoc enim non fie-
ret ſine conſenſu. c. de his, quæ fi. à ma. per. c. quæſiuit,
uide, quod dixi. de offi. archi. ad hæc, in gl. qualia ſunt,
& de his, quæ fi. à præla. nouit, in fine. & hoc maximè
cum procedit ex officio forte contra abſentem, de ac-
cuſa. qualiter. §. debet. ſed ſi in iudicio ſit cõtumax, ſo-
lus epiſcopus, uel quilibet alius iudex prædicta facere
poſſet, ſupra de offi deleg. ſanè, & excõmunicare, eod.
titu. ex literis, ubi etiam ſubdelegatus excommunicat,
uel poſſet intelligi. ſecundum Hoſt. quando agitur de
correctione canonicorum, uel clericorũ iuriſdictio-
ni capituli ſubiacentium ſecundum formam decre. ir
refragabili. §. exceſſus, & ſupra de fo. compe. cum con
tingat: uel quando prælatus, & capitulum habent om
nia communia, & communiter inſtituunt, & deſti-
tuunt, de his, quæ fi. à præla. capitulo noſcitur, de offi.
archi. ad hæc. §. fina. de reſcr. edoceri: uel quando cle-

rieus criminaliter accuſatur per can.quem ſtatim al-
le. glo.aliàs de iure & generali cõſuetudine ſecũdũ eũ
ſolius proprij paſtoris ſententia tenenda eſt, & timen
da.11.quæſtione tertia,capitulo primo. 16.quæſtio.2.
uiſis. infra de ſenten.excommunicatio. capitulo pri-
mo. libro ſexto, de ma.& obe.cum in eccleſijs,de of-
fi.ordi.cum ab eccleſiarum,& e.ad reprimendã, un-
de dicit Innocen.ad tempus ſaltem modicum prælа-
tum poſſe ſuſpẽdere ſubditum ſine admonitione, ut
ſtatim dicam:imò & ſine cauſæ cognitione, ſi culpa,
vel delictum fiat coram iudice.idẽ dixit in decre.apo
ſtolicæ,ſtatim alle.ibi uide ar.contra.45.diſtinctio.ca-
pitulo primo,ff.de pœnis,moris.35.diſt.capitulo fina.
ſed opponit hic imo uidetur,quod epiſcopus nõ po-
teſt ferre ſententiam perpetuæ ſuſpenſionis,& tamen
delegatus eius poſsit,ſup.de excep.apoſtolicæ.reſpon
det,quòd delegatus perpetuo non ſuſpendet ſine cõ-
ſilio delegantis,de offic.deleg.ſi pro debilitate, ar.hic
34.diſt.quorundam.l.diſt.ſtudeat.& delegans epiſco-
pus tunc requiret conſiliũ capituli [*& in fine*]niſi ſcri-
pſiſſet, ꝙ ſolus hoc facere poſſet, infra de conſue.ca-
pitulo. 3.libro ſexto. ¶[*in glo.& ita,ibi, ſuſpenſionis*] dicit
6 Innocen.& Abb.recitat, quòd † non putat in ſenten-
tia ſuſpenſionis neceſſariam admonitionem,cum in
ueniat illam ferri contra delinquentem non contu-
macem.5.quæſtio.4. in loco.2.quæſtione prima, ne-
mo, ubi ponitur excommunicatio pro ſuſpenſione.
Sicut enim aliæ pœnæ probata culpa,uel exiſtẽte no-
toria imponuntur ſine monitione etiam pœnitẽti &
correcto: ita & iſta.patet infra eod.quàm ſit. excom-
municatio enim licet ſit medicina: ſuſpenſio tamen,
& interdictum eſt pœna, & non eſt proprie medicina
2.quæſtio.prima,multi.& hoc autem dicit uerũ,quã-
do ſuſpenditur pro crimine. ubi uerò pro contuma-
cia,tunc præcedit monitio.& ſic intellige.de ap.repre
henſibilis, in prin.ſicut & miſsio in poſſeſsionem tę-
dialem,ſupra vt lit.non conte.quoniam.§.in alijs.ha-
bent tamen iſta.ſ.excommunicatio, ſuſpenſio, & in-
terdictum ſimilitudinem in ijs, quæ habentur, ſupra
de app.quoniam, de ſenten.excommu. capitulo pri-
mo,& cap.ſtatutum,libro ſexto [*Et ibi fiat*]& interue-
niunt alia,quæ habentur: infra de ſenten.excommu.
capitulo primo,libro ſexto, quæ hic exprimit Hoſti.

SVMMARIVM.

1 *Archidiaconis eccleſias ſubditas epiſcopi non poſſunt ab eis libe-
rare.*
2 *Epilogus, & ſuffragium gloſſarum. num. 3.*
*Ius ſuum diminuere alicui citra eius conſenſum non poſſunt epiſco-
pi, iuncta glo.*
4 *Additio gloſſarum.*
Dignitas ex toto ſupprimi poteſt, & quando.
Fructus ad tempus an retineri poſſint, remittit.

CAPVT II.

1 AD hæc. C.Pars de ap.ad hæc.2.& de
priuil.ad hæc.& hoc † dicit.
ſcopi eccleſias ſubiectas archidiaconis ab
eis liberare nõ poſſunt.& eſt ſimile, quod
de legato ad epiſcopum dicitur,ſupra de cõfir.uti.uel
inuti.capitulo fina. Et primò ponit culpam epiſcopi,
contra quam ſecũdo dat iudicem [*Corrigas*] loquitur
Canturi. metropo.epiſcopi ad quem ſpectat hæc cor
rectio,de inſti.capitulo tertio, de cẽſi. Romana,libro
ſexto [*Conſuetudines*]ſi bonæ ſint.11.di.catholica.Vinc.
& ſupra de eo,qui mit.in poſ.cum ueniſſet.T.[*Et illis*]
archidiaconis,uel.i.epiſcopis,quaſi reſeruẽtur archia
cono conſueta.epiſcopo reſeruẽtur:quæ ſunt debita.

2 ¶†Gl.1.rationem reddit,& arguit.2.quęrit,ponit op.
arguit,& tenet contrarium.¶Vlt.gl.arguit:alleg.con-
trarium,& ibi remit.ſecundo arguit, & remit.3.literã
3 exponit ¶[*in † glo.1.ibi.l.1.*] iudicata contra rempubli-
cam defenſore carentem non ualent [*Et ibi, nec anno*]
uide de reſti.ſpo.audita, ſuper 3.gl.[*Et ibi, quicunque.2.*]
ibi dicitur,Cõſenſu fiat omnium, quod eſt omnibus
4 profuturum.¶[*In glo.1.ibi, nunc uerò*] de hoc ſupra de re-
li.do.conſtitutus [*Et ibi, ex toto*] fatetur Hoſti.dignita-
tem ex toto ſuprimi poſſe.ſed dignitate manẽte,quã-
diu uacat, dicit non poſſe illi præiudicium generari,
ne ſe.ua.per totum, an uerò ex cauſa poſsint fructus
ad tempus retineri, remit.ipſe Inno.ſupra ut ec.bene.
a cap.uno [a],in fi.[*& ibi, cum acceſſiſſent*] ad hoc etiam fa-
cit contra, quia ibi interuenit confirmatio papæ [*&
in fi.*] infra de reb.ec.non ali.dudum,libro ſexto,& ui-
de cle.eo.tit.ſupra de reb.ec.non ali.ſi una.

ANNOTATIONES.

a ¶Vno. Et uide de reſcri.ſi propter,libro ſexto.

SVMMARIVM.

1 *Archidiaconi non poſſunt eccleſias ſibi ſubiectas ad uſum ſuum re-
tinere, niſi ex diſpenſatione, & alio caſu, nu.2.*
*Libellum non eſt neceſſe offerri, quando epiſcopus ex officio pro-
cedit.*
2 *Additio gloſſarum.*
*Ordinatione eccleſiæ mala caſſata, ad quem eius ordinatio perti-
neat.*

CAPVT I.

1 AD aures. C. Archidiaconi eccle-
ſias ſibi ſubiectas ad ſuũ
uſum retinere non poſſunt. & t.narrat.2.
prouidet. & 2.ibi, M. quatenus [*Dimitten-
das*] niſi ſufficientem diſpenſationem oſtendant, de
fil.preſ.ex tua.& ar.hic ſecũdum Hoſti.ꝙ in ijs,in qui-
bus ex officio procedit epiſcopus, non habet neceſſę
libellũ offerre.de hoc remit.ſupra de ſimo.licet [*Pu-
nire*] hoc enim publicè intereſt, infra de ſenten.excõ-
a municatio.ut famæ.¶[*In † glo.1.ibi, hac licet*) de ſuperio
ris licentia ſecundum Hoſti.qui remit.ſupra de ſimo.
ſicut nobis. ¶[*In glo.2.in fi.*) dicit Innocen.quòd uide-
tur iuri cõgruum,quòd caſſata mala ordinatione ſu-
perior ordinet eccleſiam,& nõ is, cuius ordinatio eſt
a caſſata,ar.infra eo.inter[a],in fi. Ipſe tamen hoc nõ pu-
tat verũ, niſi in caſibus, in quibus vbi hoc eſt expreſ-
ſum in iure, uel niſi iudex in pœnam delinquentis ſen
tentialiter hoc ſibi retineat,nec tunc hoc poſſet,quã
do alius eſſet medius,ad quem hoc ius diceret deuo-
lutum.Ius enim ad alium deuolutũ ſibi retinere non
poſſet.& adde,quod no.ſup.de poſtu.bonæ.2.de ſup.
ne.præ.capitulo ſecundo,de off.or.eũ nos. ¶[*In gl. ult.
in fi.*) T.ſupra de offi.dele.de cauſis,de accuſa.inquiſi.
1.reſpon.

ANNOTATIONES.

a ¶Inter. Vide Io.An.in c.cum noſtris,in gloſſ.& malè,de conceſ.
præben.poſt Inno.& in c.inter,infra eo.

SVMMARIVM.

1 *Sodomitæ qua pœna afficiantur, & nume.3.eorum quot ciuitates
nume.4.*
Ira dei menſuras habet.
Deijci à clero quis quando dicatur.
2 *Alienus fieri à cætu fidelium quomodo dicatur quis.*

Et,

Et. pro ideſt.
3 *Suffragium,& additio gloſſarum,nu.3.*

CAPVT IIII.

1 CLerici. C.† Sodomitæ,ſi clerici ſunt, deponuntur, & in monaſte-
rio detruduntur. ſi laici, excommunican-
tur. ſecunda ibi, Si laici [*Ira dei*] quæ tamen
ſm Hiero. ſuper Abachuc. li. 2. mēſuras hēt. ſ. quātum
quanto tempore, ob quas cauſas, & quibus inferatur
(*Conſumpſit*) ira dei. & habetur Gen. 19. (*Clerici*) ſecula-
res, ſecundum Hoſt. qui exponit [*deijciantur à clero*] i. de
gradentur, uel beneficijs priuentur. & quod ſequitur
[*& ad agendam*] ipſe habebat [*uel ad agendam*] & tūc ſup-
plet, uel ſi fuerint religioſi, & ad agendā &c. & ſimilis
diſtinctio ſecundum eum, de cleri. excom. mi. poſtu-
laſtis. §. 1. [*Subdantur*] ut cogantur pœnitentiam agere
2 quouſque † reſipiſcant ſecundum Hoſti. uel per prin
cipem ſecularem fient alieni per decapitationem, ut
dicit gl. uel illud, &, quod præcedit, ponitur pro ideſt
ff. de uerb. ſig. ſępe, ſecundum Gof. & uide quod dixi,
3 de ui. & ho. cle. monaſteria. ¶ *In † gl. ibi, cum uir*] quæ di-
cit tales infames, & gladio puniēdos. ¶ *In glo. ult. ibi, cir*
4 *ca fi.*] ibi puniri iubet ultimo ſupplicio. ¶ *In † glo. 1. in fi.*]
T. de hæreti. cum ſecundum, libro ſexto. ¶ *In gloſ. 2. in
fine*] pro eo, quia nec de facili conuertuntur. Hoſtien.
¶ *In glo. 3. ibi, Gomorram*] dicūt quidam, ꝙ erant. 6. addē-
tes Adamam per can. ſtatim alle. Alij dicunt ꝙ Segor
erat binonyma. ſal. dicta Oleale ſecundum Hoſtiē. in
gen. hæc clarè non patent [*Et ibi, in ciuitatem*] facit, inf.
titu. 2. ſuper ſpecula, cum ſuis concor.

SVMMARIVM.

1 *Ciſtercienſis ordo de iure non eſt exemptus.*
Libertas quibus modis conceditur.
2 *Epilogus,& additio gloſſarum,nu.3.*
*Obedientiam epiſcopis an denegare poſſint auctoritate ſua abba-
tes. §. primo.*

CAPVT V.

SAnè ſi epiſcopi. Breue eſt [*Or-
dinis*] Ciſter-
1 cienſis † qui de iure non eſt exemptus, ut
dicam infra de priuil. recipimus [*Indultam*]
vel per ſpecialia priuilegia, vel per generales canones
16. quæſtione. 3. quia cognouimus, uel per reſcriptio
nem, Inn. de quo remit. Hoſ. de excep. cum uenerabi-
lis. §. pę. de præſcrip. cū olim [*Denegare*] ſtatuimus præ-
tereà &c. ut ſup. de ſup. ne. præla. capitulo primo, Ho-
2 ſtien. ¶ † Gloſſ. prima, exponit de qualibertate, & de
3 qua obedientia intelligatur litera. ¶ *In † glo. 1. ibi, liberta
te*] facit infra de priuil. ſi papa, libro ſexto [*& in fi.*] in-
fra titu. 2. porrò. ¶ *In glo. 2. ibi, quia cognouimus*] per quod
cap. uidetur, ꝙ ſua auctoritate poterat denegare. Di-
cit Goff. ꝙ liberius deneget, conceditur, ꝙ apoſtolica
auctoritate hoc faciat. 11. diſt. quis neſciat: uel ſecun-
dum eum capitulum, quia, loquitur, cum quis exigit
id, in cuius poſſeſsione non erat: hic exactor erat in
poſſeſsione, uel quaſi, qua lite pēdente priuari nō de-
buit: unde hic fuit neceſſaria papæ auctoritas, ibi, nō.

SVMMARIVM.

1 *Decretalis hæc olim alio ſub titulo fuit, & quo.*
*Vicarij non poſſunt ſibi uendicare prælaturas, de interuertente
poſſeſſionem, nu.3.*
Poſſeſſionis beneficiorum cauſam mutantium pœna, & num.3.
Perſona pro prælatis.
2 *Coniunctiua pro diſiunctiua.*
Fidelitatis ſacramentum à clericis etiam & pro quibus præſtetur.
4 *Additio gloſſarum.*

CAPVT VI.

1 ILlud etiam. Erat † olim in ſecūda
compilatione ſub ti.
de iureiur. & ponit pęnam uicariorum, qui
uendicandas prælaturas ſe exigunt contra prælatos.
Vnde dicebat Inno. hic notandam pœnam illorum,
qui in beneficiis ſibi mutāt cauſam poſſeſsionis. & ſe-
cundum Hoſtiē. ſequens decre. præcedit iſtam [*Perſo-
2 nis*] i. prælatis [*&*] uenit † expoſitiuè: uel ponit pro di-
ſiunctiua. hæc. n. ſunt paria, ſupra qđ me. cauſa. ad au-
res, de arbitris, peruenit, ſecundum Hoſti. [*Sacramento*]
fidelitatis, quo ei fideliter ſeruire tenentur, ſup. de of.
uica. prouideas: uel ſuper penſione, de iu. iur. querelā
Ala. (*Obligari*) cōtra. de reg. iur. indignum. So. illud de
homagio, quod præſtatur à laicis, de ſimo. ex diligen
ti, ſed non à clericis, niſi feudum ad modum laici re-
3 ciperent. Ala [*Erexerint*] quid no. hic Gof. de † vicario
qui interuertit poſſeſsionem, dixi ſupra de reſtit. ſpo.
olim, pri. ſuper prima gloſſ. (*In iure*) ſ. iure ordinario,
uel extraordinario ad rationem poſiti, ſupra de accu-
ſa. ſi conſtiterit (*Epiſcopatum*) maxime, de iureiur. tua,
& c. querelam, ſupra de fideiuſ. peruenit, ſecūdum. T.
4 Vincen. & Hoſtien. ¶ *In gl. 1. ibi, falſarij*] & in hoc remit.
Hoſti. ad no. de cler. non or. mi. cap. primo [*& ibi, pri-
uandi*] etiam præteritis per eadem iura ſecundū Hoſt.
¶ *In glo. ult. in fi.*] ibi dicit de prouincia. ad idem de cri.
fal. capitulo tertio.

SVMMARIVM.

1 *Factum pro declaratione facti.*
*In uiſitatione perſonarum numerus licitus præter euectiones quis,
& nu.2.*
2 *Ad hoſpitalitatem tenentur rectores etiam uiſitationis tempore.*
In pœnam huius decretalis qui incurrunt.
3 *Epilogus,& ſuffragium gloſſarum, nu.4.*
*Quantitatem à leg. uel ab homine conſtitutam præterire quis, imò
prohiberi poteſt exceſſus.*
Noui operis denunciatio impedit opus iure, uel iniuria fiat, in fi.
Additio gloſſarum.
Excommunicationis ſententia non tenet, & quo caſu hic.

CAPVT VII.

CVm ad quorundam. Propter diuerſas lecturas non ſummo. ſe-
cunda ibi, Et ſi (*Concedimus*) ideſt cōceſſum
1 † oſtendimus. ſi. de iureiur. & ſi Chriſtus ad fi. Alij cō-
tradicentes, ꝙ tenerent ſententiæ, niſi obſtaret indul
gentia. Hoſtien. (*Et perſonarum*) Lateran. concilium nil
uidetur dicere de perſonis. ideo dicunt quidā, ꝙ quā-
tus ibi exprimitur numerus euectionum, tantus intel
ligitur præter ſeſſores numerus perſonarū, vt ſic quę-
libet euectio habebat ſuum peditem cuſtodem. abſur
dum enim eſſet, quòd ſeſſores, & maxime ſocij præla
torum ſternerent equos ſuos. & hunc intellectum ui
detur approbare ſtilus curiæ, quo ſępe ſcribit pro nū-
cio ſuo recipiendo cum. 4. equitaturis, & 8. perſonis.
Alij dicunt numero euectionum addendam quartā
partem perſonarum, ut ſi. 30. ſunt equi. 40. perſonæ. &
pro hoc faciat, ſup. de ſtatu mona. in ſingulis, in prin.
& ſic pro tribus ducet unum cuſtodem: uel melius
probat illa decre. ꝙ pro duobus unum, ut ibi dixi. Di-
cebat hic Hoſti. ꝙ prima opinio nimis erat laxa: ſecū-
da nimis arcta, unde dicit hoc boni uiri arbitrio diri-
mendum, conſideratis etiam conſuetudinibus regio
num, & qualitatibus perſonarum, & ſic plures, uel
pauciores concedantur. Habent enim quædam re-
giones de conſue. quòd quilibet equus habeat ſterne
rem. Aliæ uerò habent, & eſt quaſi cōmune ſecundū
Hoſtien. quòd equi habent unum ſternentem. H

SVMMARIVM.

1 *Glorians de crimine clericus ſuſpenditur, & à quibus, & quando, & nu. 4.*
Gloriari, de quibus quis non debeat.
2 *Inter uim facientem, & ui rapientem quæ differentia.*
3 *Epilogus, ſuffragium, & additio gloſſarum, num. 4.*
4 *In purgatione deficiens clericus infamatus deponitur.*
Maledicus, detractor, & Leuis clericus punitur, uerſic. unde dixit.
Publicum, uel notorium non debet impunitum eſſe, uerſi. dicebat hic.

CAPVT IX.

1 QVàm ſit. C.¶Clericus, qui de crimi
ne publicè gloriatur. pro-
pter quod ſcandalum inde ſecutum eſt, ab
officio, & beneficio ſuſpenditur ſecundū
Abb. Et primò ponit exordium. ſecundo narrat factū
ibi, Accepimus. tertiò dat iudicem, cui duo mandat
ibi, Ideoque [*Graue*] de hoc ergo poterit inquiri, ad
hoc. de accuſa. qualiter, de offi. or. c. 1. Hoſtien. [*Male
fecerint*] Senec. de uirtu. tam tibi triſte ſit laudari à tur-
pibus, quàm ſi lauderis ob turpia [*In clericis*] idem de
laicis. unde pſal. Quid gloriaris in malitia &c. & Hie-
re. 9. non glorietur ſapiens in ſapientia ſua, nec fortis
in fortitudine ſua, nec diues in diuitiis: ſed in hoc glo-
rietur, qui gloriatur ſcire, & noſce me. Hoſti. [*Gloriari*]
2 unde lex † diſtinguit inter eum, qui uim facit, & eum,
qui vi rapit, cū ille delictum ſuum celet, iſte verò pu-
blicet. ff. ui bono. rapt. l. 2. in 3. col. §. in hac actione, &
ſequen. ad idem, de pę. di. 1. non tibi dico, & ſupra de
diuor. ex literis [*Vnde*] l. ex qua publica aſſertione [*Ad
propria*] forte ad domum patris [*ſicut*] i. quia de hoc ſu
3 pra ca. proxi. ¶ † Gloſſ. 1. arguit. allegat contrarium, &
4 ſoluit, & de duobus remittit. ¶ [*In 1. glo. ibi. §. ſiquis*] uide
de confeſ. c. 2. ſuper. 1. glo. ¶ [*In glo. 1 ibi, ecce crimina*] uide
circa hoc. c. quod no. de ordi. co. c. 2. ad fi. pe. gloſ. & de
l. ſequenti uide, quod no. de reſcrip. cum cōtingat, in
1. gl. cū ſuis remiſ. de c. hoc vſ, vide quod ibi no. in gl. 2.
[*ibi, ſuſpenditur*] ſm Io. dixit tñ, ꝙ ſi ex eo iſte clericus eſ
ſet infamatus, cōpelleretur ad purgationē, in qua ſi defi
ceret, deponeretur, de adul. ſignificaſti. Dicit hic Phi.
quod in hoc caſu non reciperet iſtius purgationem:
quia quod ſua quiſque uoce &cæ. de probat. per tuas
[*Et ibi ſcandalum*] unde dixit hic Inno. quòd hic nō pu-
nitur propter fornicationem, de qua non conſtabat:
quod patet, quia ſi conſtitiſſet, non fuiſſet coactus vir
vxorem recipere: ſed punitur, quia ex tali cōfeſsione
apparet illum maledicum, detractorem, & leuē, quo-
a rum quodlibet ſufficit ad pęnam imponēdam, Rō.[a]
Inno. locum haberet, quando quæreretur de fornica-
tione ſecuta coniugum. ſed hic forte dicebatur præ-
ceſsiſſe. Item per confeſsionem bene poteſt conſtare
de crimine confitentis contra ſe, non contra ſocium,
de cōfeſ. c. 1. Dicebat hic Ho. ꝙ hæc decre. ponit ſpecia
lem pœnam clerici de delicto publicè gloriantis. quę
gloriatio cum ſit graue crimen, ut in prin. & publicū,
uel notorium, non debet eſſe impunitum, de ſen. exc.
ut famæ, etiam ſine accuſatore, de accu. euidentia, ma
ximè cum alius inde damnum incurrit, de poſtu. c. fi.
& maxime circa matrimonium, ut hic. ¶ [*In gl. ult. in fi.*]
ſupra de ſpon. ex parte, & c. ueniens. nec enim dictum
unius ſufficit ad ſeparationem ſup. de eo, qui co. con-
ſan. de illo, licet ſufficiat ad impedimentum, de ſpon-
ſa. præterea, ſecundum Goff.

ANNOTATIONES.

a ¶ Ratio. Dictum tamen eſt uerum ad iſtum text. & illud tenet hic glo. & Hoſt. in c. proxi.

SVMMARIVM.

1 *Epiſcopus, cuius auctoritate homicidium eſt commiſſum, à quibus deponatur.*
Cauere debet, ne ex ſuis uerbis inducat ad ipſum, nu. 2.
Hoſtienſis magiſter Iacobus præpoſitus Albigan.
Homicidium committit, qui hortatur, uel conſulit, & irregularis eſt, nu. 3. 7. & 9. uel ratum habet, nu. 9. ut fiat hortatio nume. 3. 7. & 9.
2 *Ne moriatur quis intercedere debet eccleſia, nedum ut moriatur hortari, in fin.*
3 *Populi clamor exaudiendus non eſt.*
Approbatio fit etiam facto.
Auxilium datur per hortationem.
Lignum benedictum, per quod fit iuſtitia.
Epiſcopus conſecratur, recipit characterem, & habitum retinet ſine ſacerdotio, in fin.
4 *Amotio hic habet uim depoſitionis.*
Viſitator à beneficio remouet, & quis.
5 *Epilogus, & ſuffragium. nu. 6.*
Latitare quis dicatur.
7 *Additio gloſſarum.*
Ex conſilio quando quis non fiat irregularis, innctagio.
8 *Abſentem quando ſufficiat requiri, licet peremptorium non ueniat ad eius notitiam.*

CAPVT X.

1 EX literis. Caſus. Epiſcopus † cuius
auctoritate homicidiū
eſt commiſſum, ab altaris miniſterio, &
officio pontificali, & epiſcopatus admini-
ſtratione deponitur. Et primò narrat factum, quod ſe
cundò diffiniendum dimittit ibi, Nos autem [*Piſano*]
tunc. T. Villa. dicit Hoſtiē. ſe audiuiſſe à magiſtro ſuo
Iaco. præpoſito Albigan. ꝙ villa dicitur Albeſtang.
[*Iuriſdictionem*] tēporalem [*Puniretur*] indicauit ſeipſum
fur iſte [*Eidem*] iudici [*Præſentia epiſcopi*] in hoc ſimiliter
deliquit epiſcopus, ut ſequitur [*Combuſtus*] nec mirum,
ſi ſeruens erat [*Reſpondit*] ut probatum erat per teſtes
2 [*Euaſerit*] dicit † Innocen. hæc uerba non ſolum in epi-
ſcopu poteſtatem habente, ſed etiam in alio conſilia-
rio irregularitatem inducere. l. di. ſi quis uiduam [*Au-
ditis*] per hęc tamen uerba uidebatur epiſcopus taci-
tè, uel turbatè cōſentire, ut ſupra de ſimo. Matthæus.
Caueat igitur epiſcopus ſecundum Hoſtien. ne dicat
iudici, uel officialibus in ſuſpēdio hominis iā ad mor-
tem iudicati, Eatis, & iuſtitiam faciatis, ſicut refert de
quodam epiſcopo, qui cum intraſſet cum aliis duo-
bus epiſcopis palatium Nitię, & alii duo intercederēt
penes iuſtitiarium pro liberando quodam, qui duce
batur ad ſuſpēdium, tertius epiſcopus iuſtitiario ſe in
eo reddenti difficilem dixit, Eatis in nomine Domini
& ueſtram iuſtitiam faciatis, & tunc iuſtitiarius fecit
hos uer. Præſulis hic motus nō eſt ſine crimine totus.
Aut eſt ignotus, aut eſt pietate remotus. Pro talibus
enim intercedere debet eccleſia, de uer. ſig. nouimus
3 [*Clamor † populi*] qui tamen exaudiendus nō eſt, de elec.
Oſius (Epiſcopus) & ſic ipſo facto ſentētiam approba
uit. l. diſt. ſi quis uiduam [*Multitudine*] & ſic auxilium
dedit ſuſpenſioni eius, uel tacitum mandatum, quare
irregularis eſt l. di. ſi quis uiduam. Inno. [*Suſpenſus*] be-
nedictum lignum, per quod fit iuſtitia, Sapien. 14. [*Li-
teris*] prædicta omnia continentibus [*Vidimus*] forſan
illas reſeruauit, uel ut ſuſpectas aperuit, de offi. deleg.
cum olim [*Aſſerat*] q. d. papam ex multa occupatio-
ne oblitum. 23. di. præterea [*Idem epiſcopus*] Albigan. cō
tra quem fuerat inquæſitum [*Perquiſitus*] i. ualde quæ-
ſitus, & ſicut moris eſt, in audientia proclamatus [*Mi-
niſterio*] tanquam irregularem [*Adimpleri*] non negat
characterem epiſcopalem recipi, & habitum retineri
ſine

ſine ſacerdotio: ſed dicit executionẽ nõ haberi [*Alioquin*] ideſt ſi monitus noluerit cedere [*Amouentes*] ſic
4 † ſupra de accu. cum dilecti, in fi. & habent hæc uerba
uim ſententiæ depoſitionis, ſupra de do. & contu. ueri
tatis, ad fi. ſecundum Inn. ¶ No. autem per hoc Ab. viſitatorem à beneficio remouere. Sed dicit hoc fuiſſe
ex ui ſpecialis mandati quò ad hunc caſum, & de reſcrip. dilectus. 1. [*Canonicam*] de elec. quia propter [*Idonea*] de elec. cum in cunctis [*Prouideri*] dicebat la. ut refert Ho. ꝙ quicquid hic dicatur, iſte man ſit epiſcopus,
5 & epiſcopus deceſsit. ¶ Secunda glo. reſpon. per quæſtionem, an epiſcopi, uel clerici principibus in criminalibus conſulere poſsint. ¶ Gloſſ. 5. no. quod ſufficit
abſentem requiri, licet &c. alle. in cõtrarium, & ſoluit.
6 ¶ † *In gl. 2. ibi, qui quæſtionem*] uide de offic. or. ſi ſacerdos,
ſuper gloſſ. 2. ¶ [*In 3. glo. ibi §. illud ſciendum*] latitat etiam
is, qui eſt in eodem foro, ſi circa columnas, uel ſtationes ſe occultat. ¶ [*In quinta gloſſa. ibi, & ſiquidem*] ponit caſum decre. cauſam, de dolo & contu. [*& ibi. §. ſi præſente*] has duas uide de emptio. c. fi. in 1. gloſſ. [*Et ibi, exercitu*] hanc & ſequen. uide in c. quoniam, ſtatim alle. ſuper glo. ſi non poteſt [*Et ibi, diuus*] uide de crimine
falſi. c. pen. ſuper 1. glo. [*Et ibi, ea quæ*] uide de re iudi. cũ
7 Bertoldus, in 4. gloſſ. ¶ [*In glo. 2. ibi, poſtulaſti*] ubi de hoc
dic, ut infra de homi. prælatis, li. 6 [*Et ibi, extra iudicium*]
reſpondendo de iure. & idem not. Io. 3. diſt. omnis qđ
intelligit Hoſtien. quando crimen de proximo non
imminet puniendum, remittit ad no. ſupra ne cle. uel
mo. clericis, ubi dixi ſuper uer. officium. & de hoc in
8 ſpe. de lega. §. iuxta, uer. quid ſi iudex ¶ [*In † glo. no. quòd, ibi, abſentem*] qui de contumacia, uel culpa no. ſecundũ
Inno. qui alle. 7. q. 1. præſentium, qui fil. ſint legit. cauſam [*& ibi, prolatum*] & ſic ſoluit contraria, dicens illa lo
qui, ubi abſens de calumnia, uel culpa non notatur.
& eſt ſi. quod dicam de dolo, & contu. cum dilecti, in
fin. [*Et ibi §. 2.*] dic ut ibi in glo. ſi non poteſt [*Et ibi, caueant*] ubi de hoc (*& in fin.*) Hoſtien. remittit de do. &
contu. c. fi. ¶ [*In glo. relatione in fi.*] ſupra de procur. in noſtra, de re iudi. cum Bertoldus. Vin. ad hoc infra c. pro
9 xi. ¶ [*In glo. unde in fi.*] forte idem in eo, qui ratum habet
homicidium ſuo nomine commiſſum, arg. ſupra de
ſimo. ſicut ff. de ui & ui arma. l. 1. §. quoties. Vin. & melius, de ſen. excommu. cum quis, lib. 6. ¶ [*In glo pe. in fi.*]
& 42. di. ſollicitudo. ¶ [*In glo. ul. ibi, coadiutor*] & per quẽ,
dic ut infra de cle. ægro. c. uno. lib. 6.

SVMMARIVM.

1 *A dignitate obtinenda repellitur uſurarius, & publicus aleator, eius porta quibus non aperiantur, num. 6. in fin.*
Pertinere quid ad nos multis modis dicitur, & quibus.
Hoc uerbum admittitur in libello.
Publicum, pro notorio.
2 *Taxillorum ludo quæ crimina proueniant, num. 5.*
Electo crimen quando poſſit opponi, num. 3.
3 *Crimina quæ obſtent agenti poſſeſſorio, uel petitorio.*
4 *Actionem cui damus, fortius exceptionem, & quando locum habeat hæc regula.*
Imago pro umbra, uel uelamine.
5 *Ludos appellat quis eos, unde crimina naſcuntur.*
6 *Propter indignitatem, uel uilitatem ſi quid irritatur, infamia irrogatur, & quando.*
7 *Negatiua pura & indeterminata probatur per teſtes, cum de ſcientia, uel conſcientia quæritur aliquorum.*
Coarctata etiam probatur, num. 8.
Apertura literarum per teſtes probari poteſt.
Indicium plurium probatio ſufficiens.
9 *Super exceptione propoſita, ſuper qua lis non fuit conteſtata, an ui ſi papa liceat iudicare.*
Condemnatio an nulla ſequi poſſit, ubi nulla petitio.
10 *Inconſtantia reprobatur.*
Indignum eligens priuatur electione, & quæ.
Si indigno notoriè prouideatur auctoritate, an is, ad quem ſpectat electio, poterit eligere prouiſione non obſtante, nu. 16.
Quid ſi compromiſſarij talem elegerint, ad quem poteſtas eligendi deuoluatur, nu. 17.
11 *Epilogus ſuffragium, & additio gloſſarum, num. 12. & 13.*
14 *Conuiuia quibus non liceat facere.*
15 *Electione, ſeu conceſſione prima non caſſata, non ualet facta poſterius, & an id ſit indiſtinctè uerum, num. 16.*
Ex quo facta eſt, unde pendeat, num. 18.
Confirmationis electionis, uel eius, quod uicem eius obtinet, effectus atque uis, & quando non obſtet.
Poſſeſſionis item effectus quidam referuntur.
16 *Prouiſio ſi fiat indigno, uel contra tenorem mandati, nunquid illi, ad quos electio ſpectat, ea non obſtante poſſint eligere.*
Quid ſi fieri ſub conditione mandetur, & non extet.
Poteſtas à papa, uel eius delegato nunquam deuoluitur ad inferiorem, num. 19.
Prouiſio quando non reuerti debet ad delegantem, ad quem reuertatur, uer. In ſecundo uerò. unde pendeat, cum facta eſt, nu. 18.
18 *Stipulatio pendet ex partium uoluntate.*

CAPVT XI.

1 INter dilectos. Caſus. Ab † obtinenda dignitate repellitur uſurarius, & publicus aleator. & ſunt duæ partes. In 1. factum deciſè
narratum. In ſecũda ibi, Nos igitur, ipſius diffinitio,
quæ ſubdiuiditur in tres. In 1. diffinit de Petro. In 2. de
Bernardo. In 3. de cãtore. 2. ibi, Præterea. 3. ibi, Quia verò [*Pertinebat*] de longa conſuetudine, uel ſpẽali priuilegio, ſupra c. ad hæc, & c. ad aures. Aliud de iure communi, de offi. Archi. cum ſatis, de ele. cum eccleſia. &
no. uerbum, pertinere licet latè pateat, admitti in libello. de hoc. de fid. inſtru. inter dilectos, de reſti. ſpo
cum ad ſedem, ſecundum Hoſti. [*Canonicè*] uterq; falſum dicebat, ut patebit infra [*Atteſtationibus*] remiſsis
per iudices, quibus fuerat cauſa commiſſa, ut ſequitur [*Publicum*] ideſt notorium, de accuſa. euidentia [*A-*
2 *leatorem*] hoc prohibetur: quia † taxillorũ ludo multa
crimina proueniunt, quæ poſuit hic Hoſtien. per uer.
quos hic non exponit. ſed ponit & exponit in ſum.
eod. titu. ſub. §. clericus, & ſequen. unde ibi uideas, &
hic omitto [*Vſurarium manifeſtum*] no. non ſolum ante
confirmationem, & conſecrationem opponi crimẽ
electo, ſed etiam ante poſſeſsionis apprehenſionem,
ſi de illo ſit infamatus, de accu. accedens, quod dic, ut
3 ibi. Sed † quid ſi agat poſſeſſorio, cum fuit ſpoliatus?
Reſpon. non eſt talis exceptio admittenda, de reſtitu.
ſpo. in literis. & c. itẽ cum qs, & uide quod dixi, de con.
præ. poſt electionem, in gloſſ. ſententiam. Quid ſi talis
agit petitorio amiſſum beneficium repetendo? Dicit
Inn. quòd ſi obicitur tale crimen, quòd inducit illius
beneficii priuationem, puta quòd eſt hæreticus, uel
propter crimen beneficio, quod petit, ſententialiter
priuatus, admittenda eſt exceptio. 8. diſt. quo iure. 23.
q. 6. c. 1. & 2. Si uerò aliud crimen opponitur, puta, ꝙ
ſit adulter, piurius, vel ſimoniacus de alio beneficio,
non admittetur exceptio: quia probata non releuant
excipientem, ar. de offic. dele. cum contigat, cum ſuis
concor. nam & ſi probaretur, talis nõ priuaretur pro
pter hoc per modum exceptionis, ſupra de ordi. cog
cum dilectus. §. fin. uide quod dixi de elec. auditis, ſuper ul. gl. uer. ſed quid ſi. Si autem opponitur ei, quod
contraxit matrimonium, dicunt quidam hanc exceptionem, quia ipſo facto renunciaſſe uidetur, admittendam eſſe. Alii contra. Innocen. idem poſuit Compo. de elec. quòd ſicut, ubi uide poſt glo. pen. col. uer.
ex his, ubi allegat ad primam partem, quæ ſine dubio

teneu-

tenenda eſt,ex quo quæris de agẽte petitorio. & uide
4 de renun.ſuper hoc,de reſti.ſpo.accepta.Sed † contra
dicta ſuperius oppo.Iſte qui excipit,contra illum age
re poſſet de crimine, & cui damus actionem , fortius
exceptionem, infra de re.iu. qui agendum,lib. 6. Sol.
dicit Inno.& Hoſtien.regulam locum habere, quan-
do de eodem & ad idẽ agitur,& excipitur.actio uerò
competit ad tuitionem rei familiaris,& exceptio ſimi
liter.Sed nos loquimur,quando unus proponit actio
nem ad recuperationem rei familiaris,& alius vult ex
cipere ex actione,quæ competit ad uindictam,ubi re
gula illa non habet locum ſecundum illos [*Qua*] ſcili-
cet conſuetudine,uel cuius obtentu [*Nos tamen*] quòd
circa eundem.P.&c.ut ſequitur [*Imagine*] ideſt umbra
a uel uelamine.ſic ſupra de cõſue.quanto [*Improbamus*]
5 quis enim ludos† appellet , ex quibus crimina oriun-
tur.q. d. nullus, in proœ.digeſtorum.§. illud uerò.&
ideo dicitur alibi.quòd quidam ludos neſcientes, ſed
nominationes tantum, proprias ſubſtantias perdide-
runt,ut in l.græca, alearum ludus , quam quidam ha-
bent.C.de reli.& ſump.fu.& ale.nſu.ſecundum Hoſt.
6 [*Indignitatem*] hæc uerba† infamiam irrogant. Innocẽ.
cum cauſa cognita proferuntur:alias ſecus. C. ex qui.
cau.infa.irrog.l. uerbum, & l. interlocutio , Hoſtienſ.
[*Irritandum*] immò debuit dicere,Irritum nunciandũ,
de elec.cum in cunctis. Hoſtien.[*Dignitatis*] uel aliorũ
legitimorum actuum per iura,quæ alleg. gloſſ.[*Proba*
7 *tum*] mira probatio.& no. †quòd licet pura & indeter
minata negatiua per teſtes probari nõ poſsit, de hoc ,
de elec.bonæ.1.probatur tamen,cum de ſcientia , uel
conſcientia quæritur aliquorum, de homi. ſignifica-
ſti,de proba.tertio,de teſtibus.tam literis, in fin.quod
dic ut dixi de elec.bonæ. 1. Dicit Gof. quod per teſtes
probari poſſet , quòd ille uel alius eo ſciente literam
aperuit,& abſentibus iudicibus illam clam inſeruit,ſu
pra de reſcript.olim [*Vltima clauſula*] qualis fuerit hæc
clauſula,ignoramus.poſſet tamen hoc exemplificari
8 per decre.olim,de reſcri.[*Non fuerat*] hic patet† negati
uam contractam probari,de quo ſatis dixi,de elec.bo
næ.1.[*Ipſorum*] iudicum.& ſic no.ſecundum Inno.ſuf-
ficientem eſſe iudicum probationem , quando ſunt
plures. de hoc ſupra de teſti. cum à nobis. ad idem ſu-
pra de ac. cum dilecti [*Depoſitionibus*] dicebat Hoſtien.
quòd primi iudices hoc depoſuerunt coram ſecũdis,
per quos vtrę; atteſtationes fuerunt remiſſę:uel hoc
non fuit probatum,ut ſequitur [*Abſoluendum*] ex pleni
9 tudine poteſtatis:quia ſuper propoſita, maximè ſuper
qua fieri non debeat lit. conte. alii iudicare non lice-
ret,ſecundum Inno.uide quod dixi poſt eum , de elc.
ſuper eo. ſuper. t. gloſſ. in fin. & quia nec agebatur ad
pœnam aliquam infligẽdam.& ubi nulla petitio, nul
la condemnatio,uel abſolutio ſequi poteſt, de or. co.
cum dilectus,ſecundũ Hoſtien.[*Prætermiſeris*] ſic tacitè
innuens eas falſas.unde poſtea uidetur non poſſe uti
eis.C.de fid.inſtru.l. 3.Vin.[*Duorum*] qui ſufficiunt. 4.q.
3.ubi numerus,ſupra de teſti.licet.1.[*Inconſtantiam*] hæc
10 † inconſtantia reprobatur a iure , ut ſequitur.ad hoc.
ff.de procu.in cauſæ. t.reſpon.ff.de ad.tu.cum quære-
batur.ff.de ne. geſt. ſi negocia.ff. de ſerui. ſicui ſimpli-
cius.ff.de inter act.ſed & ſi pupillus.§. ſed ſi aliàs, Hoſt.
[*Hac uice*] ſed non ne priuatus erat cõferendo indigno.
So. uidebatur purgatum uitium per ſecundam con-
feſsionem factam ab eodem cantore:quia non puni-
tur,niſi in prima electione, quæ poſt primã uicioſam
occurrit. ne igitur ex iterato delicto iterum uideatur
ius ſuum recuperare , etiam hac uice , quæ primò oc-
currit,expreſsè priuatur Hoſti.Sed Goff.exponebat.i.
in hac uacatione,de elec. conſiderauimus [*Auctorita-*
te noſtra] nam & ſine delicto,uel negligentia poſſemus
illa conferre,de cõceſ.prę̃b. quia diuerſitatem, de ſup.
11 ne.præ.Romana,lib.6. Hoſtien.¶† Gloſſ. 1.obiicit, &
ſoluit.¶ Glo.ſi ſupra,alle.ſimile,ſignat contrarium.&
ſoluit.¶ *Glo.unde non*] quærit,arguit pro, ſoluit contra-
rium. ¶ Antepen. gloſſ. no.ꝙ ſecunda ſit nulla.ſignat
contrariũ,dat ſol.incertam. ſecundò ſignat aliud con
12 trarium , & ſoluit. ¶ *In gl.C.de dedi.ibi,Neque famoſis*] hãc
& ſeq.uide de teſti.licet ex quadam,ſuper gl. perſonis.
13 ¶ *In glo.1.ibi.prohibetur*] etiam intereſſe [*Et ibi,clerici*] vbi
idem no. [*& in fine.*] de hoc ſupra de uſuris , præterea.
¶ *In glo.2.ibi,adequatur*] & idem no.47.diſt.cap.2.& in fi.
Vin.unde non ludit,licet in ludo fiat ſecundum Hoſt.
14 ¶ *In glo.3.in fi.*] idem no.35.diſtinct. capitu.1.dicit† Phi.
hic hoc uerum de laicis:ſecus de clericis, quibus non
licet facere conuiuia,44.diſt.non oportet,& c.non li-
ceat,Sed Goff.per illa iura dicit idem de laicis non fo-
cijs , quibus etiam non licet conuiuia facere præterq̃
ex intentione charitatis,ut 8.diſtinc.conuiuia. Agape
enim ideſt conuiuia pauperũ licitè fiunt.41.di.ſi quis.
¶ *In gloſſa hac uerba,in fi.*] & pſal. Ne declines cor meum
in uerba malitiæ ad excuſandas excuſationes in pec.
catis.Hoſti.¶ *1 glo.qui peccatum,in fin.*] & pone exemplũ
82.di.plurimos.¶ *In glo.arg. quòd,in fin.*] & de reſcrip. ad
aures.¶ *In glo.ſequen.in fi.*] Io.& de reg.iu.in regula. pen.
¶ *In glo.ſi. ſupra ibi , in literis*] quæ ſunt de gratia , non de
ſimplici iuſtitia.eod.titu.c.pe.& dic ut ibi [*Et ibi,exten-*
15 *ditur*] ſecundum Io.& Vin.¶ *In gl.unde non,ibi,non† caſſata*]
quod intelligit In.ſiue ex interuallo, ſiue incontinen
ti ab eadẽ parte ſecũda collatio ſiue electio attẽtetur ,
ſupra de poſthu.prę.gratum,& c.bonæ.2.§.cæterũ.ibi,
Temere recedentes. & eſt hoc etiam intelligendum ,
quando ſecunda attentãtur,prima electione,uel pro-
uiſione iam publicata,ſupra de electi.cum terra , & c.
publicata,ſupra de electi.cum terra,& cap.publicatio.
aliàs autem,ſi prima eſt nulla eſt ipſo iure,etiam is , q
fecit,ſecurè poteſt procedere ad ſecundam , ar. ſupra
de elec.cum in cunctis.§.pe.& fin.& de re iudic. cum
olim.1.§.nos igitur.ſecus autem, ſi prima, quæ etiã nul-
la eſt,confirmata eſſet ſiue bona fide, ſiue fruadulen-
ter,dummodò teneat confirmatio. tunc enim nõ va-
leret ſecunda:quia iam non uacat eccleſia. immò obe
diendum eſt confirmato,qui iuſtè poſsidet. Et idem ,
ſi non poſsidet,de conceſsio.prę̃ben.poſt electionem
ar.8.q.4.nonne.ff.de acqui.poſ.iuſtè,ſecũdum In. qua
ſi valeat tuitione iudicis,& ſi non ipſo iure.ff.quod cũ
fal.tu.l.1.§.pe.in fin.& ar.ſupra de elec. cum dilecti.§.
fin. Et ſi dicis, quòd cum nulla ſit electio, in rem non
tranſeat iudicatam,ad minus uocandus eſt is,qui poſ-
ſidet.ff.quæ ſententiæ ſine appel.reſcin.l.1.§. Item cũ
ex eo edicto,ſupra de ma.& ob.inter quatuor,vt ſicut
adminiſtratio ſibi conceſſa eſt per confirmationem ,
eodem modo ſibi auferatur per infirmationem,infr.
de regu.iur.c.1.& de hoc no.ſupra de teſti. ſpo. in lite-
ris.§.reſpondemus.Quod autem dictum eſt de confir
matione,idem dicendum eſt, & ſi aliud interuenerit ,
quod uicem obtineat confirmationis,ut ſi alicui aſsi-
gnatum ſit beneficium per eum , ad quem ſpectat, &
inductus ſit in poſſeſsionem cum debita , & conſueta
ſolennitate, argu. ſupra de conceſ. præben. ca.1. & c .
quia diuerſitatem,& c.cum noſtris,& c.ſe.& c.literas,
& uide,quod dixi, eo.ti.propoſuit,in princ. & in dec.
poſt electionem,in gl.deuoluitur,niſi forſan conſta-
ret electionem , ſeu prouiſionem factam eo tempo-
re , quo ad alium eſſet ius prouiſionis , ſeu electionis
per lapſum temporis deuolutum:.quia tunc non ob-
ſtante tali electione , ſeu confirmatione poteſt is , ad
quem deuolutum eſt ius per lapſum temporis,proce
dere ad electionẽ,ſiue collationem,ſupra de ſup. neg.
præ.c.ſi.& idem eſt,ſi conſtat ipſam factam ab illo , q
nullum ius habebat,ſupra de re iu.cum Bertoldus, in
fi & confirmatio facta eſſet uocato eo , ad quem per-
tinet

tinet electio, ſiue prouiſio, ſiue eo ſciente, & non contradicente: quia tunc bene noceret, ſupra de re iu. quãuis. ff. de mino. etiam, in fin. Nec ob. ſupra de conceſ. præb. poſt electionem: quia ibi non dicitur deuoluta eſſe poteſtas eligendi ab archiepiſcopo ad capitulum ex aliquo, quod prouiſionem archiepiſcopi præceſſiſſet, ſed ex eis, quæ poſtea contigerunt, ſcilicet quia electus non erat debito modo repræſentatus capitulo, & propter renunciationem, & abiurationem poſtea ſubſecutas. & ideo non ualuit electio facta à capitulo, prima non caſſata. obſtat tamen quandoque exceptio etiam poſt cofirmationem, ut not. ſupra eod.
16 c. §. 1. ſuper uer. ac uſurarium. Sed † pone, quòd aliquis prouidit auctoritate papæ alicui notoriè indigno, vel contra tenorem mandati, nunquid illi, ad quos ſpectat electio, poſſunt alium eligere, non obſtante tali prouiſione? Videtur quòd ſic, ar. ſupra de elec. cum in cunctis, in fi. & c. auditis, ſupra de reſcrip. cum dilecta, in fi. & quia electio de facili debet redire ad naturam ſuam. ff. de pac. ſi unus. §. pactus, uer. ꝙ ſi non ut tolleret. Contrarium tamen eſt dicendum, quia nũquam à papa, uel delegato ſuo deuoluitur poteſtas ad inferiorem. hoc enim non inuenitur ſcriptum, ergo denegandum, ſupra de conceſ. præb. quia diuerſitatem, de ſup. ne. præ. Romana, lib. 6. Item indgnum eſt, ꝙ ex quo papa ad ſe reuocauit prouiſionem, uel alii delegauit, ad inferiorem reuertatur ſine licentia papæ, ar. ſupra de poſthu. præla. bonæ. 2. §. nec nocebat, ſupra de offi. le. quòd traſlationem, & c. licet, ut li. pen. eccleſia. i. 2. & 3. q. 6. multum ſtupeo, ſupra de iudi. cum ueniſſet. & tamen uerum eſt, ꝙ non ualet id, quod delegatus fecit. nec impedit, quin ille, ad quẽ ſpectat, eligat, ſed ſola delegatio ſuperioris præſtat impedimentum, ar. ſupra de præben. inter cætera. Nam ad locum, unde exiuerunt flumina, reuertũtur. Ecc. 1. ſic & iuriſdictio delegati debet redire ad delegantem, ſupra de offi. dele. ſuper quæſtionum. §. porro. Sic enim redit electio ad naturam ſuam, & delegans facta caſſatione prouidebit. Alii dicunt, & forte melius, ꝙ ubi mandatũ nullum eſt, puta quia impetratum eſt per ueri ſuppreſſionem, ut prouideatur indigno, tunc nõ impeditur electio. Idem, ſi mandetur prouideri ſub conditione, & non extat conditio. de hoc de præſump. c. fin. Secus, ſi ſcriberetur pro illo, cui nõ poſſet prouideri ſine diſpenſatione propter irregularitatem, uel defectum, nõ propter crimen. tunc enim prouiſio intacta reuertitur ad delegantem. Ratio diuerſitatis eſt, quia in primo caſu omnino eſt mandatum ſubrepticium, nec diſpenſari poteſt. In ſecũdo uerò uerisimile eſt, quòd is, qui conceſſit principale, ſcilicet prouiſionem, concedere debet & acceſſorium. ſ. diſpenſationem, ar. ſupra re iudi. cum olim. §. nos igitur. ff. d offi pæto. Barbarius, in fin. & no. quod quando prouiſio nõ debet reuerti ad delegantem, potius reuertitur poteſtas ꝓuidendi ad aliũ delegatum, qui in eadem eccleſia habet ſimilem poteſtatem, quam ad illos, ad quos pertinet de iure communi, dummodò literæ fuerint præſentatæ, ſupra de reſcrip. capitulum. hoc bene probat Cle. de exceſ. præla. c. uno. alii dicunt, ꝙ ex quo prouiſio à delegato facta nulla eſt, nõ impedit, quo minus alii delegati prouidere poſſunt, uel ij ad quos ſpectat de iure communi, ſupra de præb. de multa. Si tamen delegatus impetratur poſt, quam alicui per ordinarium, uel alium, ad quem ſpectat, fuerit prouiſum, & poſſeſſionem adeptus eſt, non ualet reſcriptum, niſi ibi de poſſeſſione, & proceſſu mentio habeatur, ſupra de conceſ. præben. cum noſtris, & c. literas, ſecundum Innoc. cuius eſt quaſi hæc tota glo. Poteſt dici, quod nunquam impediuntur ii, ad quos ſpectat de iure communi eligere, ex quo ſua uacat eccleſia, per commiſſionem ſuper prouiſione facienda emiſſam ubi ij, quibus commiſſum eſt, nihil egerint, uel commiſſio ſurrepticia eſt, niſi per interdictum eis factũ, uel alio modo appareat, quòd ſuperior hac uice prouiſionem ſibi uoluerit retinere, arg. ſupra de elect. innotuit §. fin. & c. fin. & de præb. inter cætera. Nec enim eſt uerisimile, ꝙ prima facie ſuperior prouiſionem eccleſiæ in perpetuum uoluerit impedire, imò intentio ſua eſt, ut cito prouideatur, & eccleſiarum periculis occurratur, ſupra de elec. ne pro defectu, & c. quia propter. de hac tamen materia no. plenius, ſupra de elect. dudum. 2. §. nos igitur, ſuper uerſic. diſpenſatio, dic ut ibi. Compo. in decr. capitulum, de reſcript. dicebat ſe defendiſſe tempore Innoc. ꝙ quacunque de cauſa collatio executoris ſit nulla, non impediatur poteſtas ordinarii, ſicut de electione dicitur, ſupra de elect. auditis, ſed dicit demum hoc verius, ꝙ impeditur, dummodò in literis Papæ ſit uerſic. reſeruamus. Item ſi nomẽ eius, pro quo ſcribitur, nõ eſt in litera, dicit tunc Compo. in hoc omnes concordare, ꝙ nil poteſt circa beneficium ordinarius, etiam ſi executor prouideat indigno, ad id quod dixi, de elect. Reſpõdet per id, quod
17 dixi ſupra uerſic. & tamen. ¶ Quærit † etiam Hoſt. quid ſi compromiſſarij ſcienter indignum elegerint, tunc non redit electio ad capitulum, ſed ad Papam, quia cõſtitutio, ſupra de elect. ne pro defectu, indiſtincte loquitur, unde ſiue per capitulum, ſiue per compromiſſarios ſteterit, quo minus intra tempus canonicũ prouideatur, ad ſuperiorem poteſtas deuoluitur prouidẽdi. Sed quod compromiſſarij faciunt, qui uicem omnium gerunt, totum capitulum feciſſe uidetur, ſupra de elect. quia propter. §. uel ſaltem, ſecundum Innoc. quando compromiſſarij negligentes ſunt, hoc admitto, quando uero delinquunt, contradico, ut patet in eo, quod not. ſupra de elect. ne pro defectu. §. 1. Hoſt. & dic ut hodie habes, de elect. ſi compromiſſarius, libro 6. [*& in fi.*] dicit Abb. ꝙ cum id eſſet publicum, ut dicit tex. illud non potuit ignorare, ¶ *In glo. ergo fuit, ibi,*
18 *diſſimilia*] ſtipulatio enim † omnino pendet ex partium uoluntate. Electio uerò, ex quo facta eſt, ex iuris auctoritate, & iudicis poteſtate dependet, & idem in prouiſione. ff. de pact. ab emptione. ff. ad municip. ordine, ff. ad Turpil. l. 1. §. 3. & ſupra de elect. publicato. Hoſti.
19 ¶ *In † glo. ult. in fi.*] Inno. uidetur hic tenere contrarium, quia non eſt dignum, ex quo ſuperior, ſcilicet papa reuocauit ad ſe prouiſionem, uel alii delegauit, reuertatur ad inferiorem, ut dixi ſuper gloſſa, unde non ualuit.

ANNOTATIONES.

a ¶ Improbamus. probat iſte tex. papam poſſe damnare conſuetudinem, etiam ſi ad id non ſit actum, de qua uide in c. cum inter, de conſue. per Ioan. An. vbi plenè ad idem concor. & facit, quod no. infra ſuper uer. abſoluendum.

SVMMARIVM.

1 *Abbatibus quæ nõ competant in præiudicium epiſcoporum, nu. 3. 4. ad dict. conceſſione, 5. & 6.*
De epiſcopis in quibus religioſi conquerantur.
Matrimonialis cauſa quibus conſueſcat delegare curia Romana, & cum qua clauſula, ſi plures delegent.
2 *Electus, confirmatus non conſecratus, & ſi ſacerdos non ſit, nunquid ſolennes dare poſſit indulgentias.*
4 *Epiſcopalia uſurpare peccatum eſt, & contra ſalutem minorũ prælatorum.*
Inſignia concedere non poteſt alius, quàm princeps.
5 *Epilogus, & additio gloſſarum.*
Epiſcopalis ordinis quæ non competunt alijs, niſi in caſu.
Epiſcopalis quæ ſunt dignitatis minoribus competere quibus poſſint rationibus.

CA-

CAP. XII.

1 ACcedētibus. Caſus. † Abbates de matrimoniis cognoſcere. publicas pęnitentias iniũgere, indulgen;ias concedere nō poſſunt,
niſi hoc de ſpeciali iure illis competat. & primo ponit
epiſcoporum querelam. cui ſecundo prouidet. ſecunda
ibi, Nolentes [*Partibus*] fuerunt enim propoſitæ hæ que
relæ in concilio generali, vt patet in ſuperſcriptis [*Que-
relis*] concor. de priuile. cum & plantare, & c. tuarum,
& c. paſtoralis, & c. petiſtis. Interdum e contra religioſi
conqueruntur de epiſcopis, ſupra eod. tane, de priuile di
lecti, & c. quanto [*Matrimonialibus*] Curia Romana ha-
bet ex vſu delegare cauſas matrimoniales epiſcopis, &
ſi alios adiungit, ponit clauſulam. quod ſi non omnes,
2 tu frater epiſcope [*Indulgentiarum*] nunquid electus † con
firmatus non conſecratus, & ſi ſacerdos non ſit, has ſo-
lemnes indulgentias dare poteſt? Quod videtur, cum
ſint iuriſdictionis, infra, de pœniten. ꝙ autem. quam il-
le habet, ſupra de electioni. tranſmiſſam. Sed contra,
quia ſecundum quoſdam ſunt epiſcopalis ordinis, &
procedunt ex poteſtate clauium, & per eas pœnitentiæ
eneruantur, infra de pœni. cum ex eo. poteſt dici ſecun
dum Hoſtien. quod hoc non poteſt, cum careat epiſco
pali & ſacerdotali ordine, ſicut nec epiſcopus, qui renũ
ciauit oneri, quia caret iuriſdictione, de ordi. ab epiſco-
po. c. j. Duo vere imperfecta, facere poſſunt vnum per
fectum, ita, quod ſi talis epiſcopus ad eccleſiam talis cō
firmati deſcendat, de illius licentia poterit ſuis ſubditis
indulgentias dare, ſicut & illos poſſet ordinare. de hoc
ſupra de ele. ſuffraganeis. Et ſic ſecundum eum hæc in-
dulgentia eſt mixtæ poteſtatis, quia ſcilicet partim acce
dit ad ordinem, partim ad iuriſdictionem. fatetur ta-
men, quod de conſuetudine electi non presbyteri has
indulgentias etiam presbyteris faciendas committũt,
maximè quando prædicant. Ipſe tamen dicit, quod in
non ſacerdote irrationabilis ſibi videtur hæc conſuetu
do, cum fori ſacerdotalis ſit pœnitentias imponere, &
diminuere, quod idem eſt in effectu, quod indulgen-
tias dare. Fran. Vercel. in decre. at ſi clerici, de iudi. tra-
ctans hanc quæſtionem tenet, quod confirmati in epi
copos, etiam ſi ſint presbyteri indulgentias dare non
poſſint, dicens, ꝙ ſi dicatur, ꝙ dare indulgentias non ſit
ordinis epiſcopalis, negari non poteſt, quin ſit ordinis
ſacerdotalis. illas autem, ex quo in epiſcopum confir-
matus eſt, vt ſimplex ſacerdos concedere non poteſt
per decre. quod ſicut, de elec. & ne videatur decreſcere,
de tranſla. licet. 94. diſt. legimus. 93. diſtin. ſancta. 74. di. ſi
qui. & eadem ratione dicit idem de benedictione fon-
tium, vnctione infirmorum, & ſimilibus. Inducit etiã,
quod vbi papa de indulgētiis loquitur, de epiſcopis mē-
tionem facit, de pœni. cum ex eo, & c. ſc. & ſic non de
electis. nec ob. quod in c. quamuis. 68. diſt. dare indulgē
tias nō ponitur inter epiſcopalia, quia nō ſequitur. ſi ibi
non eſt poſitum, ergo licet, cum ibi potius exempli gra
tia, quam ad ſpecificationem ponantur. nec ob. de tran
ſla. c. ij. vbi dicitur, ꝙ epiſcopalis dignitas nil addit, quia il-
lud verum ad vinculum matrimonii ſpiritualis. Hæc
decre. in fin. non ob. ſecundum eum, quia non dicitur
hic talia per inferiores preſcribi. quod ſi etiam dicere
tur, procedat id in Abbatibus, qui poſſunt presbyterale
officium extendere, ſed confirmati in epiſcopos id non
poſſunt, vt dictum eſt, licet de archiepiſcopo non ha-
bente pallium habeamus, quod impeditur etiam in of
ficio epiſcopali, quod intellige, vt dixi in præ. decre. ꝙ ſi
cut, de epiſcopo, vel Abbate non habemus, quod ante
conſecrationem, vel benedictionem impediatur in of-
ficio presbyterali, nec habet hoc rationem, alias nec eu
chariſtiam conficere poſſet, & facit. 74. diſt. geſta, & ca-
put. honoratus. C. de digni. l. iii. lib. xij. Ex prædictis vide
tur, quod capitulum ſede vacāte, non det literas indul-
gentiarum, licet quidam ſeruent contrarium, vt refert
Archidia. de pœnitentiis, Romana, li 6. & facit ad ma-
a teriam, quod no. in Cle. de hæret. cap. j. in gloſſ. hæc li-
3 tera [*Similia*] ſicut † inſtituere, & deſtituere, quod dic. vt
no. de offic. archida. cum ſatis. de cleri. pere. capitulo, fi-
na. Commendatitias ad ordines dare, de tempo. ordi.
cum nullus. lib. 6. vel grauiora examinare, & diffinire ſi
ne epiſcopo, de offici. archidi. ad hoc, & capi. fin. & epi-
ſcopalia inſignia deferre, ſicut infula, mitra, ſandalia,
anulus, & ſimilia, quæ quandoq; non epiſcopis conce-
duntur, infra de priuile. vt apoſtolicæ, & ſic ſunt potius
epiſcopalis dignitatis, quam ordinis ſecundum Hoſti.
[*Vileſcit*] vt quid enim plus honorabimus epiſcopum,
quam Abbatem, ſi hoc poteſt Abbas, quod epiſcopus
4 [*Salutis*] contra ſalutem † minorum prælatorum eſſe, &
ſic eſt peccatum, quando ſibi vſurpant epiſcopalia [*Ab
batum*] idem multo magis de inferioribus prælatis [*Peri
culum*] non ſolum ſalutis, de quo præmiſit, ſed etiam de
poſitionis ab abbatia, vt puniatur, in quo peccauit, de
tranſla. quanto, ſecundum Hoſtien. [*Conceſſione*] etiam
epiſcoporum, xvj. q. ij. viſis. Vinc. quod intelligit Hoſti.
cum præſcriptione completa, de religi. do. conſtitutus,
de iu. pa. cura. ſaluis inſigniis, quæ alius, quam princeps
concedere non poteſt ſecundum eum, de quo remit.
ad ſum. de vſu pal. §. & quibus diebus, ver. & notādum.
dato autem, quod iſti Abbates per priuilegium habe-
rent inſignia, nō tamē per id aliquod pontificale exer-
cere poſſent, & vide, quod dicam, infra eo. vt apoſtoli-
5 cæ. lib. vj. ſuper ij. glo. ¶ Gl. † ij. ſignat contrarium, & ſol
uit. ¶ *In gl. ij. ibi, quamuis coepiſcopis*] ibi enumerantur ea,
quæ ſunt epiſcopalis ordinis, ſ. conſecrare virgines, ec-
cleſias, & altaria, ſacros ordines conferre, & ſimilia. &
iſta ex præſcriptione, nec ex demandatione non epi-
ſcopo competere poſſunt, ſed nec per ſpeciale priuile-
gium de facili conceduntur. de hoc ſupra de con. ec. vel
alia. aqua. Illa vero, quæ epiſcopalis dignitatis ſunt ali-
quo prædictorum modorum minoribus competere
poſſunt. & de his loquitur hic ſecundum Hoſtiē. qui di
cit, ꝙ aliqui promiſcue vtuntur his verbis, quibus con-
tradicit mens verborum, diuerſitas officiorum, & ratio
naturalis. ipſe videtur in hoc ſibi contrarius fuiſſe in
dec. literas, de reſti. ſpo. vt ibi dixi ſuper j. gloſſ. & vide,
quod dicam de pœnis, fœlicis, in fi. li. vj. ſuper ver. ponti
ficali. [*Et ibi, ex literis*] & ſupra de reſ. ſpo. literas. ¶ *In fi. gl.
pe.*] hoc verum de illa ſolenni, de qua loquitur canon
6 ille ¶ *In † gloſſ. vlt. in fin.*] Idem, ſi per ſcripta antiqua ap-
pareret, quod monaſterium fuerit à prin. ſic fundatũ,
ar. de reli. cum venerabilis, & ſupra de cenſi. quanto.
Dicebat etiam Hoſtien. quod non credebat inſtitutio-
nem auctorizabilem acquiri poſſe per vllam præſcri-
ptionem. remittit in hoc, ſupra de offi. archi. cum ſatis.

ADDITIO.

2 ¶ Hæc. Et vide gl. & docto. in Cle. ſi. de pœ. & remiſ. & beatum Th. in
4. ſen. diſt. 25. & 4.

SVMMARIVM.

1 *Ad reuelandum peccatum in pœnitentia confeſſum non debet vr-
geri ſacerdos, niſi in caſu, & quo, in fin & nu. 4.*
*Cleri vrbis rectores quos, habent iuriſdictionem. Bononia hi quo
appellentur nomine.*
2 *Epilogus, & ſuffragium gloſſarum, nu. 3.*
Reſtituere tenetur qui ſuccedit in vitium, nedum fur.
Furtiuam rem qui emit, ciuiliter pretium repetit domino.
3 *Additio gloſſarum.*
Ad indicandum furem quis cogi poteſt.
*Confeſſor legatione Dei fungitur ſpeciali, & eum papa non poſſet
excommunicare, quod non reuelet confeſſionem.*

CAP. XIII.

1 DIlectus. C. Ad † reuelandum peccato-
rem in pœnitentia cōfeſſum
ſacerdos vrgeri non debet. Et primo ponit
querelam presbyteri, cui ſecũdo prouidet
expreſſa

gium ſcholarium ſancti Stephani,quia cōueniunt ibi, & ſic dicendum de aliis,tamen dicunt,ꝙ pauciores de aliquo officio non poſſunt facere collegium, niſi aſſumant ſibi nomen aliquam pietatem reſpiciens.Quod autem prædicta collegia appellentur perſonalia,vel realia,nō habetur in iure,ſed per ſimile dicitur munerū, & ſeruitutum realium,& perſonalium , ſecus eſt autē in collegiis realib. ciuitatis, & burgi, & eccleſiæ, q̄ ſunt neceſſaria,& naturalia,qualia ſunt, q̄ vel rōne originis, vel rōne domicilij,vel aliis conſimilib. rationib' ꝯhunt, nam huiuſmodi domicilia non licet indifferenter dimittere,& etiam poteſt quis plura talia conſimilia habere. ff.ad muni.l.Labeo,& l.ſeq.Item res talium collegiorū nō diuiduntur inter abſentes.xii.q.ii.§.qui manu mittitur. Azo tamen dixit,ꝙ ſinguli de vniuerſitate de his,quæ in ea conferunt,cum inde recedunt,debet habere partē,& ſic loquitur.ff.de col.ill.l.i.§.fi. Sed de aliis, quæ donantur,vel legantur vniuerſitati,non debēt habere partem,ar.pro hac di.ff.ne quid in lo. pu.l. ii.§.viarū.ſ.de ele.cōiu.qd a te,vbi no.xvi.q.vi.de lapſis. Societas autem, vel ſocii vniuerſorum bonorū , vel alicuius negociationis, vel rei non conſtituunt collegium, vel corpus,quod apparet ex eo,quod dicit l.ꝙ ſocij alicuius profeſſionis poſſunt cōſtituere collegiū.ff.quod cuiuſque vni.l.i.§.i.ex quo apparet, ꝙ ſocietas non eſt collegium per ſe, niſi aliter conſtituatur per principem, vel ſe.con.vel alio modo, vt prædictum eſt.Itē hoc ipſum probatur,ꝙ collegium recidit in vnum.ff. quod cuiuſque vni.ſicut.lxv.di.c.fi.Sed ſocietas morte cuiſlibet ſocij ſoluitur.ff.pro ſocio,adeo,in prin.Item ſi eſſet collegium,non deberet conueniri quilibet ſocius de contractibus initis nomine ſocietatis,ſed ſocietas ipſa tātum. xij.q.ij.qui manu.quod falſum eſt.Hoc.n.datur hæredi, & in hæredem,& ideo male faciunt,qui conficiunt libellos, vel ſtip. vel alios contractus nomine ſocietatis, cum non ſit corpus,niſi expo. i. nomine ſociorum , vt res magis valeat, quam pereat. Sed his videtur contra. ff.quod cuiuſque vni. l. j. in princip. vbi dicitur, ꝙ hæc tria comparētur.ſ.ſocietas,collegium,& corpus.So.loquitur de ſocietate intellectualiter, & iuris, quæ eſt idē, quod corpus, & non ſocietate bonorum.Hoc fallit in reis credendi , vel debendi ſociis, quorum quilibet agit ex ſententia pro alio lata ff.de arb.ſi duo. vbi dicitur, ꝙ ex facto rei credēdi ſocio, qui non compromiſit,datur actio ex ſtipulatu ꝯ reum ſociū, qui compromiſit , ex quo omne damnum pariter conſequitur. ex quo videtur,ꝙ eadem ratione ex ſtip. rei ſocij , qui cōpromiſit, detur actio alij.ar.ad idē.ff.ſi quis cau.ſi duo.§.j.ff.de le.j. l.iij.§.vlt.ff.de duo.re. pro eade.i.rñ.ff.de fideiuſ.l.antepe. & hoc ideo eſt, quia ex eo, ꝙ eſt reus, poteſt totum deducere in iudicium , immo partem deducere non debet. quod ſi faceret, etiam illius partis pars ſocium contingeret,& ex eo,quod eſt ſocius.communicat lucrum & damnum. & ideo inuicem vnum alterius nomine agere,& paciſci videtur. ſecus autem in corporeis tantū, qui nō communicāt lucra. & damna,& ſecus in ſociis tantum,qui non poſſunt deducere in iudicium,vel pa-
c ctum niſi ſuam partem. ᶜ fatemur tamē,ꝙ magiſter ſocietatis pōt pro aliis agere ex beneficio eius. ff. de pac. item magiſtri.Item ſi ratum habet factum ſocij tacite, vel expreſſe,poteſt agere ex facto.ff.pro ſocio,iure.Semper.n.præſumitur nomine ſocij contrahere. Alij tamē contradicunt,aſſerentes,ꝙ licet ex facto ſocij,vel pacto vel re iudicata damnum , vel lucrum conſequitur ſocius alius, vt ſonat præal.lex, & etiam aliquando detur eis exceptio,nunquam tamen datur actio. Lex autē ꝓ ſocio,iure, intelligitur,vt per ſocium.i.per factum ſocij non obligetur ſocius.i.nec lucrum,nec damnum ſentiat ante,quam res, in quibus contraxit , conuerſæ ſint in communem vtilitatem. ¶ Clerici autem ciuitatis vel caſtri nō poſſunt facere collegium ea ratione, quia ſunt in eadem ciuitate,vel caſtro,quia clerici non conſtituunt vniuerſitatem caſtri,vel ciuitatis , vel caſtrum, vel ciuitatem,quod idem eſt,ſed conſtituunt vniuerſitatem ſuarum eccleſiarum,& ciues conſtituunt ciuitatem,vel vniuerſitatem ciuitatis, & caſtellani caſtrum, ſed bene poſſent conſtituere vniuerſitatem cauſa religionis,ſcilicet,vt miſſas celebrēt pro viuis,& defunctis, vel conſimilibus. Item videtur, ꝙ cum iſta collegia , & rectores eorū ſubdita ſint maioribus,& ordinariis poteſtatibus,ꝙ ad eorum dictum deſtrui poſſunt,& prohi-
d beri,ne incipiant ſecundum Inn.qui hæc no.hic ᵈ ad literam , dicens per hoc ſupplendum, quod notauit,de off.ord.cum ab eccleſiarum,& ibi dixi poſt eum,& Hoſtien.quæ collegia deferant iuriſdictionem ordinariā. [*Et ibi,item dicitur corpus*]ab hinc poſuerunt Goſ.& antiqui hanc glo.ſ.de conſti.cum omnes,in prin.[*Et ibi,non*
7 *erat*] ibi eſt ratio diuerſitatis in promptu,†quia hoc caſu ſi petenti ſingula capita non obſtaret exceptio , ergo contra rem iudicatam eſſet reperiri vendicari totum gregem,quod non eſt in toto , quod habet partes integrales.nam & ſi vendicarem ſingula tigna, vel lapides, non propter hoc peruenirem ad domum, ſed ad aceruum tignorum , vel lapidum. [*Et ibi,corpus*] & vir cum coniuge.xl.diſt.ſicut.de conuer.coniu.ad apoſtolicam. [*& in fi.*] Hoſti. de hac materia remittit ad ſummam de ſyndico.¶ In gl.vlt. [*ibi,ſigillum*]proprium & ſingulare,ſed hic loquitur de communi,& collegiato.

ADDITIONES.

a ¶Dicam.Et vide Inn.in c.cum ab eccleſiarum,de of.ord.
b ¶Perſonalibus. Quæ ſint perſonalia,& quæ realia.j. videbis.
c ¶Partem. Vide plenius hanc materiam per Bar. in l. de duobus reis, & in l.eadem,eo.tit.
c ¶No.hic.& vide Bar.in l.fi.ff.de col.ill.

SVMMARIVM.

1 *Prælatum qui dominum ſuum contra iuramentum negat, uel coram laico de ipſo conqueritur,uel eum inuadit,beneficio priuādus eſt , vide nume. 2. & 7. an & in quibus ſit dominus , nume. 2. & 3.*
2 *Ex iteratis actibus magis quis p̄ſumitur irreuerens,et contumax.*
3 *Veritatem dicens non offendit,nec tenetur iniuriarum.*
Spiritualia non cadunt in cognitionem iudicis ſecularis.
4 *Tarentibus ſpiritualibus an quis plus,quam carnalibus aſtringat̄.*
Ab eccleſia qualiter quis abſemdatur.
5 *Beneficia plura an quis poſſit habere.*
Iuri alterius papa derogare non intendit,niſi hoc exprimat.
6 *Epilogus,& additio gloſſarum nu.7.*
Ex delicto parentum in epiſcopum nunquid archidiaconus puniatur.

CAP. III.

1 GRauem. C.qui†contra iuramētum prælatum dominum ſuū negat, vel coram layco de ipſo cōqueritur, vel eum inuadit, beneficio eſt priuandus.& ps deciſa narrabat factū, qđ ſcđo ſub triplici diſiūcta puniri mādat. ibi,diſcretioni.[*Conſtiterit*] forſan corā ipſis delegatis papæ hoc accidit in iudicio litigando. ad id. C.de teſti.nullum,alias libello oblato hoc conſtare de teſti.ſpo.conquerente.ſecundum Hoſti.[*Et ſecundo*]pro-
2 pter†qđ magis præſumitur irreuerentia, & cōtumacia ipſius, C.de plus peti.l.vna,ad fi.xxv.q.ij. ita nos,de ele. venerabilem,ſecundum Hoſti.[*Homagij*]dicit In.ꝙ propter hoc facit ad ti.Si.n non præſtitiſſet homagiū,non crederet eum peccare,ſi non vocaret illum dominum, ſed prælatum x.q. iij.cauendum. Idem Ab.Nam,vt di-
3 xit Hoſti.dicens veritatem†non offendit,nec tenetur iniuriarum.ff.de iniur.eum qui.ſed certum eſt,ꝙ epiſcopus procurator eſt, non dominus, de don.c.ij.quod eſt verum quo ad alienationem rerum. ec. tamen.dominus eſt quo ad obedientiam ſubditorum.de hoc.ſ.de ſymo.ne Dei.[*Vel*]repete.ſ.cōſtiterit eū &c.[*Spiritualibus*]quæ nec etiam incidenter cadunt in cognitionem

iudicis

tionem tollendam, de decimis, ad audientiam, de pri-
8 uile. in his. [*Deſiſtatis.*] li † pro prædictis latæ ſint ſententię
tenent, licet male faciant prælati. Innocẽ. & de hoc ſunt
puniendi, de priui. quanto, & ca. dilecta, de ſenten. excõ.
ſacro. & hoc verum, niſi obſtet exemptio, vel ſaltem pri-
9 uilegium, de priuile. c. j. li. vj. ¶ † In glo. ij. [*ibi. inuita.*] dum-
modo nil fiat in fraudem, de teſta. officii, Hoſt. ¶ In glo.
vj. [*ibi, debent.*] hodie ſecus in prædicatoribus, & mino-
ribus per decre. Boniſ. ſuper cathedram, innouatam per
concil. Vien. de ſepul. dudum.

ADDITIONES.

a ¶ Morte. Simile quod dicitur de filioſa. in c. licet, de ſepul. li. 6.
b ¶ Pactum. Ibi vide Ioan. And. poſt Ioan. Mo. & Arch. & in c. certificari,
xiii. q. de ſepul.

SVMMARIVM.

1 *A religioſum prædicatorum, & minorum grauaminibus. xii. præla*
tos abſtinere præcipitur, & quæ ſint, nu. ſequentes lege.
Prædicatores præmittuntur minoribus, quia antiquiores.
Ab vtriſque prouenit vtilitas eccleſiæ vniuerſali, pares ſunt pau-
pertate, & quo, nu. 2.
A quibus cauere debent, nu. 2.
2 *Paupertatis ſtatus approbatus ab apoſtolica ſede.*
3 *Capitula clericorum quibus alijs nominibus ex diuerſitate loco-*
rum appellentur.
Minorum prælati cuſtodes appellantur.
Prædicatorum quo nomine.
Epiſcopis prouinciæ religioſorum prouinciales & miniſtri fidelita-
tem non præſtant, excipitur tamen.
4 *Ad proceſſionem cum clericis ſecularibus religioſi quibus caſibus*
venire debeant.
5 *Fulminare ſententiam quis dicatur.*
Excommunicari qui religioſorum poſſint, & quando a prælatis.
6 *A decimis ſunt exempti religioſi, & quibus hic. non Iudæi.*
7 *Prælatum ſuum eligere ſibi habet quælibet congregatio.*
8 *Additio gloſſarum.*

CAP. XVII.

1 Nimis praua. Ponit. xij. prædicatorum, & Minorũ grauamina, a quibus prælatos præcipit abſtinere. ij. ibi. Quocirca. [*Prædicatores.*] hi ſemper
præmittuntur, quia antiquior fuit ipſorum inſtitutio, li
cet parum, infra de priui. in his, de elec. quorundam, de
pac. cap. primo, infra eod. c. vno. lib. vj. [*approbaſſe.*] ex qui
bus euidens vtilitas prouenit vniuerſali eccleſiæ, infra
de relt. do. capitu. vno. §. ſane, libro ſexto. [*arctiſſima.*] ſunt
ergo prædicatores pares Minoribus in arctiſſima pau-
pertate, ſuper quo vide nouam conſtitutionem domi-
ni noſtri, quia quorundam, circa med. verſ. nec hoc, &
2 ver. ſequentibus. [*Paupertate.*] errant † ergo, qui ſtatum
paupertatis damnant, quem ſedes apoſtolica approbat
etiam cum mẽdicitate. Dicitur autem arctiſſima, quia
nec poſſeſſiones habent, nec redditus, ſed ex ſolis eleemo-
ſinis ſuſtentantur, quorum ſtatum dicit Hoſt. perfectũ,
dummodo caueant, ne furentur. l. ne vſurpent ius paro-
chiale, vel alienum publice, vel latenter, aliter non di-
mittitur peccatum, infra de re. iur. peccatum, cum ſuis
concor. [*Synodos.*] primum grauamen. [*Cogunt.*] admittẽ
di ſunt igitur omnes ſine delectu voluntarie venientes.
ſic. ſ. de his, quæ fi. a præla. cap. fi. Hoſtien. [*ac ſuis.*] ſecun
dum. [*Nec his.*] tertium. & iſta tria ſunt ſpecialia in his
3 duobus ordinibus [*Capitula.*] loquitur † ſecundum con-
ſuetudinem Angliæ, & multorum locorum, in quibus
curia ſpiritualis aſſignat certum diem, & locum ad au-
diendos, & ſedandos clamores, de quibus ibi tunc inqui
ritur, & vocant illa capitula, quo ad temporalem iuriſdi
ctionem vocatur aſſiſia. Alibi dicitur bannum chriſtia-
nitatis. ſ. de pur. ca. c. ii. [*Fidelitatem.*] quartum grauamẽ.
[*Cuſtodibus.*] ſic vocantur prælati Minorum. prædicato-
res vero habent priores conuentuales, vel prouinciales.
Eſſet autem abſurdum & graue quod prouinciales, vel mi-
niſtri omnibus epiſcopis prouinciæ talem fidelitatem
pręſtarent, niſi dicatur, quod imputandum ſit limitãtibus,
& ſic nihilominus obedientiam facient cuique epiſco-
po quo ad illa, quæ ad ſuam diœce. pertinerent. ſecun-
dum Hoſtien. qui remittit de his, quæ fi. a pre. paſtoralis,
de ſepul. capi. j. de iure patro. querimoniam. [*Eis.*] v. gra-
uamen. [*Proceſſionaliter.*] ſpeciale. aliter contra. de priuil.
4 cum olim. ii. [*Leui † cauſa.*] quaſi a cõtrario ex magna cã
teneantur ire, puta in nouo introitu epiſcopi, vel legati,
imminente peſte, vel flagello, vel ad generales letanias
ar. xxiii. q. iiij. non poteſt. xvi. q. i. reuertimini, de con. di-
iij. rogationes. [*Excommunicationis.*] vi. grauamen. [*Benefi*
ctores] vt ſic cogantur vel propter penuriam domos de
ſerere, & exire, vel prælatorum mandatis obedire. & di-
cit Innocen. quod hoc non eſt ſpeciale in his, ſi prælati
illos excommunicaſſent pro eo, quod ipſos religioſos ex
communicare non poſſent. j. de priuile. quanto, dicit au
5 tem † Hoſt. quod ille dicitur ſententiam fulminare, qui pro-
fert illam ſine cauſa, vel ex iniuſta cauſa, vel ſuo ordine
non ſeruato, de ſenten. excom. capit. j. lib. vj. [*Et idipſum.*]
vij. grauamen. & dic. ſcilicet excommunicationem. Ex-
communicari. n. poſſent a prælatis, dum alias delinque-
rent, cum non ſint per ius commune exempti. Sed con
tra indulgentias ſuas non debent excommunicari, vt
hic ſecundum Innocen. [*amouere.*] etiam de facto & vio
lenter, quod non licet, de reſti. ſpol. cõquerente. [*ad hoc.*]
viij. [*Inhibentes.*] de hoc dic hodie, vt infra eo. capi. vno, li.
vj. cuius tranſgreſſores hodie ſunt excommunicati per
concil. Vien. de pœnis, cupientes, in prin. [*Tam in.*] ix. gra
6 uamen. [*ab eis.*] x. [*Nec non.*] xj. [*Prouentus.*] loco † oblatio
num æſtimatarum, quas facerent chriſtiani, ſi in eis ha-
bitarent, & dicit Innocẽ. hoc non eſſe ſpeciale in his fra
tribus, cum illud tantum in Iudæis obtineat, de vſuris
quanto. Sed Hoſtien. dicit, quód hoc poteſt eſſe verum
quo ad perſonales. in realibus vero ſit hoc ſpeciale priui
legium iſtorum duorum ordinum quo ad ipſorum do
mos, & habitacula, in aliis. n. ſecus, ſupra de decimis, cõ
miſſum. [*Et vt ipſos.*] xij. quod poteſt diuidi in duo [*Tota*
liter.] quod nõ licet illis, quia licet exempti non ſint, ſunt
tamen in multis priuilegiati, ſecundum Inn. [*Arbitrio.*]
7 cum tamen † quælibet congregatio habeat ſibi prælatu
eligere, de elec. cap. j. [*Quocirca.*] expone hæc verba, vt dixi
8 ſupra cap. prox. ¶ † In glo. j. [*in fi.*] & de ma. & obe. quod ſu
per his. vide ad ſolutionem contrarii, quod ibi dixi ſuper
glo. ver. exemptus etiam. ¶ In gl. ij. [*in fi.*] ſed iſtud ſolũ
non ſufficeret, vbi exempti, vel priuilegiati non eſſent,
ad hæc, infra de priuile. cap. j. in fi. libro ſexto.

SVMMARIVM.

1 *Interdictum violans iuriſdictione, clauiumque poteſtate ſe priuat,*
& quando incurrat irregularitatem, nu. 3. & nu. 10. qui com-
pulit non ſeruare incidit excommunicationem, nu. 4.
2 *Claues qui contemnere dicantur.*
3 *Irregularitatem quibus modis quis incurrere dicatur ex officijs &*
miniſterijs eccleſiaſticis.
4 *Peruerſio ſeu corruptio iudicij eccleſiaſtici quibus fiat modis.*
5 *Priuatio quandoque fit ſine culpa, ſed non ſine cauſa.*
Sententia generalis multis caſibus fertur & quibus.
6 *Petitio quoque generalis admittitur, & quando, & ſi fiat ſpecifi-*
canda eſt in proceſſu.
7 *Suſpenſus quæ facere, & acquirere non poſſit.*
Iterum ſuſpenditur.
8 *Excommunicatus adhuc excommunicatur.*
9 *Ex interdicti extenſione in res tantum clericorum an ſit excom-*
municatus.
10 *Epilogus. & additio gloſſarum. nu. 11.*
Compellens grauius peccat quam compulſus.
12 *De ſepultura tempore interdicti de ſepulto eodem tempore in cœme*
terio relaxato poſtea interdicto & de ſepulto extra cœmiterium,
remiſſ.

CAP. XVIII.

1 TAnta. C. †Violans interdictũ iuriſdi-
ctione, & clauium poteſtate ſe
priuat. Et primo ponit, & aggrauat cul-
pas epiſcopi. ſecundo ibi, licet, recitat ceſ-
ſionem ipſius, & culpas fautorum, & irritos decernit
actus, quos poſt interdicti violationem exercuit. iij. ibi,
Quia vero, punit fautores, qui beneficia receperant,
qui interdictum violauerant, & qui illud ſeruantes op-
preſſerant, & eos citari vult ad curiam. [*Deſpexerit.*] con
2 temnit † claues, qui ſpiritualem ſententiam violat, vel
alios violare compellit, qui ſe communioni fidelium
ingerit, maxime contra ſuperioris præceptum, de cle.
excommu. mi. illud, eodem titu. ſi celebrat, in fi. Item
qui per annum in excommunicatione perdurat, de pę.
capitu. fina. de hæreti. excommunicamus, ſecundum
Hoſtien [*Claues.*] dixit, ſupra Clauis, in ſingulari, de hoc,
xx. diſt. §. j. & remiſſ. dedi, de ſum. Trinit. firmiter. §. vna,
in fi. [*Ab initio.*] animo obediendi, non deliberandi, de
3 hoc ſupra de reſti. ſpol. olim. iij. [*Violauit.*] in ſuo † offi-
cio, ſicut prius. vnde irregularitatem incurrit, etiam
a ſi ſit in minoribus ordinibus [a] tantum, puta offerendo
in miſſa calicem, vel vrceolum, vel aliud, quod ad of-
ficium ſuum ſpectet, ſiue dicendo matutinum, vel ve-
ſperas, ſicut prius. xj. quæſtione iij. ſi quis epiſcopus in
conſilio, & capitu. epiſcopus presbyter, in fi. Quid ſi
intereſt diuinis officiis, nunquid hanc irregularitatem
incurrit? Reſpon. non, quia non inuenio hoc iure cau-
tum, ſecundum Innocentium, vnde poteſt legere pſal-
terium, vel docere euangelium, vel etiam nouum &
vetus teſtamentum docere in terra interdicta, ſicut &
prædicare, infra de ſententia excommunicationis. Re-
ſponſo, ſecundum Innocen. Sed contra, quia qui diui-
na officia celebrat, vel ſe celebrationi ingerit diuino-
rum, irregularitatem incurrit, vt hic innuit, & eſt ex-
b preſſum, ſupra de cle. excommu. mini. illud. [b] §. fi. & de
re iu. cum æterni. §. ſciturus. Sol. ſecundum Hoſtien. il-
lud poteſt intelligi, quando minor presbytero ingerit ſe
diuinis in ſuo officio, ſicut prius, vt præmiſi, vel reſert,
verum ingerat ſe audiendo diuina officia ex quadã ſim
plici deuotione, vel alias non contemnendo; & tunc
non eſt irregularis, & ſic intelligas, quod prædixit In-
nocen. aut contemnendo, & faciendo celebrari diui-
na, ſiue auctoritatem præbendo, & tunc irregularitatem
incurrit, vt hic, & in d. cap. illud. §. fin. Ipſe enim contem
ptus maxime auctorizabilis hanc irregularitatem indu
cit, argumen. ſupra de cle. excommu. mini. cap. primo.
Reſpon. j. ver. & ipſe. §. illico, & hoc etiam notauit mens
iſtius verbi, violauit, nam quandam violentiam innuit,
argumento, ff. de procura. quæ omnia. Quid de officiis,
vel miniſteriis, puta magiſter ſcholarium exercet offi-
cium ſuum, & ſic de aliis, ſecundum Innocen. forte ir-
regularis eſt. Tu dic ſecundum Hoſtien. & ſpec. quod
non eſt irregularis, quia non competit hoc ratione of
ficij ordinis, vt patet in eo, quod no. & legitur, de hære-
ti. ſi aduerſus. § fi. peccat enim grauiter & puniendus eſt,
ſicut laicus excommunicationem contemnens, ſupra
de cle. excommu. mini. cap. ij. reſpon. j. §. fi. ſecundum
Innocen. Imo & plus, quia ratione gradus & dignitatis
eccleſiaſticæ certum eſt ipſum plus peccare. xl di. homo
Chriſtianus, & patet in eo, quod leg. & no. ſupra de vi.
& hone. cle. vt clericorum. §. j. quid ſi benedicat menſã,
non videtur irregularis, cum hoc nulli ordini deputa-
tum ſit, argumen. xliiij. d. ca. fi. Secus videtur in benedi-
ctione aquæ, quia illa fit cum ſolennitate, & ordini eſt
annexa ſecundum Innocen. de conſe. diſtin. iij. aquam.
Quid ſi abſoluit excommunicatum, vel aliquem excõ
municat, non eſt irregularis, quia hoc non eſt ex ordi-
ne, ſed ex iuriſdictione competit. ij. quæſtione j. nemo,
& melius, ſupra de elec. tranſmiſſa, ſupra de ma. & obe.
cum inferior. Secus enim ſi ſolemnia abſolutionis ex-
hibet, puta dicit pſalmum pœnitentialem, & oratio-
nem cum ſtola, introducens excommunicatum in ec
cleſiam, & ipſum ſolenniter reconciliat, argumen. in-
fra de ſententia excommunicationis, nuper, in fi. xj. quæ
ſtione ij. debent, & capitu. ſequen. ſecundum Innocen.
ante reconciliationem non eſt communicandum ta-
liter abſoluto, nec per minorem presbytero fieri poteſt
reconciliatio ipſa. & hoc ſequitur ex prædictis verbis
Innocen. ſecundum Hoſtien. ex quibus dicere potes,
quod hæc abſolutio ordinis eſt, & ideo irregularitatem
inducit, vnde patet, quod quicunque excommunica-
tus presbyter hanc reconciliationem facit, irregularita-
tem incurrit, cum & ordini ſit annexa. & probatur hoc
in eo, quod leg. & nota. ſupra de vi. & hone. cle. quo-
niam. §. fi. infra de ſententia excommunicationis cum
deſideres §. primo & capitu. a nobis. ij. §. penulti. & hoc
etiam no. expreſſe Innocentius, ſupra de conſu. quanto
reſpon. j. ante finem. Quid ſi diaconus, vel acolytus
dicat epiſtolam ſine apparatu, ſicut eſt in aliquibus ec-
cleſiis conſuetum? Reſpon. non eſt irregularis, quia
non facit hoc tanquàm officians in ſuo ordine. Secus,
ſi etiam, quod minus eſt, faceret tanquàm acolytus, vel
exorciſta, lector, vel oſtiarius tanquàm in ſuo officio,
xxiij. diſtinctio, acolytus, & tribus capitulis ſequen. vn-
de dixit Innocen. quod irregularis eſſet in illis eccleſiis,
in quibus conſuetudo habet, quod ſolus ſubdiaconus
dicat epiſtolam. Si vero facit, quæ a iure, vel conſtitu-
tione, vel conſuetudine non ſunt alicui officio deputa-
ta, vt legere lectiones, cantare reſponſoria, vel ſimilia,
non eſt irregularis. Plus dicit Innocen. quod ſi conſue-
tudo eſt in aliqua eccleſia, quod ſine diſtinctione ordi-
nis quiſque faciat aliquid pertinens ad aliquod offi-
cium, vt dictum eſt de epiſtola, cereo, vel vrceo por-
tando, id faciens irregularis non erit. Quid de clerico
ſimplici? Secundum illos, qui dicunt, quod non eſt
ordo, nullam irregularitatem incurrit. Secundum ve-
ro illos, qui contrarium aſſerunt, contrarium dices,
etiam ſi in officio ſuo cantet. xxiij. diſtinctio pſalmiſta,
quia vltimam opinionem amplector, vt patet in eo,
quod le. & nota. ſupra de ęta. & qualita. cum contingat,
& ſic etiam poteſt intelligi, quod clericus homicida nõ
legat lectionem j. nec reſponſoria in choro ſeparatim
cantet, licet alij dicant propter terrorem criminis hoc
inuentum fuiſſe, vt ſupra de homi. ſicut dignum. §. fi.
& hoc placet Innocen. De materia huius glo. hos ſcili-
cet caſus & plures ſimiles vide in ſpecu. de lega. in trac.
diſpen. §. iuxta propoſitionis, b. ver. hoc etiam no. cum
verſu ſequen. vſque ad ver. ſcandalum. & adde, quod di
xi de cle. excommun. ſi celebrat, in. iij. glo. [*Compulit.*] ho
4 die † tales compellentes excommunicati ſunt ipſo iure,
nec abſolui poſſunt ab alio, quàm a papa per concil.
Vien. de ſententia excommunicationis, grauis ad nos.
[*Terroribus.*] his modis peruertitur iudicium eccleſiaſti
cum. xj. quæſtione iij. quatuor. [*Atroces.*] inſtit. de iniur.
§. atrox. infra de ſententia excommunicationis cum
illorum, ver. nos tamen. [*Spolians.*] de his dic hodie,
vt infra de ſententia excommunicationis, quicunque. li-
bro ſexto. [*Ea.*] beneficia ſcilicet & bona. [*Fautoribus.*]
corrumpebat ille bonos metu pœnarum, & conſor
tabat malos exhortatione præmiorum, cum contra
rium fieri debeat. ff. de iuſti. & iur. l. j. Hoſtiẽ. [*Recognouit.*]
ſimile de cle. excommuni. mi. illud, & de elec. per in-
quiſitionem. [*Temeritate.*] licet compulſi, quia parere
non debuerunt, vt dictum eſt, vel loquitur de his, qui
malefaciendi libidine peccauerunt non compulſi, &
hoc quoad priuationem primorum beneficiorum. Di
cit Hoſtien. quod primus intellectus verior, ſecundus
5 benignior. [*ſine cauſa.*] q. d. interdum ſine † culpa, ſed ex
cauſa priuari poſſunt, de reg. iur. ſine culpa, cum ſuis
concor. [*Auctoritate Dei.*] ſi. ſupra de dolo & contu. veri-
tatis. [*Omnem inſtitutionem.*] no. generalẽ ſñiam ferri poſ-
ſe, ſicut eſt hoc videre & ſ. de dolo. & cont. veritatis. §. fi. ſic
quicquid actum eſt ȝ formam, pronunciat irritum
& inane.

5 & inane.ſ.de reſcriptis.cum dilecta.§.fi.& quicquid ſequitur ex eo, vel ob id. ſupra de elec. qualiter, ſupra de procur.auditis.ſic & omnia reducuntur in ſtatum temporis appellationis emiſſæ.ſ.de appel.bonæ.§.fi. ſic iura epiſcopalia epiſcopo adiudicantur, ſupra de offi.or.conquerente, ſupra de excep.cum venerabilis.§.quia vero.
6 Ex his† poteſt colligi, quòd quandoque generalis petitio admittitur. nam petitioni debet ſententia reſpondere, ſupra de ſimo.licet Heli.§.j.in fi.& hoc etiam euidenter probatur, ſupra de reſti.ſpo.cum ad ſedem, vbi vide in glo.no.libellum, ſupra de ordi.co.cum dilectus, quod poteſt intelligi generaliter, vbi generaliter petitio formatur, & admittitur, vbi nihil poteſt ſpecificari, vt Inſti.de offi.iudi.& de accu.§ præterea, & ar. C.de ſententiis, quæ ſine cer.quan.proferuntur l.ij.dummodo poſtea hoc exprimat in proceſſu, argu.ff.de rei ven.quædã, ff.quorum lega.l.j.§.qui autem.Inſti.de act.§.curare, ſecundum Innocẽ.de qua materia die, vt plenè no. ſupra de elec. querelam.§.i.& de libel.obla.capi.ij.& iij. ſecundum Hoſtien.[*Collationes.*]no.ſecundum Innocẽ. quòd
7 †poſtquàm quis eſt ſuſpenſus, non poteſt dare præbendas, nec aliquem deſtituere. idem forte ſecũdum eum in aliis ſpiritualibus, ſicut nec eis conferri poſſunt, nec valet facta collatio, de cle excõ.mi poſtulaſti.de ætã. & qua. cum bonæ, etiam ſi occulta ſit ſuſpenſio, quaſi talis capax non ſit ſecundum Hoſtien.qui remit. de ordi. ab epiſcopo, qui re.capitu.primo & ij.& de cle.excommini.propoſuit. In aliis non ſpiritualibus ſecus, vt nota.de elec.nihil, ſecundum Innocen. Hoſtien. remittit de dolo,& contu. veritatis, ad finem.[*Hac occaſione.*]maxime, quia idem ex quacunque alia cauſa, cum eſſet inhabilis ad ferendum.[*Aliis.*]poſſet hic intelligi de his, q ſponte obedierunt epiſcopo.de hoc dixi ſuper ver. temeritate.[*Suſpenſos.*]ad noſtram præſentiam &c. quod eſt infra. alia litera habet ſuſpendas,& hoc contradicere videtur ei, quod ſæpius dictum eſt, iſtos eſſe ſuſpenſos. Sed
8 †dicebat Hoſtien.quòd hic iam ſuſpenſus ſuſpenditur, ſicut excommunicatus excommunicatur, de hoc de Iudæis, ita quorundam. & glo.dicit, quòd ad factum re-
9 fertur.[*Et res.*]copulatiuè dicit, quia ratione †rerum tãtum non eſſet quis excommunicatus. de hoc; de foro compet.conqueſtus. vel forte propter exceſſum Inten- a dit papa, quòd occupatores rerum tantum mittantur ad curiam.Hoſtien. [*Temerarias.*] Et ſi non violentas, in-
10 fra de ſenten. excommunica. contingit.j. ¶ †Glo.no. ſp no. violantem interdictum non poſſe beneficia conferre, vel excommunicare. ponit opi. Io. cui opponit, & pro illa alleg. contrariam decre. ſi celebrat, cui reſpondet. ſecundo ponit ſecundam cauſam nullitatis ex parte recipientis collationem, ponens etiam quorundam lecturam, cui reſiſtit. tertio ponit tertiam cauſam ex parte deſtitutorum. quarto proſequitur primum dictũ, interſerens an interdicto loco homines loci ſint inter- b
11 dicti. ¶ †In gl.iii [*in fine.*]dicebat Goff. quòd compellens peccauit grauius, quàm compulſus.lxxxvj.diſtin.tanta. xxiiij. quæſtio.iij. qui aliorum. xj. quæſtio.iij.qui reſiſtit. ¶ In glo.no.quòd [*ibi.locus enim.*]quod ſequitur, fuit ad-
12 ditio a tempore Innocen. quod autem † hic dixerit, & Hoſtien.poſt eum de ſepultura tempore interdicti, dicã, infra de pœni.& re.quod in te. Et quid de ſepulto tempore interdicti in cœmeterio relaxato poſtea interdicto, no.infra de ſenten.excommu.ſi ciuitas, li.vj.in glo.pen. Quid verò notent de tunc ſepulto extra cœmeterium, vide de ſepult. eos qui, in concil.Vien.in gl.ſed qui ſunt. [*Et ibi.poteſt.*]quia nec obediens, vel inobediens dici poteſt, imò ſicut nec res etiam animata carens ratione, ff. ſi qua.pa.fe.di.l.j.§.j.Hoſtien.[*& ibi, illius loci.*] hoc non eſt ſimpliciter verum, vt patet, Infra de ſentent. excommu.ſi ſimilia. ij. reſpon.lib. vj.[*& ibi, cum medicinalis.*]lib. vi.de hoc, ſupra de cle.excom.mi.clerici eligere, infra de ſenten.excommu.is qui, in fi.lib.vi. [*& ibi, ſuſpendas.*] vide, quod dixi in tex. ſuper ver. ſuſpenſas, [*& in fi.*]vt patet, infra de ſenten.excommu.is qui, in prin.li.vj. quæ decre.j.& ij. reſpon.determinat hic no.per Innoc.& Hoſt.

ADDITIONES.

a ¶Ordinibus.Vide infra de cle.excom.in c.2.& per Io. And. & ibi ſunt remiſsiones.
b ¶Illud.Ibi vide Io.An.& ibi remiſsiones ad materiam.

¶De noui operis nunciatione. Rubr.

¶Viſo de exceſ.prælatorum in ſubditos, videndum eſt de exceſſibus ſubditorum in contemptum iuris, vel prætoris.

SVMMARIVM.

1 *Aedificatum quod eſt poſt denuntiationem noui operis, demoliri debet conſtruens expenſis ſuis, & an id ſit perpetuum, numero 3.& 6.*
Dubitandi ratio quæ.
2 *Canones quibus caſibus obſeruandi, non leges, ab imperialibus tantum legibus adiuuantur, & quibus mixtim quando in utroque foro allegentur, & quando canon legi præferatur, nu.5.*
Eorum ancillæ ſunt leges.
Legum miniſtris imperat eccleſia.
Leges, vel ſtatuta laicorum quæ eccleſias, vel perſonas eccleſiaſticas non aſtringant.
4 *Epilogus.& additio gloſſarum nu.5.*
6 *Denuntiatio eſt ſimilis excommunicationi, iuncta glo. & qua de cauſa, quando & cui fiat.ibid.*

CAP. PRIMVM.

1 INtelleximus. Caſus.Qd †ædificatum eſt poſt denunciationem noui operis, demoliri debet expenſis cõſtruentis.hoc dicit, iſtud capitu.& ſequens. deciſa conſultatio.& ipſius reſponſio ibi.Quia vero. erat autem in ſecunda compil.hęc decre.ſub tit.de ec.ædi.[*Cipriani.*] ex parte vna.[*Eccleſia.*] dicto priori ſubiectæ. [*Clericis*] de Rodigio.[*Conſtructa.*]poſt denunciationem noui operis. [*Et infra.*] continebat deciſa, quod prior allegabat ædificatum poſt denunciationem demoliri debere, & inducebat leges hoc dicentes. epiſcopus dubitauit, cum hoc non inueniret in canone, an eſſet ſeruandum maxime in demolitione eccleſię. conſuluit papam. [*Imitari.*] vbicunque † agitur de peccato, de præſcrip. capit.
2 fi. vel de interpretatione fidei, vel legis diuinæ, vel diuerſarum opinionum. C. de ſum. Trini.l.fi. qui fi. ſint legi. per venerabilem, de reſtit. ſpol. ſæpe, de reſcript.ſuper literis, infra capitu. penul. & vlti. de teſtamentis, Rainutius. & capitu. Rainaldus. Et vbi deficit ius ciuile per.l. quam alle. finis glo.C. de no. C. com. ad idem de Iuſti. Cod. cõp. l.vna. §. ſi quæ vero, ibi, ſi vero pro certis capitulis &c. cum & tunc ſecundum.l.ſit ad ſimilia, vel conſue.recurrendum.ff.de legi.non poſſunt.& l.ſequenti, & l.de quibus.& l.ſi de interpretatione. fortius ergo ad ius canonicum recurrendum eſt, cum ſit auctorizabilius, quàm conſuetudo, vt patet xj.di.quis neſciat. & c.eccleſiaſticarum, & per totum, & ſequentibus diſtinctionibus vſque ad.xxiij.Hoſtien.[*Adiuuantur.*]quaſi ſint ancillæ canonum. nam & miniſtris ipſarum imperat eccleſia, vt patet ratio de ma.& obe.ſolitæ, & ex eo, quod dixi.ſ.de iudi.qualiter. intelligitur autem hoc de legibus imperialibus, quę per eccleſiam ſunt in talibus approbatę, alias leges, vel ſtatuta laicorum eccleſias, vel perſonas eccleſiaſticas non aſtringunt.xcvj.di. bene quidem, de conſtit. quę in eccleſiarum, & c.eccleſia, de re.ec.nõ alie.c.vlt.ſecundum Hoſt.[*Iure.*]ſ.quia alias competebat illi ius ædificandi. [*Iniuria.*] quia his non competebat

ius ędificandi. Ab.[*Debet.*]ideſt iubetur. Hoſt.[*Demoliri.*]
3 de ædificato † ante ſatiſdationem poſt denunciationē, di
xi ſatis in ſpe. eod. ti. §. j. in fi. [*Et canonum.*] no. pro libello
ſic formato. Quare peto illum ſecundum leges. & cano
nes condemnari. vel ſecūdum leges & ſtatuta, & eſt idē
4 ver. iij. q. ix. dignum. ¶ Secunda † glo. no. leges &c. alle.
quatuor can. In contrarium alle. duos, & ſoluit. ¶ Glo.
iij. & primam, tertiam, & quartam ſequen. cap. recitare
ſoleo per modum ſummæ. ſic. ſ. ex his glo. & his. quæ ad
dam circa denunciationem noui operis, videndum ad
quæ opera pertineat, quare fiat, qs poſſit facere, cui fiat,
qualiter fiat, quomodo tollatur, quis ſit eius effectus.
5 ¶ In † glo. ii [*ibi ex antiquis.*] ſupra de arbitris, dilecti. ſ. de
cauſa poſ. capitu. ij. & cap. paſtoralis j. de ſenten. excom-
mu. in audientia, ſ. de conceſ. præben. cap. j. & pe. li. vj. de
hæreti. vt inquiſitionis, & capi. cum ſecundum. eo. lib. &
Clemen. de iudi. dudum, de re iud. paſtoralis. facit. C. de
epi. & cle. aucto. cauſa [*Et ibi, nemo.*] ij. quæſtio. vj. non ita,
de appel. ſuper eo. ij. de præſcrip. vigilanti. & cap. fi. & eod.
titu. c. ij. li. vj. [*Et ibi dicas.*] ſecundum T. Dicebat Ab. vbi le
ges non contradicunt canonibus, maxime allegentur
in vtroque foro, ar. de fide inſtru. paſtoralis. ſi contra-
dicunt expreſſè, ſi poteſt lex ſine peccato ſeruari, ſerua-
bitur illa in ſuo foro, & canon in ſuo, de teſta. cum
eſſes. & capitu. relatum, de arbitris. c. ij. lib. vj. Si vero pec-
catum inducit lex, indiſtinctè ſtatur canoni, de præſcri
pti. cap. fi. Si vero contradicunt, ſed non expreſſe, ſtatur
in vtroque foro ei, quod in altero eſt expreſſum. pone
exemplum hic, & infra ca. pe. & vlti. de teſta. Rainutius,
& cap. Rainaldus, ad hoc qui fi. ſint le. per venera. circa
fi. [*& ibi dicitur.*] & xv. quæſtio iij. §. cum autem, in fi. x.
di. quoniam. xcvj. di. cum ad verum, & xxix. quæſt. ij. ſi qs
ancillam, & in ſpe. de diſpu. §. porrò, ad fi. ¶ In glo. hoc
ſumptum. [*ibi, excommunicationi.*] & vtriuſque eadem ra-
6 tio. In † denunciatione auctoritas prætoris. In excom-
municatione auctoritas eccleſiæ, & cenſuræ, & vt magis
timeatur. [*Et ibi, cuicunque fiat*] & quocunque die. ff. eod.
l. j. §. item nunciatio. [*& ibi, intelligi*] Hoſtien. de hoc ple-
ne in ſumma. e. tit. §. cui fiat, & §. pe. & vlti. & vide in ſpe.
eod. tit. §. j. in fi. Dixit Innocen. j. cap. proxi. quando nun-
ciatur abſenti ædificatum, ante ipſius reuerſionem de-
molitur expenſis denunciantis, ædificatum poſt expen-
ſis nunciati per præalle. §. ſi quis. ¶ In glo. vlti. [*in fi.*] vij.
titu. j. cum olim. ij & eod. titu. auctoritate, libro ſexto.

SVMMARIVM.

1 *Nouum opus mandatur deſtrui & irritatur quicquid ex illo ſecu-*
tum erat, etiam factum a prædeceſſore noui operis denuntiatio-
ni quando ſit locus, num. 18. an iuramentum exigatur & a quo,
ibid. & cui fiat, nu. 19. cui competat nu. 20. eius remiſſio quan-
do & cui fiat, nu. 21.
Lemech ubi locorum.
Hæres ſuccedit in denuntiationem, non in pœnam, & quando ſit ve
rum, nume. 17.
2 *Adreditus canonicorum poteſt epiſcopus etiam de conſenſu capitu*
li eccleſias deputare.
Iuramentum pluribus de cauſis præſtatur.
3 *Sequela etiam idem iuris recipit, quod principale, & nu. 16.*
Deſtructio ſi fiat eccleſiarum, ciuitatum, vel aliorum locorum pu-
blicorum, vel priuatorum, quo caſu clericus, vel municeps illius
loci deinceps uocari quis debeat, & nu. 4.
4 *Ad tranſlationem uel unionem nomina, & priuilegia, & non ro-*
gationes perſonarum, & alia retinentur.
5 *Canonicorum maiorum etiam pars quo caſu teneatur conuenire*
ad locum tutum & congruum cum his, qui foris ſunt.
Si eorum quis ob priuatas inimicitias non audet accedere ad alios,
conſtituit procuratorem quem malit.
6 *Abſentes à quo uocandi, & ſi non ueniant uocati, ualet quod fit a*
præſentibus.
Eorum præſidentes & reſidentes quæ per ſe poſſunt expedire, non
uocatis abſentibus, in fi.
7 *De univerſitate ſeculari qui uocandi.*
8 *De eius ſingulorum iure ſi tractetur, procurator univerſitatis po-*
teſt, & ſingulorum conſtitui, & utrorunque debet conſtitui pro
curator, alias non audietur unus tantum uel univerſitatis, uel ſin
gulorum.
Vniuerſitatis procuratorem, an ſindicum, an actorem ſi appelles,
non refert.
9 *Poſſeſſionem non amittit qui exit domicilium, ab hoſtibus captus*
non retinet ſi res occupentur.
Cantuarienſis eccleſia regularis, & abundans.
10 *Peccatum mortale quando omiſſio ſicut commiſſio inducat.*
11 *De ſcandalo uitando, uel non uitando quot regulæ.*
Carnium eſus indifferens.
12 *Per ueh, quid ſignificetur.*
13 *Puſilli qui dicantur.*
Iuſtitia ueriſſima illa, quæ circa inferiores ſeruatur.
Innocentia triumphans quis.
14 *Finis magis quam principium attendendum.*
6 *Protectio papæ, vel principis ſecularis quid conferat, & conſtringe debeat.*

CAP. VIII.

1 R Ecepimus. C. † Solutio cenſus nõ probat quem exẽptũ, niſi fiat ad indicium libertatis. In prima decilã conſultatio. In ij. reſpon. ij. ibi, cæterum. [*Annuatim.*] nec vllo tempore. [*Non omnes.*] concor. de cã poſſ. c. fi. & per hoc no. Ab. emphyteutam principis nõ exemptum ab ordinaria poteſtate. [*Tenor.*] bulla, & filum. de cri. fal. licet. ſecundum Hoſtien. cum dubitatur de veritate priuilegij, habet id locum. cum de ipſius effectu. ſ. quid conferat, inſpicimus tenorẽ. [*Deprahenſum.*] inſpectione priuilegii, in quo eſt hæc clauſula. [*prærogatiua.*] ſ. exemptionis. [*Protectionis.*] ſi vero † nec hoc nec illud exprimitur, iudicabitur per ſolam cenſus ſolutionẽ non eſſe exemptam, vt ſ. [*Aliquid.*] vnde nec exempti,
3 nec priuilegiari per hoc dicentur. ¶ † Vltima gloſſ. dat ſimile, quærit, & ſoluit. ¶ In gloſſ. prima [*ibi, Ciſtercienſes.*] dicit Hoſtienſ. quod ij omnes non ſunt exempti, licet in multis ſint priuilegiati. de Ciſtercienſibus proba. ſ. de ſymo. ne Dei, de ſup. negli. prælato. c. j. de templariis, & hoſpitalariis de ver. ſi. veniens, li. vj. puto, ꝙ gl. reſpexit factum. Hoſt. vero ius ſcriptum. ¶ In glo. iij. [*in fi.*] ꝙ dic. vt j. e. ſi. ſi papa, li. vj. per quem tex. terminãtur hæc no. per Inno. & Hoſtien. tractabãt etiam hic quo-
4 modo † eccleſia exempta ſunt exempti locus, plãtus, canonici, & oblati ipſius, ſed non parochiani, quod determinatum eſt. j. c. per exemptionem, lib. vj. vbi ſoluam obiectionem in gl. dicebat, quem hic notant. & vide qđ dicam, j. eo. ex ore, in fi. Quærebant, autem, quis tunc pciperet illorum parochianorum decimas? & dicebant, ꝙ plebanus, vel quis alius, qui primo illas percipiebat. xvj. q. j. ſi quis laicus, niſi contrarium priuilegium obtinaret. j. c. j. lib. vj. inter illa tamen † dicebat Inno. quod ſi ex-
5 emptus delinquat in re exempta, puta non portando habitum, vel diſſipãdo bona eccleſiæ exemptæ, non cõuenietur coram ordinario. j. eod. patentibus, & c. cum capella. ſubdit etiam, ꝙ quando delictum exempti. qđ cadit in poteſtatem ordinarij, eſt leue, bene facit ordinarius illum remittendo ad prælatum ſuum, ar. ff. de re mil. l. iij. j. reſpon. de cuſto. re. l. de militibus, & l. non dubium. C. de exh. re. l. j. quod dixit Inn. de habitu, intelligo cum id agit in loco, vt dicam. j. c. j. li. vj. in glo. de monaco. In glo. vl. [*ibi, per tuas*] ſecundum Ala. [*& ibi, c. uno.*] vi
6 de quod ibi dixi ſuper gl. ij. [*& in fi.*] & ad † gladium cenſuræ vibrandum, nec mirum, cum etiam domini temporales, niſi his, quos ſub ſua protectione recipiunt, ſatisfiat, guerram faciant, aut ergo eccleſia neminem ſecuret, aut ſecuratũ defendat, ne laqueum iniiciat. xxvij. q. j. de viduis. ij. vel fraudem adhibeat, de don. per tuas, ſecundum Hoſtien. qui propter hoc conſulit, ꝙ eccleſia ſub protectione ſua aliquos non recipiat, niſi ex magna cauſa, & perraro, & tunc illos in rebus, & perſona defendat, remittit ad no. de Iudæis, ad liberandam, in parte deciſa, ver. quorum perſonas.

S V M M A R I V M.

1 *Per priuilegium quod conceditur, ab aliis non præſumendum, iuncto contextu, & nu. 2. quandoque tamen contra, nu. 3.*
Præſentandi ius non præſcribi videtur a parochianis.
2 *Epilogus, ſuffragium & additio gloſſarum, nu. 3.*
Perſonalia iura, licet non extendantur ad alios, quandoque tamen aliis conceduntur.

CAP. IX.

1 S Ane Breue eſt. [*Præſumere*] etiam † per arbitrium. ſ. de arbi. cum tempore, Vin. [*Beneficiis.*] non clauſis in corpore iuris, vt in concor. quas all. glo. vel etiã clauſis. ſecundum Hoſt. ſ. t. ij. nimis. j. & ij. remit. de decimis, ex parte j. [*Indulgere.*] inducitur hæc decre. contra parochianos, ne præſcribant ius præſentandi, de quo plene, de reg. iur. quod alicui gratioſe, li. vj. & reſpondetur ad
2 iſtud ibi, in ver. tertium. ¶ † Glo. j. all. vij. concor. ſignat ꝯtrarium, & ſoluit. ¶ In glo. j. [*ibi l. j.*] quod princeps ob meritum indulget, perſonam non egreditur. [*& ibi leges.*] l. iij. eſt. vide de teſti. cauſam. ij. ſuper vltima gl. ¶ In
3 † glo. j. [*ibi, auctoritate.*] vel temeritate. [*& ibi, ad eius.*] vbi idem no. [*& in fi.*] Dicit hic Goſ. ꝙ iura perſonalia licet non extendãtur ad alios; tamen quandoque aliis conceduntur, vnde minor cedit alteri beneficium reſtitutionis. ff. de mino. quod ſi minor, & facit. ff. de admi. tuto. ex pluribus, & quod ibi no. & ad materiam facit. ſ. de ap. c. pe. & quod ibi no. in j. glo.

S V M M A R I V M.

1 *Religioſi in domibus priuatis, licet ibi ſint oratoria priuata, non poſſunt habere campanas.*
Literæ patentes faciunt in iudiciis fidem, clauſa non, & quando id ſit verum.
2 *Oratoriorum ratione non eſt exigenda procuratio, ibi priuatæ poſſunt miſſæ celebrari, nu. 4.*
De eorum differentia ab eccleſiis, remiſſ.
Quin pro imo.
3 *Epilogus, & ſuffragium gloſſarum.*
Cum detrimento alterius æquum eſt neminem fieri locupletiorem.
4 *Additio gloſſarum.*
Exemptio perſonarum non extenditur ad ipſarum oratoria, vel eccleſiæ.

CAP. X.

1 P Atentibus. C. † Religioſi in domibus priuatis, licet ſint ibi priuata oratoria, non poſſunt habere cãpanas. & per hoc verbum, Patentibus, no. Hoſtien. ꝙ in iudiciis licet faciant fidem literæ patentes,

res; clauſę non. quod dicit verum, vbi non apparent authenticę; vt quia remotum, vel fractum eſt ſigillum. niſi iudex, cui dirigebantur, illas, quas clauſas recepit, in actis ſcribi feciſſet. ſtabitur. n. tunc illis, ſicut & alijs actis, de offi. dele. cum olim. ij. ſ. de exceſ. præ. inter. §. præterea. ſi autem ſic aperiuntur, ꝙ ſigillum integrum remanet, & apparent non vitiatæ &c. fidem facient, ſecundum eum. C. de edic. diui Adri. tol. l. fi. niſi aliud dicatur ratione perſonarum, vel cauſæ. nam minus videntur ſuſpectæ clauſæ quàm patentes. vnde ad hoc clauditur ſolemne teſtamentum. C. de fideicom. l. fi. [*Oratoria.*] quo
2 rum † ratione non eſt procuratio exigenda. ſ. de cenſi. cap. fi. na. [*Agere*] contra, ſupra de exceſ. prała. nimis iniqua. ſecundum Go. qui hoc ibi no. illud de mon. corũ, illud de grangiis, vel priuatis oratoriis. ad hoc bene facit, de cenſi. cap. vlt. vbi dixi, in quo differt ab eccleſia. Oratorium. vel ſecundum Hoſt. vna campana permittitur, vt ibi, ſed non plures, vt hic dicit Innocen. quòd in contrario ponitur, ſpeciale priuilegium illorum religioſorum. [*Quin.*] pro immo. [*Per cen. ecc.*] ſpeciale in hoc caſu expreſſo ſecundum Ho. per id, quod habes de
3 ver. ſi. veniẽs. li. vi. ¶ † Glo. ii. arguit, & remittit. ¶ In gl. vl. ibi §. ſi quis a principe. [*& ibi, nam hoc.*] ſequitur, natura æquum eſt, neminem cum alterius detrimento fieri lo-
4 cupletiorem. † ¶ In glo. i. [*ibi, miſſas publicas.*] ſecundum Hoſtiẽ. priuatas poſſunt per eadem iura, de cle. percu. tuæ. ſupra titu. ii. nimis iniqua. § eos. diſtingue. an ſit ibi oratorium auctoritate epiſcopi, nec ne. In primo caſu dicũt ibi priuatas, in ſecundo non. ¶ In gl. ii. [*ibi, ab epiſcopis.*]
5 dicit † Innoc. & Abb. ꝙ hoc ideo, quia licet perſonæ ſint exemptæ, ipſorum oratoria, vel eccleſiæ non. vide ſupra capitu. recepimus, ſuper. i. glo.

SVMMARIVM.

1 *Hoſpitalarij priuantur exhortationis officio, qui mittunt pro eleemoſinis cruce falſo ſignatos.*
Ab eis miſſi qualiter punientur.
Priuilegiatorum confratres, qui ſe ad ipſos non transferunt priuilegiati non ſunt.
2 *Interdictum violando etiam hoſpitalarij ſacerdotes irregulares ſiunt.*
Laicos ſubeſſe decet, non præeſſe.
3 *Religioſi etiam exempti in quibus caſibus ſi abſoluunt, excommunicati ſunt ipſo facto.*
Clericos non aſtringit lex terræ.
4 *Priuilegium quibus caſibus amittatur, hic & remiſſ.*
6 *Epilogus. & ſuffragium, & additio gloſſarum nu. 7. 8.*
Emancipari quid.

CAP. XI.

1 IVarum nos. C. † In tota prouincia priuantur exhortationis officio hoſpitalarij, qui mittũt pro eleemoſinis cruce falſo ſignatos. miſſi, ſi ſunt laici, excommunicantur. ſi clerici, officio, & beneficio ſuſpenduntur. eadem ſuſpenſione punientur, qui ante reconciliationem in polluta eccleſia celebrarunt. Suſpenſi ab epiſcopis, per exemptos reſtitui nequeunt. Confratres priuilegiatorũ, qui ſe ad ipſos non transferũt, priuilegiati non ſunt. In. i. quereloſa conſultatio. In. ij. reſponſio ij. ibi. Verum. ſubdiuiſio patet, & vt dicebat Hoſtien. in prima parte ponit quatuor hoſpitaliorum delicta, quibus poſtea per ordinem reſpondetur. [*& infra.*] dicebatur in an. ꝙ quia non ſufficiebant loca omnia circuire, aſſociabant ſibi alios, tam clericos, quàm laicos, eorum pectoribus crucis characterem imprimẽ
2 res. [*Ipſi.*] hoſpitalarij † ſacerdotes fuerunt. ergo irregulares violando interdictum hominis, de hoc de exceſ. præ. c. fi. Hoſtien. [*Suſpenſos.*] antiqua litera, pro ſuorum exigentia meritorum. dicebat ſup. maxime. [*Laici.*] quos ſubeſſe decet, non præeſſe. lxij. diſt. docendus. La. & ſup. maxime, quia nec clerici hoc poſſent. [*Reſtituunt.*] hic
3 dic † religioſi etiam exempti, qui in caſibus ſibi non permiſſis abſoluunt excommunicatos à canone, vel abſoluunt à ſententiis latis per ſtatuta prouincialia, vel ſinodalia, ſunt excommunicati ipſo facto, & per ſolum papam abſoluendi, vt in conſti. Vien. e tit. religioſi. [*legem terræ.*] quæ ſeruanda eſt quò ad laicos, ſecundum quod per ipſos approbata eſt. ſed clericos non aſtringit, de hoc de re. iu. cum cauſa, de eo, qui mit. in poſ. cap. ii. Hoſtien.
4 [*Abutitur.*] habes † hic caſum, quo perditur priuilegium. alios vide de decimis, ſuggeſtum in. i. gl. [*Falſo.*] quia portant crucem, & non ſunt oblati. Innocen. quia nõ ſunt veri fratres, ſed ficti. Hoſtien. [*Prouinciam tuam.*] noſtra fretus auctoritate. hęc litera erat in an. [*Si laici.*] ſimilis differentia de vſu. præterea. [*Suſpendas.*] laicorum pœna hic eſt grauior. xxiiij. quæſtio. iij. corripiantur, hæc tamẽ vſ clericis aſperior. Vin. [*Reducas*] noſtra fretus auctori
5 tate, in an. ¶ † Gl. ij. exponit, obiicit, & ſoluit. ¶ Quinta gl. notat, ſignat contrarium, & ſoluit. iterum ſoluit obiectionem de tribus iuribus. vltimò dicit hic ſolui quæſtionem &c. ¶ Gl. [*ſic ergo.*] all. ꝙ ordinarij puniant exẽptos delinquentes. ſecundo all. contrarium. iij. ponit op. Vin. & T. cui ſignat contrarium, & ſoluit. iiij. ponit aliã
6 op. v. op. lo. diſtin. vltimò ſoluit per ius nouum. ¶ † In. v. glo. [*ibi, exilio.*] & corporalibus ſuppliciis, vt ibi. ¶ In glo. ſic ergo. *ibi. auctoritas.* nec publica vacillet vtilitas, vt ibi.
7 ¶ † In glo. ii. [*ibi, irregularis.*] infra de ſenten. excommu. is qui, lib. vj. ¶ In glo. iij. [*in fi.*] quia emancipari propriè eſt patriam poteſtatem exire, ſecundum Got. ¶ In glo. per hoc. [*ibi, monachatum.*] Bar. Brix. contra in q. dominicali, quæ incipit, Iuuenis quidam. T. & illud credo in profeſſione expreſſa. [*& in fi.*] & hoc hic approbat Ho. de hoc, ſupra de regul. ca. iii. & in ſpec. de ſta. mo. ver. xxxix. ¶ In glo. ideſt, [*infra in fi.*] T. cuius finis eſt exhortatio eleemoſinarum. Goſt. infra de hære. vt officium. §. compeſcendi, lib. vj. & in Cle. de pœ. abuſionibus, poſt prin. ¶ In gl. ſic ergo. [*ibi, filios ſuos.*] non eſt verum, quia per hoc non eſſent exempti, ſed priuilegiati. ſ. eo. ſi papa. §. ſimiliter, &
a de ver. ſi. veniens. §. reſpon. lib. vi. [*& ibi, diſtinxit.*] hic, & vj. quæſt. c. vl. & Goff. hic, & Vin. in ſecundo appar. & Phi. [*& ibi, res eccleſia.*] vel non deferendo habitum. Innocen. hoc no. ſ. eod. recepimus. [*& in fi.*] & Hoſtien. remittit ad ſummam. eodem titu. §. fi. ſub. §. finali.

ADDITIO.

a ¶ Diſtinxit, in quantum illi ſolum conſiderant perſonam offenſam, nõ exemptam, maledicunt, niſi addant & locum non exemptum.

SVMMARIVM.

1 *Priuilegium proditum, de cuius veritate & tenore conſtat per teſtes ſecundum dicta teſtium innouatur.*
2 *Miſſio in poſſeſſionem facienda de plano, & executio ſententiæ impediuntur per contradictionem.*
3 *Cardinales omnes presbyteri ſcribuntur cum titulo, excepto vno & quo.*
4 *Teſtium dicta non valent ſine iuramento.*
Eos licet a parte producente reprobari.
Exemptionem plenam ſapiunt hæc verba, nullo mediante quid ad Roman. eccleſiam pertinere.
5 *Negatiua in quo caſu hic probetur.*
Abſolutus quis a Papa per admiſſionem ad oſculum quando dicatur, ad dictio. inſpectis.
Iuris obſeruantiam vna ſola communicatione cum excommunicato non præſumitur velle totam tollere papa.
6 *In excommunicationem minorem an incurrant communicantes illi, quem papa vitat.*
7 *Epilogus, & ſuffragium gloſſarum, nu. 8.*
Perditionem inſtrumenti probare volenti quæ ſufficiat probare, & nume. 11. per quot teſtes eius tenor probetur, & nu. 11.
9 *Teſtes an conducendi illuc, vbi pars altera probationis onus ſubiiſſet, iuncto contextu.*
10 *In emptionis priuilegio in quibus præiudicetur diœceſano, de eo*
nota

non facta ibi mentione.
Priuilegiatum, & ordinatum quis probat ſe per teſtes, poſt me-
dium, ver. ad hoc facit.
Contractum probare an ſufficiat, in quo ſcriptura deſideratur
ſolidata.

CAP XII.

1 CVm olim C. †Priuilegium perditũ
de cuius veritate, de tẽ-
nore cõſtat per teſtes, ſecundum dicta teſtiũ
innouatur. Et in j. proceſſus narratio. in ij.
diſtinctio. ibi, Nos verò. & vide, quia in ſuperſcriptio-
ne dicit, Abbati, & conuẽtui. interdum diriget ſermonẽ
ad vtrunque, & tunc loquitur in plurali. interdum ad
Abbatem ſolum, & ſingulariter loquitur, & ſic fie-
ri debet. ſ. de crimine fal. quam graui, ſecundum Hoſti.
2 [*Propter contradictionem.*] ſic † & miſſio in poſſeſſionem fi-
enda de plano impeditur per contradictionem, ne fiat,
niſi cauſa cognita. de hoc. j. de ver. ſi. dilecto, impeditur
ſententiæ executio, de re. iu. cum ſuper, & ca. ſuborta.
[*Mancipatum.*] ex ſuperabundanti cautela. inſ. cap. proxi.
& de confir. vti. vel inuti. cum dilectæ, poſt prin. [*Baſili-*
3 *cę.*] cum † omnes presbyteri cardinales ſcribantur cum
titulo, iſte ſolus ſine t. ſcribitur. Hoſtien. hoc non aduer-
tit. Gul. in Spe. de libel. con. §. iam nunc videndum, poſt
prin. ver. ſi fueris, vbi videas ad primum. ſ. de teſti. licet,
iij. de cle. non reſi. c. ij. [*Tenore.*] & hoc melius probaretur
per regiſtrum, ſi regiſtratum fuiſſet, de reſti. in inte.
cum ex literis, ver. illa. de præſcrip. ad audientiam, ver.
nos igitur, & de hoc. ſ. de conuer. coniu. dudum, ver. ve-
4 rum. Hoſtien. [*Qui.*] cardinalis. [*Iuratorum.*] aliter † non
valerent, de teſti. nuper. [*Producendos teſtes.*] & hos teſtes
pars, quæ primo produxerat, poterat reprobare. ſ. de teſt.
licet. in. Goff. [*Aduerſa.*] ſcilicet veſtra. [*Illis.*] ſcilicet pro-
curatoribus, epiſcopi. [*Altera.*] i. veſtra. [*Et inf.*] ſequeba-
tur in an ceterum, quoniam. j. datum terminum & re
ceptum in producendis teſtibus defecerunt, nos iã &c.
[*Mediante.*] hæc verba ſapiunt plenam exemptionem. j.
eo. ſi papa, li. vi. [*Indicere.*] quod dic, vt j. eo. ne aliquis, li.
5 vj. [*& quod † nulla.*] no negatiuam, & per verba negatiua
probari. de hoc dixi. ſ. de elec. bonæ. j. cadit enim hoc in
intellectum teſtis literati propter coarctationem locu-
tionis ad certum inſtrumentum, quod per ſe patet. [*Ac*
ceſſiſſes.] forte viſitationis cauſa. Hoſt. vel ob hãc cauſam
[*inſpectus.*] per hoc & id, qđ ſtatim ſeqtur, patet, ꝙ ex cer-
ta ſcientia papa iſtum admiſit ad oſculum. vnde & ſi ex
communicatus fuiſſet, ipſum per hoc abſoluiſſet ſecun
dum Hoſt. vbi vero nullo contradicente, & ſine cauſæ
cognitione papa hoc faceret, præſumendus eſſet feciſſe
hæc ignorantia, vel nimia occupatione. & hoc verum
ſecundum Inn. quando ſententia dicitur nulla. nam ſi
iniuſta, quamuis communicaret, non intelligeretur ab
ſoluiſſe, niſi ſeruaretur forma, ar. ſ. de ſen. exc. cum deſi-
deres. §. i. & vlti. nec enim eſt præſumendum, ꝙ vna ſo-
la communicatione tollere vellet totam iuris obſeruã-
tiam. de elec. eccleſia. ij. niſi appareat, ꝙ communican-
do intendit illum abſoluere, ꝙ in ſolo papa locum ha-
bet, non in alijs prælatis, ſecundum Inno. ſic eſt hodie
expeditum in Clemen. de ſen. excom. ſi ſummus. Alii
dicunt, ꝙ ſi papa ſcienter communicat, videtur abſolue
re, nec per hoc tollitur forma, vel obſeruantia iuris, ſed
6 fit huic gratia. Hoſt. Quod † ſi papa vitat aliquem, nun-
quid communicantes illi incurrunt minorem, Non ſe
cundum Inno. & Hoſt. quia neceſſe eſt, ꝙ excommuni
catus nominetur a ſuperiore. ij. q. j. multi. nec ob. xciij.
di. ſi inimicus, quod loquitur ſecundum Inno. & Hoſt,
de eo, quem prælatus non ſolum vitabat, ſed & tanquã
excommunicatum vitari mandabat. ad idem, de po-
ſtu. præla. c. i. ver. ſed inde. fatentur tamen illum peccare
qui in familiarem tenet eum, quem a prælato ſuo pro
ſuis delictis vitari, videt. per præ. c. ſi inimicus, ad hæc. de
exceſ. præ. grauem. [*Oſculum.*] idem ver. de præben. dile-
cto. & in Cle. de ſen. exc. ſi ſummus. & vt no. deriuatur
ab os oris; nec debet in ſecunda litera ſcribi per v. [*Eu-*
gubino.] loci diœceſano. [*Decernimus.*] ideſt, decernen-
7 do declaramus. Innocen. ¶ † Glo. iij. reſpondet per quę-
ſtionem, & ſolutionem. ¶ Pen. glo. ſignat contrarium,
& remittit. ¶ Vlt. glo. no. ꝙ volens probare &c. & ſoluit
contrarium. de l. ſi de poſſeſſione, & ponit dictum. l. vlt,
de ſi & hoc in prin. & medio. poſt prin. quærit de lega-
to, an poſſit &c. & ſoluit. quærit, quomodo probetur per-
ditio, & ſoluit. ¶ Vlt. arguit ad queſtionem de delegato.
8 ¶ † In vltima gl. [*ibi, arg. ſ.*] ad hoc adducitur, quia ibi iã
fides erat impoſita inſtrumento producto in iudicio, &
nunc perdito. & ideo non ſufficit probari perditionem,
[*& ibi, Luna.*] dicenti ſe habere ſecretum mãdatum prin
cipis non creditur, niſi literas oſtendat. [*& ibi illius.*] ad-
uerſarii, contra quem ſufficit probari furtum ipſius, ſe-
cus de furto tertii. ponit caſum lex ipſa de poſſeſſione
deſerta petita, contra quam probatur ſubtractio inſtru-
mentorum emptionis. [*& ibi, teſtium, in fi.*] ſolutio debi-
ti in ſcriptis probatur per ſcripturam, vel. v. teſtes. ſi ta-
men interuenit ſcriptura, ſufficit probari illius perditio
nem, & ſolutionem per duos teſtes. [*& ibi, præſtito.*] per
opponentem, producens etiam habet de perditione iu-
rare, ſcilicet ꝙ inſtrumentum non eſt penes eum, nec
penes alium de ſua voluntate, ſed re vera & ſine ipſius
dolo perditum eſt inſtrumentum, & ꝙ eius productio
ſibi eſt impoſſibilis. quod ſi non iurat, fides non habe-
bitur inſtrumento [*& ibi, proxime.*] allegatæ, vt ſtatim di
xi. [*& ibi, ſi quando.*] ponit caſum ca. ſtatim allegati.
9 ¶ † In glo. ii. [*in fi.*] ar. de iudi. nouit, ver. cæterum, de mu.
pe. c. ij. de excep. cum inter priorem. ſed potius videtur
iniquitas. ſi enim pars Abbatis ibi noluit hoc onꝰ ſubi-
re, mos ei fuit gerendus. ſ. de teſti. ſpo. c. j. non per hoc
ſequitur, quod pars epiſcopi, cui forte hoc eſt difficile,
idem facere debeat, niſi dicas, ꝙ ita cõuenerit inter par-
tes. ff. de no. ope. nun. l. j. §. & poſt operis. ff. de re indi. ſi cõ
uenerit. ff. communi diui. alias iudicem. vel pars epiſco
pi inducias ſponte ſub hoc tenore recepit. ſi. quod no.
C. de an. ex. l. fi. §. ſi alias. de rigore non eſſet quis cogen-
dus adducere teſtes ad curiam. ad hoc ſ. de fideiuſ. conſti
tutus. Hoſt. vel ſic placuit papę. forte quia habebat factũ
ſuſpectum. facit de ele. cupientes. §. ſi vero. li. vj. in fi. ¶ In
gl. iii. in fi. ſecundum. T. Inno. per hoc no. aſſertioni car
din. credi ſine iuramento. de hoc. ſ. de teſti. cum a nobis,
a de fide inſtru. ꝙ ſuper. ¶ In gl. iiij. [*in fi.*] opponebat † Ho
10 ſtien. nõ debere diœceſano præiudicari, vbi de epiſcopo
non fiebat mentio. ſ. de confir. vti. vel inuti. c. fi. de deci-
mis, dudum. reſpondet illud verum in confirmationi-
bus, vt ibi, & in commiſſionibus, de offi. dele. ſuper eo, &
in indulgentiis, per quæ aliquid ſpeciale concedit, dum
modo aliquid exinde conſequatur priuilegiatus, vt pa-
tet in eo, quod no. j. c. paſtoralis, & c. in his, niſi ex quali
tate conceſſionis, vel ex intentione concedentis aliud p
pendatur, de concel. præbẽ. quia cunctis. §. nec etiam, &
§. ex parte, lib. vj. Sed in priuilegiis exemptionis ex quali
tate conceſſionis dicimus contrarium. nam, ex quo de
illo nulla fit mentio, quo ad omnia præiudicat, ſi aliqd
ſibi reſeruatur, illud ſolum exigit, de præſcrip. veniens. ra
tio patet ex intentione eximentis. ¶ In glo. cum non,
11 [*ibi, ar. contra.*] ad textum. ¶ In glo. vl. [*ibi, plura.*] tria † ſunt,
ſcilicet amiſſio, tenor, & ꝙ in ſui figura fuerit ſine vitio,
vt exprimebant V in. Goff. & Hoſt. ſ. de con. coniu. du-
dum. vbi etiam quærunt, quid iuuat probare perditionẽ
ex quo probandus eſt tenor, & ſine vitio? Reſpõdent, qa
non aliter admitteretur probatio tenoris. ſcito qa ſuffi-
cient duo teſtes, dato ꝙ caſus in inſtrumento cõtentus
ſit talis, in quo requirantur plures, hæc patent. C. de teſt.
l. teſtium, in fi, vbi non adiecto numero dicit probari p
teſtes; & ſic ſufficiunt duo. ff. de teſti. vbi numerus, can.
iiij. q. iij. vbi. [*& ibi, tenorem.*] ſit cautus, ꝙ ĩ articulo ponat
diem, & locum inſtrumenti. cum enim illa ſint de te-
nore inſtrumenti, ita, ꝙ ſine illis non valet, de prob.

quoniam

quoniam contra. de re iud. abbate, ad fi. li. vj. vbi de hoc, ergo illa neceſſario ſunt probanda in probatione tenoris. Item probatio tenoris, quæ fit hoc caſu per teſtes, habet vim inſtrumenti inſinuati, ꝙ ſine illis non valent. ergo &c. non valet, ſi dicas, teſtis non tenetur deponere de die, niſi vbi ſpecialiter de die quæritur, de fide inſtru. cum Io. Dico enim illud verum in probatione ꝯtus. nam illius inſtrumento perdito poterit contractus ꝓbari per teſtes, & valebit probatio, licet non recordentur de die. & ſic loquatur dec. illa, ad id. C. de fi. inſtru. l. j. & l. ſi ſolennibus. per quæ idem dico de priuilegio. non ob. etiam ſi dicatur, ꝙ dies inſtrumenti nõ debet edi parti, quia licet eo caſu non edatur parti, ſemper tamẽ editur iudici, cui fit probatio, de reſcri. ſtatutum. §. cum vero, lib. vj. de proba. quinquaginta. [*& ibi, dico quod non.*] ſecundum Io. T. & Vinc. [*& ibi, nobiliſſimus.*] vbi plene de hoc, & plene in Spe. ti. ij. §. ſupereſt, ver. quid ſi delegati, & tribus ver. ſeq. [*& ibi, non ſufficit.*] vide in Spe. de inſtru. edi. §. reſtat, ver. illud quoque. [*& ibi, iuramentum.*] hoc verum de amiſſione caſuali, & ꝑmiſſa aliqua ſummaria cognitione, vel adiunctis aliquibus præſumptionibus, ſecundum Inno. & Hoſt. & adde quod in fi. dicã. [*et ibi, uidetur.*] ſecundum Io. ſed T. contradicit. all. de fide inſtru. c. j. xxv. q. ii. ſancimus. de of. dele. Et omnino vide, quod ſcripſi de reſcri. pñ. ĩſuper, ver. ſed obiicitur, cũ in in iure, cui Vin. conſentit, niſi aliqua vice literæ fuerint exhibitæ. quod ſatis hoc placet Inno. & Hoſt. qui dicunt ante præſentationem literarũ non admitti probationem per teſtes, poſtea ſecus. & ſubdubio forte placet hoc Bartho. in dominicali. xj. & de hoc in Spe. de probatione. §. ſi. poſt prin. imò, ſi poſt latam ſententiam agatur de hoc, coram alio iudice, ipſe prin⁹ poterit de hoc teſtis eſſe. arg. ꝟ de excep. pręs. inter, ſecundum Hoſtien. [*et ibi, amiſerit.*] ſi dicas per ſubtractionem aduerſarii, Dama. hoc concedit per prædi. l. ſi de poſſeſſione, alias non [*& in fi.*] de hoc ꝟ. de offic. delega. cum in iure. ad hoc facit, quia & per teſtes probat quis ſe priuilegiatum. C. de fide inſtru. ſi ſolemnibus, & ordinatum. ꝟ. de cleric. peregrinis. quærit etiam Hoſt. an ſufficiat per teſtes probare ꝯtractum, in quo ſcriptura deſideratur, teſtibus dicentibus, ꝙ ſcriptura fuit inde completa, & licet ar. huius decre. quidam dicant ꝙ ſic, ipſe putat contrarium, cum ſcriptura ſit de ſubſtantia. C. de fide inſtru. contractus. C. de teſti. l. teſtium. C. de bonorum poſ. ſecundum tab. l. fi. C. de fideicom. l. ſi puto, ꝙ fuerit dubium Hoſt. an ſufficiat probari contractum, an ſit neceſſe probari amiſſionem, & tenorem, in quo etiam Inno. recitat opiniones, quarum vna fuit ſufficere probare contractum, & ꝙ ſcriptura cum omni ſolennitate, quæ requiritur, interuenit, de re iudi. ſicut, licet non probetur amiſſio. alia fuit, ꝙ neceſſe eſt etiam probari caſualem perditionem cum contractus, vel factum ſubſtantiam capiat ex ſcriptura per. l. præal. neceſſe eſſe ergo probari ipſius ſcripturæ caſualem amiſſionem, & tenorem caſualem; dixi, quia ſecundum quoſdam voluntaria vel ex lata culpa interueniens non excuſat, quando dicitur de probãdo tenore: quia poſſet eſſe occulta falſitas in inſtrumento, quam prima facie teſtis perpendere non potuit. vnde non audiretur aſtruens hanc negatiuam, ꝙ nullum vitium ibi eſſet, niſi fauore caſualis amiſſionis. & hæc vera, cum quęritur de probando tenore, ſed ſi contractum volo probare per teſtes, de quo ſcriptura cõcepta fuerat, tunc non habeo neceſſe probare amiſſionem, nec tenorem, C. de fide inſtru. In exercendis, quod eſt verum de contractu, qui ſcripturam non deſiderat. in illo enim ſecus, vt prædixi.

SVMMARIVM.

1 *Innouatio priuilegij nouum ius non tribuit, ſed antiquum ius conſeruat, & quando, ibid. proſit, nu. 4.*

In reſcriptis vel in libellis quorum mentio fit, an & quando ea probare neceſſarium ſit.

2 *Obedientia debetur iure diœceſano, & qua.*

3 *Mulierum ſexui, & religioni compatiendum.*

Populus interdictus non eſt interdicto clero, nec econtrario.

Contumax qui non dicitur in illo actu, ad quem quis citatus non fuit, in fin.

5 *Additio gloſſarum.*

De exemptione non facta mentione an literæ ualeant.

CAP. XIII.

1 EX parte. C. † Innouatio priuilegii nouum ius non tribuit, ſed antiquum ius conſeruat. In j. appellantium conqueſtio, priuilegii productio, & de ipſius Innominatione deciſa petitio. In ij. ibi, Nos autem, ipſius innouatio, & proteſtatio. [*occaſionem.*] quærit hic Inno. an in his formis, qualis eſt iſta, & ꝟ. e. quãto, & de off. or. grauc. de reſcri. ex parte decani. ꝟ. de verb. ſig. ex parte, ſit neceſſe probari indulgentias, literas, vel alia, de quib⁹ reſcripta, vel libelli faciũt mentionem? & dicit cauſam vel demonſtrationem in reſcriptis, vel libellis appoſitã non teneri quem probare, dummodo conſtet de re, cuius dicitur cauſa, vel demõſtratio, niſi ſit talis, qua omiſſa literas non habuiſſet, nec libellus receptus fuiſſet. ex quo enim de re conſtat, falſa cauſa non vitiat. ff. de condi. & demon. cum ita legatum. §. legato, & § falſam cauſam, Inſtit. de lega. § huic proxime, ſecus in conditione, vt per eaſdem ll. probatur. quando tamen ponitur tale quid in libello pro cauſa, ex qua petitio oritur, & ſine qua petitio non procedit. neceſſe habet proponens probare cauſam illam, alias ſuccumbet. vj. q. vlt. actor. nec etiam recipiendus eſt libellus, niſi in eo cauſa ſufficiẽs exprimatur. ꝟ. de libel. obla. c. fina. ſecundum Inno. vbi poſt eum ſcripſi ſuper gl. ij. de cauſa expreſſa in reſcripto remit. Hoſtien. de reſcript. ſuper literis. [*Moleſtare.*] iudiciali moleſtia, citari ſcilicet faciendo, vexando la-
2 boribus, & expenſis. [*obedientiam.*] quo † iure diœceſano debetur. ꝟ. de offi ordi. conquerente. Goſ. [*Ab ipſis.*] abbatiſſa, & monialibus. [*omnimodam*] ſpiritualem. ꝟ. de offi. or. conquerente, non temporalem. viij. diſtin. quo iure, Hoſtien. [*Grauarent.*] in quo non exprimit. vnde licet diui-
3 nare. [*Compatientes.*] cui † compati debeant. C. qui poti. in pi. ha. l. aſſiduis, & religioni. ꝟ. de do. & con. c. i. Hoſt. [*Et populum.*] interdicto clero, non eſt populus interdictus, nec econtrario. ꝟ. de ſen. ex. ſi ſententia. li. vi. [*Prætulerunt*] & forſan appellationem proſequi non poterant, licet poſſent impetrare, quia iudices non detulerant, nec terminum ſtatuerant. ideo vſę ſunt ſequenti remedio, ſecundum Inno. & Hoſt. ſed Goſ. aliter, vt ꝟ. dicam. [*Diutius.*] ſcilicet per xl. dies, ſecundum conſuetudinem Ro. cu. T. & Goff. [*Apparuit.*] ſic. ꝟ. de dolo, & contu. cũ dilecti [*Defenſaret.*] vel aliquid contra innouationẽ opponeret. [*innouandum.*] qa hoc petitum fuit a papa poſtquam apparuit illas ſententias fore nullas. ſecundum Goſ. [*Ita tamen.*] oſtendit, ꝙ ex innouatione facta cõtra non contumacem reprehendi non poteſt. dicunt tamen quidam innouationem non fuiſſe factam, niſi quia ille fuerat contumax, quod eſt falſum, quia non fuit contumax quo ad hunc actum; quia nec quo ad illum citatus, ſecundum Inno. & Hoſt. ſecundum quos dici poteſt, ꝙ epiſcopus de priuilegiis non contendebat.
4 [*nouum.*] ſi † ergo priuilegium per aliud poſterius fuerat reuocatum, vel contra illud præſcriptum, vel illi renunciatum, vel aliter non valebat innouatio, nihil prodeſt.
5 ¶ † In glo. i. [*in fi.*] dic, vt ibi dixi. ¶ In glo. ij. [*in fi.*] imò bene valent literæ. quod dic, vt ꝟ. de lit. conte. c. j. li. vj. ſecundum Inno. ob. tamen in peremptoria exceptio naſcẽs ex priuilegiis, qua non ad miſſa locus eſſet appellationi, vt ꝟ. patet. quod non eſſet, ſi de ipſis in literis mentio haberetur. ꝟ. de præſcrip. veniens, ver. non obſtante, de reſcrip. cæterum, & e. conſtitutus, ſecundum Hoſtiẽ. qui etiam dixit dici poſſe ſecundum ſtylum cur. ſecũdum

quem

quem ſemper de exemptione, debet fieri mentio in reſcripto, ꝙ nõ valeat reſcriptum. hoc tacito, & põt eſſe ratio, quia talem iudicem daret papa contra non exemptum, quem non daret contra exemptum. nam diœceſanus nunquam datur iudex contra ipſum de conſuetu. curiæ. Stilus autem conſiderandus eſt ſ. de cri. falſi, quam graui. ¶ In gloſſ. & ita, [*ibi ſubiecto.*] id non releuaret a ſententia delegatorum papę. vnde primũ teneas ſm Hoſtien. ¶ In glo. vlti. [*in fi.*] idem in ſententiam quod dic, vt not. xi. q. iij. quomodo.

S V M M A R I V M.

1 *Priuilegio duplici vtens eccleſia, licet in vno ſuccumbat, ex altero poterit obtinere.*

Exemptus non tenetur obedientiam promittere diœceſano, in loco non exempto tamen non poteſt eccleſiam conſtruere ſine eius licentia, & nu. 18. eius fructus & dominium cuius fiet, ibid.

2 *Comparere nullum, vel non idoneum, idem eſt.*

Epiſcopus concedit priuilegia libertatis, acquirit epiſcopatui, cum promotus eſt, nu. 5.

Ab eo facta donatio an & quando valeat, nu. 8. & 17.

3 *In ſumptibus, vel expenſis condemnatio quando fiat.*

Expenſarũ cõdemnatio præcedit hic diffinitiuam & valet, in fi.

4 *Portarius quis.*

Portarij, ſeu executoris vel viatoris quæ poteſtas in poſſeſſionem maxime danda.

Poſſeſſio ſi per quem mandetur dari, amoto quolibet illicito detentore, ad quos poteſtas extendatur.

5 *Marabutini, monetæ genus.*

Canonicus regularis, vel monachus acquirit monaſterio ſuo, & nu. 6. ſed ipſum non obligat, nu. 7. quando autem ex maleficio, n. 7. acquirit ei & poſſeſſionem, ibid.

De rebus ei oblatis quando agat monaſterium, ibid. §. quid de rebus.

An poſſit conſtituere procuratorem, & ipſe conſtitui, ibid. in fi.

6 *Abbas ſi ſe obliget, obligat monaſterium, & quo caſu. quando ex maleficijs, nu. 7.*

8 *Eleemoſina non dicitur, ubi datur magna pecuniæ quantitas.*

9 *Præſcriptio canonica quæ.*

Defenſio in quibus competere dicatur.

Aedificium cedit ſolo.

Libellus, quod ſi hoc non eſſet, illud eſt faciendum, ſolet concipi, ad verſ. quod ſi.

10 *Scripturæ uiſum per quæ probetur nobis non uidentibus.*

Originale non præſumitur una manu non ſcriptum, & quo caſu.

Sumptum an fidem faciat, remiſſiue.

Notarij in authenticando ſcripturam cautela quæ.

Libertas pro exemptione, in fi.

11 *Eam nec ſibi præſcribit monaſterium, cum præſtare alicui debeat epiſcopalia, & cui.*

Exemptio capitis non extenditur ad capellas, in fi.

12 *Rei iudicatæ exceptio non obſtat, ſi nunc alia cauſa à priori exprimatur.*

Papæ ſiue ſummi pontificis poteſtati non obſtat ſubtilitas, probata coram eo ueritate.

13 *Veritate comperta ſententia retractatur.*

Diuinare iudices non tenentur.

In appellationis cauſa exprimenda reuocationis primæ ſententiæ cauſa.

14 *Epilogus, & ſuffragium gloſſarum nu. 15.*

Conſenſus per metum extortus non ualet.

Monaſterium, uel oratorium non licet ædificare ſine licentia diœc.

Pupillus quando condemnetur ob dolum, uel culpam tutoris. §. ij.

In teſtamento cæci tenentur teſtes ſinguli ſubſcribere.

16 *Additio gloſſarum.*

Priori conuentuali poteſt committi cauſa. §. j.

CAP. XIIII.

1 CVm olim. C. † Eccleſia vtens duplici priuilegio licet ex vno ſuccumbat, ex alio poterit obtinere. exemptus non tenetur promittere obedientiam diœceſano, non tamen poteſt ſine ipſius licentia in loco non exempto eccleſiam conſtituere. hoc quo ad ſ. & prima pars narrat factum, ſecũda diffinitionem delegatorum. iij. petitionem mon. contra ſentẽtiam. iiij. papæ ſententiam. primo interlocutoriam, ſecundo diffinitiuam. ii. ibi. Iudices. iij. ibi. Tamen iiij. ibi. Nos igitur

2 [*nullus.*] idem, ſi † comparuiſſet, ſed non idoneus. ſ. c. pro. xi. de tranſla. c. ij. [*præfigendum.*] an ꝓcedi potuiſſet in cã appellationis, & an in principali, dic, vt ſ. de appel. ſępe, & c. per tuas, & eo. ti. cordi. lib. vj. [*epiſcopo.*] concedit ergo epiſcopus priuilegia libertatis, quod dic, vt ſ. de relig. do. conſtitutus, & de cenſi. cum ven. Hoſtien. [*Credentes*] enim non eſſet ex defectu eorum. ſed partis, vt patebit. j. [*ſanctæ crucis.*] condemnarunt. quod eſt infra, & videbis, quod in quinque iudicatum fuit contra iſtos. primo in expenſis. ij. in libertate per epiſcopum cõceſſa. iij. in ſubiectione mon. adiudicata epiſcopo. iiij. in reſtitutione monetæ. v. in adiudicatione eccleſiarum cum fructib⁹. & horum ſententia in tertio infirmatur, in reliquis con

3 firmatur ſecundum Hoſtien. [*negoci.*] quandoque † fit condemnatio in ſumptibus a tempore cõtumaciæ, de do. & contu. cum dilecti, de ſequeſ. poſ. c. j. quandoque in ſumptibus ab initio litis, vt hic & C. de iudic. ſancimus. lo. quod intelligas ſecundum Hoſtien. deductis expenſis, in quibus propter contumaciam, vel probationis defectum prius facta fuerat condemnatio, & exactio pęnę. Exemplum de dolo, & contu. finem, de procur. auditis. nec eius bona fides patitur &c. infra de reg. iu. bona fi. cũ ſuis ꝯcor. li. vj. & q̃nque præſtãtur in quadruplum. ĩ odium hæredis, & fauorem libertatis. C. de fidei. liber. l. vl. V. in. [*Condemnarunt.*] & bene. vñ ſnia ꝯfirmatur in fi. & not. quod præcedit condemnatio expenſarum, & ſequitur diffinitiua, & valet, vt probat finis capituli, vbi ſententia confirmatur. [*portarium.*] ideſt cur

4 ſorem † vel viatorem regium & publicum. talem enim in illis partibus vocant portarium, ſecundum Hoſtien. Iſte tamen portarius, vel executor deputatus a rege, nullam poteſtatem habuit cogendi canonicos ad aliquid faciendum, ſupra de conſtit. eccleſia. im mo plus videtũ, ꝙ ſi eſſet etiam executor papę merus non poſſet alicui partium vim inferre, neč de poſſeſſione ipſam expellere, niſi hoc eſſet ſibi expreſſe commiſſum. C. de iure fiſ. prohibitum eſt, li. x. quod tamen perraro & non ſine cã committendum eſt ff. de iudic. l. ſi, ſupra de conceſ. præben. quia diuerſitatem. vide quod ibi dixi in glo. præbendis. & c. cum noſtris, & c. literas. nec eſt contra. ff. de re iudi. a diuo. §. ſi ſuper. & §. ſeq. & ibi dicitur, ꝙ executor habet cauſę cognitionem, quod ibi loquitur de executore iudiciali, non de viatore, cuius modicum eſt officiũ, & vertitur in adimplendo mandato iudicis, & in renunciando, quid inuenerat. ff. de re. e. qui ſub tu. ſunt. magis puto. §. ne tamen. imo plus videtur, quod etiam ſi inueniat rem, vel eccleſiam, cuius poſſeſſionem dare debet ſine vllo præſente poſſeſſore, ita, ꝙ etiam ſine violentia poſſit procedere, tamen non debet illam aſſignare, niſi ille, qui ipſam tenet de facto, prius eam reſignet, vel verbo, vel auctoritate iudicis exinde expellantur. & ſic intelliguntur a quibuſdam dictę decre. quia diuerſitatẽ, cum iuris, literas, niſi forte præſentibus partibus lata eſſet ſententia contra poſſeſſorem. tunc enim ſatis videt, quòd viator poſſet dare poſſeſſionem, quam alius poſſidet, maxime vbi poteſt fieri ſine violentia. C. ſi per vim, vel alio modo. l. ſi. Nec ob. præal. dec. quæ dicunt, quòd primo debet reſignari de facto, loquuntur enim quando præceſſit tacita tantum renunciatio, quæ tamen poterat habere excuſationes. præmiſſo igitur caſu poſſet viator poſſeſſionem dare, ſicut & quando ſententia lata eſt, poſtquam, nulla excuſatio admittitur. C. ſententiam reſcin. non poſſ. l. j. immo & plus videtur, ꝙ ſi pars eiiciat per violentiam eum, contra quem lata eſt ſententia, & poſtea poſſeſſio vacantis rectoriæ ſpoliatori aſſignetur, ꝙ bene tenetur ſpoliator interdicto, vnde vi, ad intereſſe. ff. vnde vi. l. j. §. ex die. tamen ſi confiteatur

ſe

ſe nihil iuris acquiſiuiſſe, tunc cogitur rem iudicatam
reſtituere. ſupra de cauſa. poſſ. cum ſuper, & quia ſine
peccato tenere non poteſt. Alij contra, quia bene po-
teſt tenere ſine peccato, ſi per errorem iudicatum eſt. ff.
de condi. inde. Iulianus. Innocen. ſuper quo vide, quod
no. in ſum. de re. iudi. ſub Rubrica, de ſententia. §. quot
ſint eius ſpẽs, ſub. §. ſed nunquid eſt hoc ſimpliciter ve
rum. infra de pur. vul. cap. ij. Hoſtien. nec ob. dec. cum ſu
per, quæ loquitur, quando ſimul ſuper petitoriis & poſ-
ſeſſorio ſententia lata eſt. hic vero, quando diuiſim. ſed
difficile eſt videre, quæ ſit differentia, vtrum ſimul, vel
diuiſim ferantur ſententię dummodo executiones ip-
a ſarum in idem tempus concurrant. [a]hoc de iudice, qui
mandat fieri executionem. Sinautem mandetur alicui,
quod det alteri poſſeſſionem alicuius rei, amoto quoli-
bet illicito poſſeſſore, non extenditur hæc poteſtas niſi
ad notorie illicitos, ar. infra de offi. delega. ſtatuimus, li.
vj. Alij dicunt, & forte melius, quod talis procedere po-
teſt etiam contra occultum, ſed iuris ordine obſeruato,
ar. de reſti. ſpolia. conquerente, & hoc no. ſupra de reb.
ec. non alie. epiſcopi, ſecundum Innocen. cuius eſt qua-
ſi hæc tota gloſſa. quam poſuit Hoſtien. & de hoc vlti-
mo in Spec. de ſenten. excom. §. ij. ver. quid ſi mandetur.
[*Extorto.*] & ſubiectionem mon. adiudicarunt epiſco-
po. & in hoc ſolo retractatur prima ſententia. [*Marabuti*
5 *norum.*] genus † monetę. ad idem, ſupra de conſeſ. cum
ſuper, de iureiur. querelam. de emp. & ven. ad noſtram,
& infra de re iudi. ad apoſtolicæ. ver. poſſet etiam, lib. vj.
[*Tromotus.*] ideo acquiſiuit epiſcopatui, vt dicit glo. ſi au
tem eſt ſimplex canonicus regularis, vel monach᷒, mo
naſterio ſuo acquireret, etiam ſi eſſet fugitiuus. ſupra de
b offi. ord. [b]quanto. & ſiue ſibi ſtipuletur, vel mon. ſuo, ſiue
perſonaliter, & quocunque alio modo cõtrahat, mon.
acquirit, arg. ff. de ſtipulatio. ſeruo. ſiue mihi. ſecus, ſi ſti-
puletur alij. tunc enim nec illi acquirit, quia nõ poteſt
de hoc, de procur. conſtitutis. in glo. cum ſua remiſ. nec
domino, quia non vult. ff de ſtipula. ſer. l. ſeruus meus.
Quinimmo & ſi monaſterio vetante aliquid acqrat,
monaſterio acquirit, vt ff. de acquir. re. do. etiam, ſecun-
dum Inno. futuro autem prælato ſtipulari non poteſt,
arg. ff. de ſtipu. ſeruo. l. ſeruus hæreditarius. Quid ſi tan-
quam incorrigibilis de monaſterio expellatur ſecundũ
id, quod leg. & no. ſupra de regul. c. fi. Reſpõdeo, poteſt
dici, ꝙ nulli acquirit, nec valeret contractus, cum ſit a
mon. abſolutus. Alij dicunt, ꝙ acquirit epiſcopo, a cuius
iuriſdictione adhuc non intelligitur abſolutus. niſi epi-
ſcopus contra eum proceſſiſſet, & tandem ipſum expo
ſuiſſet curiæ ſeculari, ſecundum quod le. & no. de iudic.
6 cum non ab homine. Quid de † Abbate obligante ſe,
nonne & monaſterium ex hoc obligatur. Dicunt qui-
dam, ꝙ ex omnibus contractibus obligatur, ſed non in
plus, quam extendet ſe adminiſtratio ſibi commiſſa. ar.
ſupra de fideiuſ. quod quibuſdam. Quid ſi non habet
adminiſtrationem? Adhuc obligatur, ſed nõ cogitur ſol
uere, cum non habeat, vnde ſoluat. ꝫ. de ſolu. Odardus.
7 Quid de † maleficiis per Abbatem, vel monachum cõ-
miſſis? Reſpon. non tenetur monaſterium, quia delictũ
perſonæ &c. vt infra eo. §. i. xvj. q. vi. ſi epiſcopum, & le. &
no. ſupra de excep. cum. venerabilis. §. intelleximus, niſi
in quantum ad monaſterium perueniſſet, & in eiuſdẽ
vtilitatem verſum eſſet. ar. x. q. ij. hoc ius. ſupra de ſolu.
quod quibuſdam. §. pe. ff. ſi certum pe. ſi & me & Titiũ,
in fi. ff. de condi. inde. nam hoc natura. & idem dici-
mus de obligationibus contractis cum monacho. licet
enim poſſit actionem monaſterio acquirere, non ta-
men poteſt ipſum alij obligare, ar. Inſti. de auc. tu. reſp.
j. quamuis igitur Abbas ex contractu monachi agere
poſſit, non tamen tenetur reſpondere niſi de eo, quod
ad ipſum peruenit, vt ſupra no. ſed contra. quia omnis
contractus a iure monacho ꝓhibetur, niſi Abbate im-
perante. xij. q. i. non dicatis. xvi. q. i. ſunt non nulli, & c.
de præſentium, ergo contractus per monachum init᷒

nullus eſt, cum factus ſit lege prohibente, ar. C. de legi-
bus, non dubium. x. di. iudex. So. hoc verum eſt, ſi quæri
tur, vtrum poſſit monaſterium obligare. Quando vero
quęritur. vtrum poſſit ei acquirere, ſecus eſt, vt ꝫ. no. nã
& poſſeſſio acquiritur monaſterio etiam per mona-
chum fugitiuum domino ignoranti, dummodo iuſta
ſit, ar. ff. de acqui. poſ. l. i. §. per ſeruum. Sinautem eſſet In
iuſta, non acquireretur, ar. ff. de acqui. poſſ. quod in eo. § fi.
& l. quod ſeruus, niſi forſan dominus hoc ratum habe
ret. ff. de vi & vi ar. idem. §. cum procurator. poſſeſſionẽ
etiam ſerui, ſi tributa fuerit, poteſt petere & ſeru᷒. & do-
minus in melius reformari. C. ſi per vim, vel alio mo
do. l. i. & idem ſeruus omnia, quæ detinet, niſi probetur
contrarium. præſumitur poſſidere, ar. xviij. q. j. c. j. Quid
de rebus ablatis monacho? Reſpon. ſi erant monaſterij,
vel etiam alterius, ſed tamen monaſterium ad reſtitu-
tionem ipſorum obligatum erat. tunc agit monaſteriũ.
Si vero nec monaſterij, nec reſtituere tenebatur, tunc
agit ille, qui dominus erat rerum. Quid ſi Abbas res de-
poſitas penes monachum videt rapi, vel ſubtrahi, vel
alias perire, & facile eſt Abbati ipſas liberare. ſatis cre-
dit Innocen. ꝙ teneatur depoſiti propter dolum, ar. ꝫ. de
poſiti. c. ij. credo, ꝙ peccat, ſed non puto, quod propter
hoc ipſe, vel monaſterium obligentur, ex quo fuerunt
penes perſonam tantum monachi, & non penes mo-
naſterium commendatę. ꝫ. depoſiti. c. j. Hoſt. an vero his
caſibus. quibus agere, vel defendere poteſt, poſſit procu-
ratorem conſtituere, & an poſſit conſtitui procur. vide
de re. iudi. cum. l. & A. in prin. [*dederat.*] Hoſtien. obiicit
8 † ſic. epiſcopus, quamuis ſit ꝓcurator, loco domini eſt
de dona. c. ij. & habet generalem & liberam, de elec. cũ
nobis olim, ad fi. ergo tenuit donatio ab ipſo facta. ff. de
procur. procurator, cui libera. ſoluit, quod hic dedit in
infirmitate, de qua obiit. quare non tenuit. de hoc de pe
cul. cleri. c. fi. nec dicitur eleemoſyna, vbi tanta ſumma
datur, de dona. cęterum. & ſic non ob. de teſta. relatum.
ver. licet. vel iſti dicebant, ꝙ dederat, ſed non probabant,
vel ſententia tranſiuit in rem iudicatam, cum non fuiſ-
ſet appellatum, de re iudi. quod ad conſultationem. pri
ma ſolutio ſibi placet, ad quam facit, de ſepul. de his, &
quod dixi de teſta. ad hæc. In ſolutionibus vagatur Ho-
ſtien. quia obiectio eſt falſa, de offi. vica. c. fi. li. vj. nec lex
procura. dicit id, ad qđ cã inducit. & facit qđ no. in ꝑ. de-
cre. cũ nobis, in glo fi. & de elec. is cui, lib. vj. in i. glo. fa-
teor tamen, ꝙ eſt ꝯ præ. decre. cęterum, de don. quę per-
mittit Abbatem donare modica. ergo fortius id poteſt
epiſcopus, licet ſit regularis. Reſpõdebat. G. Na. id ideo,
quia donatio fuit enormis. eo. ti. c. ii. [*Ipſum.*] monaſte-
rium. [*Eorum.*] duorum marabutinorum. [*Fundarat.*] de
hoc vide, quod habes infra eo. aucto. li. vj. [*Præſcriptio-*
9 *ne.*] canonica. nam † & ſi probaſſet tempus, non tamen
titulum probauit. Hoſtien. [*Defenſione.*] puta rei iudicatę,
donationis, vel confirmationis. de hoc de reli. do. con-
ſtitutus. [*Factis.*] de facto. ſufficiebat enim ius commu-
ne. Hoſtien. [*Iudicauerunt.*] & bene. vnde in fi. confirma-
tur ſententia [*Fructus.*] cum eſſent malefidei poſſeſſores
de hoc. ꝫ de reſt. ſpo. grauis. & quod canonici ibi ędifica
uerunt, cedit ſolo. C. de rei ven. l. ij. Inſti de rerum diui. §.
ex diuerſo. Inno. & Hoſtien. [*Quod ſi aliter.*] no. ſecũdum
Abb. pro hac forma libelli, de qua ſupra de reſti. in inte.
conſtitutus, & in Spec. de ſen. prola. §. iuxta, ver. ſed nun-
quid talis libellus. [*Ius noſtrum.*] fortis allegatio. ꝫ. de reſti.
in integ. c. ij. de ſup. neg. pręla. licet, de confir. vti. vel inu-
ti. cum dilecta, ſecundum Hoſtien. [*De gratia.*] quo ad
ius mon. non quo ad ius papę. & forte fuit gratia, quia
nec reſtitutio fuerat petita, ſed ſimpliciter ſine libello
implorata papalis benignitas, vel dic vt dicit. G. [*Ante*
tempus.] per quod patet, ꝙ non fuerat confirmatoria il-
lius, quæ non valebat, quia nondum emanauerat. [*Con-*
10 *ſtitit.*] per teſtes, vel confeſſionem, non per viſum, quia
papa non vidit originale. Inno. vel per acta coram iudi-
cibus habita. Hoſtien. [*Manibus.*] & ideo non præſume-
batur

batur originale, ſed ſumptum. Innocen. de quo an fidem faciat, vide de fide inſtrumentorum.c. primo. pe. & vlti.& no.Hoſtien.eum qui autenticat priuilegium, vel aliam ſcripturam, debere eſſe cautum in attendendo omnia, etiam ſubſcriptiones, & ſigna, & de litura, & de diuerſa ſubſcriptione facere debere mentionem expreſſam, alias de facili poſſet falſitatem incurrere. ad hoc de his quę fiunt a prælato.quanto,in fine.in Auct. de inſtrumen.ca.in princip.collatione vj.& cautt nota rij dicunt ſe nil dimiſiſſe, addidiſſe, vel mutaſſe de ſubſtantialibus.quicquid ſit de punctis, literis, vel figuris.
11 [*Libertatem.*]ideſt exemptionem.libertatem †enim nec ſibi præſcribit monaſterium,nec illam habet, quia & ſi epiſcopalia diœceſano non præſtet, præſtabit tamen illa abbati,vel alteri,ad nutus papę, de præſcrip. cum non liceat,& e.cum ex officij,ſecundum Innocen. ad hoc.xciij.diſtinctio.c.nulla ratione. [*quod ea.*] eccleſia, ſcilicet crucis.[*Præſcripſiſſet.*]cum illo titulo priuilegij. Iſta tamen exemptio capitis non extenditur ad capellas. j. c. iij. ſ.de præſcrip.cum olim.[*Imponentes.*] oppo
12 nitur,ſi†monaſterium prouocans in libertatem expreſſit pro cauſa priuilegium epiſcopi,& nunc proponitur alia cauſa,ſcilicet priuilegium papæ, non obſtat exceptio rei iudicatæ, ff. de exceptio.rei iudi.cum quæritur, ſ.de libelli obla.c.fina.de officio ordina.dilectus. ſi vero nullam cauſam expreſſit,non auditur: quia totum ius ſuum in iudicium deduxit.ff.de iudi.ſolemus.C.de annali exceptione.l.fina.de cauſa poſſeſſion.cum eccleſia.dicit Innocen.quod obiectio de iure communi vera eſt. hic autem de ſola gratia beneficio reſtitutionis eſt monaſterium auditum.dicit Hoſtien.quod obiectio non procedit, quia hic non agebat eccleſia contra epiſcopum, ſed epiſcopus contra eccleſiam, quod patet etiam hic,quia illi imponitur ſilentium. ſed ſecũdum eum potius eſt no. quod nulla iuris ſubtilitas obſtat poteſtati & proceſſui ſummi pontificis, ex quo veritas coram ipſo probatur,& de hoc.ſ.de accuſationib.
13 ad petitionem.& † no. veritate comperta ſententiam retractandam,de pur.vul.c.ij.[*non cognouerint.*]nec pronunciauerint.Innocen.[*Profeßionis.*]alias proceſſionis, de qua.ſ.de exceſſi.prelatorum.nimis praua.circa prin. [*Iudicibus.*]i.famę iudicum.[*Præſentata.*]qui nec diuina re tenebantur.ſ.vt eccleſiaſtica bene.c.vno.& no.ſecundum Abba. in cauſa appellationis exprimendam cauſam reuocationis primæ ſententiæ,de hoc de re iudicata,
14 ficut.¶ †Gl.iiij.reſpond.per quæſtionem, vel obiectionem.¶ Quinta obiicit, & ſoluit.¶ Glo. & ſic reſpon. per obiectionem, quod propter noua iura ſine reſtitu-
15 tione, &c. ¶ † In glo. conſenſus.[*ibi, l.iij.*]repetit hæres fundum, quem teſtator vi, vel metu diſtraxit, etiam a tertio emptore,qui tamen non pręſcripſit.¶ In glo.no. quod.[*ibi, §.ſi quis autem.*]non licet ædificare monaſterium,vel oratorium niſi de licentia diœceſani ibi crucem figentis.¶ In gl.xvj.[*inſi.*]l.j. eſt.& ibi dicitur: tunc demum ob dolum, vel culpam tutoris condemnari pupillum poſſeſſorem,cum tutor eſt ſoluendo.¶ In gl. ex hoc.[*ibi, hac conſultißima.*]ſinguli teſtes ſubſcribere
16 debent in teſtamento cęci. ¶ † In glo.iij. [*in fine.*]dicit Hoſtien hanc termini aſſignationem ciuiliter intelligendam,vt ſcilicet diffiniatur,cum poterit diffiniri, ꝙ etiam ad plenum de cauſa non conſtaret, vt patet per verſi.ſequens, nec ſunt verba calumnianda.ff. ad exhiben.l.penultima. ¶ In glo. no. quod.[*ibi, cum ordinem.*] Vincen. Idem Innocen. & Hoſtien. [*& ibi,dignitatem.*] priori tamen clauſtrali committi non poteſt, ſed priori conuentuali ſic,licet non aſſumatur per electionem vt in concil.Vien. de reſcriptis. & ſi principalis.[*& ibi, pręſenti.*]quam hodie non habemus,ſed dic, vt j. de reſcrip.ſtatutum.libro ſexto.¶ In glo.& hoc. [*in fine titu.*] ſimilis commiſſio ſ.de reſcrip. ex parte decani. Goſtre. Innocen.alternatiue tamen dicit,quod alij fuerunt.qui pronunciauerunt.& dicit hoc patere in regiſtro,vel ſecundum eum fuerunt ijdem iudices, ſed proceſſerunt auctoritate prorogata,& non ſecundæ remiſſionis. ſed primę commiſſionis. vel ſecundum eum, vt dicit glo. quod videtur verius,ſecundum Hoſtien.& quicquid dicat Innocē.de regiſtro, non conſtat ſecundum ipſum.
17 ¶ In glo.quicquid.[*ibi, conſecrationem.*] vel confirmationem,& poſſeſſionem habitam.[*& ibi, ſtatutum.*] ibi eſt caſus.vnde & Ab.olim miratus fuit de domino meo, qui hanc diſputauit quæſtionem. ¶ In glo. no. quod.
18 [*ibi, non † debet.*] in ſua diœceſi in loco non exempto, quod dic,vt j.eodē.auctoritate.lib.vj.[*& ibi, dominium.*] non vt ſibi illam retineat,ſed vt de illa ſicut de alijs ſuæ diœceſis ordinet.x.q.j.regenda,de cenſi.eccleſij. ſecundum Hoſtien.idem de fructibus,de quibus ſequitur, ꝙ ſi in vtilitatem eccleſiarum ædificatarum illos conuertet,de ſucceſ.ab inte.c.ſi de offi.ordi.cum vos.ſecundum Innocen.Hoſtien.& Abba.¶ In gl.& ſic.[*ibi, a ſententia.*] hoc teneas,licet Io. Vincen. Goffre. & Phi.dixerint, ꝙ hic erat penitus aliud capitulum,cum prius eſſet actũ ſolum de libertate data per epiſcopum. ¶ In glo. ſed tantum.[*in fine.*]& ſupra de fide inſtrumentorum. cum Ioannes.¶ In glo.vltima.[*in fine.*] de hoc.ſ. de conuer. coniu. placet.

ADDITIO.

a ¶Concurrant.Vide Ioan.And.in c.cum ſuper.pręal.& in remiſſione, quam ibi ponit.
b ¶Or.Vide Io.An.j.de regula.c.ſi.

SVMMARIVM.

1 *Contra priuilegium eccleſia xl. annorum ſpatio pręſcribitur, an hoc ſic in caſu huius decretalis & alijs verum, numero 4. 5. & 6.*
Diu, quaſi pro tempore ſufficienti.
Quiete, ideſt ſine interruptione cum onere ſuo res tranſit.
Per ſubtractionem eius, quod pręſtabatur, videtur quis ſpoliari.
priuilegij,quæ ſequuntur,ſunt verba papæ declarantis.
[*Qui tamen.*]ver.[*Sepeliantur*]ẽt tempore interdicti.[*Re-*
3 *gularium.*]ſed nonne eſt † idem in omnibus alijs, ſ. ꝙ ſi
eorum eccleſiæ ſunt interdictę, poſſint alibi eligere ſe-
pulturam.Dicit Inn.hanc decre loqui,quando interdi
cta eſt eccleſia in pœnam populi,quę ſic eis infligitur,
& ſi non delinquerunt ipſi,ſed dñi ipſorum , vel aliqui
ex ipſis,& ſi non oẽs.Si autem interdicta eſſet eccleſia
b propter delictum clericorum,ᵇvel propter violationẽ,
tunc poſſet quiſque,vbi vellet eligere ſepulturam,& au
dire diuina. Sed in primo caſu non poſſunt niſi ratio-
ne priuilegij ſecundum eum.[*Interdictas.*]quia & tunc
earum cœmeterium intelligitur interdictum,ſi ſit cõ-
tiguum,al.no.ĩ.de ſenten excommu. ſi ciuitas. in fi. &
4 de conſe.ecc.c.vno.lib.vj.[*Elegerunt.*]argu.ꝙ †religioſus
poſſit eligere ſepulturam.quod dic,vt ĩ de ſepul.c.fi. &
vide quod ibi notaui.[*Denarijs.*] daret igitur quilque li
benter certos denarios,vt hoc priuilegio poſſet vti , per
quod cenſura vileſceret,contra id,de conſue.cum inter
de pœni cum ex eo.de excep.pia lib.vj. [*Et ipſi.*] qui de
ſuo aliquid conferunt.[*Remiſſionem.*] c. dictum, vel an-
ni,vel prout in priuilegijs continetur.[*Indultum.*]ſ. eod.
cum & plantare.§.quod ſi.[*Locus ille*]ad quem veniunt.
[*Interdictis.*]etiam ab homine Hoſt.[*Iocundo.*]cum igi-
5 tur†populus in ipſorum aduentu debeat iocundari,cã-
tabunt alte diuina,campanas pulſabunt , & ianuas ape
rient ſecundum Inno. nec ob.ſ. de conſue.cum inter,
quia non dicitur ibi,ꝙ priuilegiati non poſſint celebra
re alta voce , ſed ꝙ ex ſola conſue. non poſſunt venire
contra interdictum , etiam ſubmiſſe celebrando. vel
ſecundum eum non ſolum ex priuilegio,ſed ex cõſue-
tudine poteſt aliquis habere,ꝙ celebret tempore inter-
dicti, tamen voce ſubmiſſa. Sed ꝙ celebret alte ianuis
apertis,campanis pulſatis,hoc non poteſt habere ex cõ
ſuetudine,vt in contrario.Ex priuilegio vero papę hoc
competere poteſt ,de cuius potentia diſputare ſacrile-
gium eſt.xvij.q.iiij.§.qui autem.C.de crimi.ſacri.diſpu-
tari.dicit Hoſt.& bene,ꝙ obtentu alicuius conſue. nul-
lus poteſt habere,ꝙ celebret tempore interdicti, etiam
voce ſubmiſſa , vt patet in contrario. hodie tamen de
iure communi id competit,quod dic vt ĩ.de ſen. excõ.
6 c.fi.lib.vj.[*Excluſis excommunicatis.*]ergo†interdicti poſ
ſunt admitti,quod intelligas de his, qui non dederunt
cauſam interdicto. ĩ. c.j. nec ſunt nominatim interdi-
cti.ſ.eo.c.cum concor.ſecundum Inn. & Hoſt.[*Diuina*
ibi.]al.ſibi.i.ad vtilitatẽ ſuã,quia ibi recipiunt obliga-
tiones, & collectas. prima communior.[*Sic intelligi.*]
hic incipit declaratio priuilegij [*Fratribus.*]nunciis ergo
non aperietur eccleſia,ſi fratres non ſint. per hanc lite-
ram ſecundum Hoſt. [*Aperiatur.*] hodie videtur reuo-
catum hoc priuilegium.ĩ.de ſen.excommu.c. vlti.lib.
vj.in fine.& ibi de hoc in vlti.gl.[*Præſumpſerint.*]ſic. ſ. c.
7 cum & plantare.§.ſi ¶ †Glo.iiij.quærit,arguit,& ſoluit.
¶ Pe.gl.rñ.per quæſtionẽ,an relaxetur interdictum,&c.
& ponit duas opi.ſecundo quærit,arguit pro.ſoluit cõ-
trarium.iij.quęrit,arguit pro,& remittit.¶ Vlti.glo. no.
ꝙ non ſemper plurale &c.ſignat contrarium,& remit
8 tit.¶ In †quarta glo.[*ibi in modicis.*]vide de re iudi. cum
Bertoldus.ſuper vlti.gl.¶ In glo.pe.[*ibi,ſed & ſi manent e.*]
vide de offi.delega.P.& G.in vlti.glo .[*& ibi,l.j.*] vide de
conſti.cum acceſſiſſent.ſuper glo.penultima.¶ In glo.
vltima.[*ibi,falſa in fine.*] & vide de probationibus. licet.
ſuper gl.ſic videtur.[*& ibi,ſumma.*]ibi omnes homines
aut liberi ſunt,aut ſerui,expo.i.omnis homo. ¶ In glo.
9 †ſecunda in fine.idem arguitur ex decre.de pœni. & re
miſ.quod in te.vbi de hoc in tertia glo.& patet in con.
ci.Vien.de ſepul.eos qui.¶ In glo.tertia.[*ibi,monacalem.*]
illius religionis.vel ſecundum Innocẽ. poterunt etiam
habitum templariorum aſſumere ſine profeſſione, ar-
gumen.ſ.de regulari.conſulti. & arguit Hoſtien. quòd
quando aliqui offerunt ſe , & ſua eccleſijs cathedrali-
bus,conuentualibus,vel alijs ſecularibus , & in ſignum
accipiunt certum habitum , cenſentur eccleſiaſtice
perſonæ de hoc remittens ad ſummam , de regularib.
§ primo.ver.quod de ruſticis.ibi etiam remittit Goffr.
in Specu.de ſtatu.regu. verſi. xxxvj. [*& in fine.*] tamen
talem percutiens non eſt excommunicatus ſecun-
dum Vincen.& ſecundum Innocen.ſi talis contrahit,
tenet matrimonium , alleg. Hoſtien. qui cleri. vel vo.
conſuluit. & capitulo veniens. & capitulo rurſus. ¶ In
gloſ. quarta. [*ibi , modicis.*] argumen. de reſtitutione
ſpoliatorum , frequens. libro ſexto. [*& in fine.*]Ho-
10 ſtien. contra , cum iſta † duo habitum mutare , vel
bona dare ſub diſiunctione ponantur , ſufficit er-
go alterum , de reſcriptis , inter cęteras. ſi gloſſa.
intellexiſſet de veris fratribus,vera eſſet.¶ In glo. ſic er-

go

go[*ibi patet*]nō patet hoc hic, cum loquatur de interdi
cto loci.ſed patet.ſ.c.cum & plātare.§.ꝙ ſi.quam tamē
puto ſecundum hanc intelligendam, vt ibi dixi.Et ibi
celebratur,& ſepelitur quis.& ſecundum Inno.& Hoſt.
in hoc differt ĩterdictū loci ab interdicto,vel ſuſpentio
ne hominis pro ſuo delicto. illud n.non poteſt ſuſpen-
di. & eſt ratio, quia ſi pęnitet, & ſatisfacit,relaxanda eſt
ſententia,alias non debet ſacramenta tractare.lxxxj.di.
ſi qui ſunt, & c.miniſtri.& c.oportet.dicit tamen Hoſt.
ꝙ hoc quandoque fallit,de teſti.veniens.ij.§.fi. in inter-
dicto autem loci is eſt ſenſus, interdico, ne celebretur
in loco.a qua ſententia poteſt iudex excipere,& ſubiice
re, quos vult. & ꝙ etiam certa officia ibi celebrantes
ſint excommunicati,& nō alij. vel certo tempore,puta
quando dominus terræ præſenserit, & non alias,de of
fi.dele.ſane,de ſpon.non eſt nobis.vel & ſi propriedica
tur locus ſuſpenſus,quia tamen iſta ſuſpenſio non fit ꝑ
pter delictum loci, poteſt ibi celebrari,vt hic.ceſſat enī
obiectio,quam feci In perſona ſuſpenſa,qua ratione vi
detur ſuſpendi poſſe ſententia, qua ſuſpenſus eſt homo
pro delicto alterius, ſicut in.xvij.q.iiij. miror,& c. felix,
c xxiiij.q.iij.ſi habes.de hoc de appell.ad [c] hæc quoniam.
11 [*& ibi,quia*][*non nocet*]quod dicit Hoſt.verum,ſi in aliqui
bus,vel ſaltem in aliquo loco priuilegio vſi ſint.ff.de ſer
ui.ru.præ.l.octo generi. ff.de ſerui.l.ius cloacæ, alias,vt
pomum,ad fi.alias ſecus per iura in contrarium indu-
cta. Vinc. tenet, quod gl. ea ratione,quia priuilegium
d eſt mere ad vſum voluntarium.[d]opinio illa fortius ve-
ra videtur,quando nec veniunt,nec vtuntur,contraria,
quando veniunt,& non vtuntur.

ADDITIONES.

a ¶ Inno. Facit quod no.Io. An. ſ. eo.cum & plantare, §.quod ſi,in glo.
turum.
b ¶ Clericorum. Vide glo.magnam in c.tanta,de exceſ.præ.& in c.ſi ſen
tentia,de ſen.exc.li.vj.& glo.j. c.quod nonnullis.
c ¶ Ad.Et vide plene Ioan.Cal.in tractatu interdicti,in vltimo membro.
d ¶ Voluntarium. Pro gl.optime facit,quod no.Io. An.in c.Ioannes,de
cle.coniu.in ver.ſi.

SVMMARIVM.

1 *Epiſcopi tempore generalis interdicti clam celebrare poſſunt, ſi*
non ſunt prohibiti,nec culpabiles.
2 *Epiſcoporum priuilegia,remiſſiue.*
3 *Priuilegiati de celebrando tempore interdicti quos admittere*
poſſint.
4 *Miſſa quod die quolibet non celebretur non decet.*
5 *Interdictum qui ſeruare teneantur.*
6 *Additio,ſupplementum.& ſuffragium gloſſ.7.8.*

CAP. XXV.

1 **Vod nonnullis.** C. † Tempore generalis interdicti clam celebrare poſſunt epi-
ſcopi non prohibiti,qui non fuerunt culpa
biles interdicti. hoc priuilegium eſt hodie ius commu
ne.ſi. xxiii. di.communis filius.Et j. ponit priuilegium.
ij.exceptionem ibi, Niſi & hoc. iij.determinationē ibi,
verum.[*Indultum*] de celebrando tempore generalis in-
terdicti. [*Pontificalis*] de ſen.ex. quia periculoſum, li.vj.
2 [*Ad † epiſcopos*] de aliis priuilegiis epiſcoporum vide in
Spe ti.i.§.nunc.de epiſcoporum.ver ipſi quoq; in mul-
tis. Ad quos additur Cle.de cele.miſ.dignum,& dixi.j.c.
vlti.li. vj.in glo. pe.[*Concedimus*] an talia priuilegia dare
poſſint legati, vide in Spe.ti. ij.§. ſupereſt, ver.ſed nun-
quid legatus poteſt cōcedere.[*Commune*] i.generale,quod
communiter ab omnibus eſt ſeruandum. [*Excommuni-
catis*]iſti & nominatim interdicti ſemper excluduntur.
ſ.c. proxi. [*Excluſus*] a contrario huius literæ videtur, ꝙ
3 † priuilegiati de celebrando tempore interdicti aliun-
de venientes non interdictos admittere poſſint,de quo
tractabant hic Innocen. & Hoſtien. & Abb. & Vinc.ſ.
de ver.ſig.cum in partibus , quod eſt hodie terminatū.
j.c licet,li.vj.vbi etiam terminatur, quod hic notabant
Inno. & Ho.an familiares illius,qui priuilegiatus eſt,vt
eo tempore poſſit audire,vel celebrare,ſint cum eo ad
mittendi[*Suppreſſam*] ſ.ꝙ exterius audiri non poſſint ſ.
4 de pœni. & ꝙ in te.[*Celebrare*]vel facere † celebrari.nam
nec ſemper paratus eſt epiſcopus,nec decet,ꝙ diem ali
quam tranſeat ſine miſſa, ar.de cele.miſ.dolentes.j.e.c.
fi.li.vj.& celebraſſe videtur,qui cum aliis celebrat,de vi.
& hone.cleri.vt quiſque.& priuilegium eſt late interpre
tandum.j.eo.in his,ſecundum Hoſt. [*Interdictum*] per
ſuperiorem ipſius,vel per papam, non per inferiorem ,
qui ex priuilegio , vel conſuetudine poſſet interdicere
5 ſecundum Boa.[*Aliquam*] i.qualemcunq;.q.d. † etiam
ſi modicam cauſam præſtiterit interdicto,puta dando
conſilium,vel auxilium , vel ſi ipſius occaſione poſitū
fuit interdictum,quamuis exinde doluerit,ſecūdum In
no.dicit Hoſti. quod & ſi in ſuū fauorem poſitum fuit
interdictum,illud ſeruare tenetur,ſ.eo. periſtis. ſed licet
fatear,ꝙ tenetur illud ſeruare , nihilominus priuilegio
6 iſto poterit vti. ¶ † Secunda glo.in princip.& fine dupli
citer exponit illud,quandoq;.in medio quærit,& ſoluit.
¶ Glo.iij.reſpon.per quæſtionem,& ponit op.quam re-
7 probat.¶ † In glo.vlti. [*ibi.eum qui*] loquitur de pupillo,
qui vendidit ſine tutoris auctoritate . tamen ex empto-
ris pecunia factus eſt locupletior , qui factus pubes per
8 exceptionem remouetur, ne occaſionem &c. ¶ † In
glo.ij.[*ibi,permiſerit*]dic,vt j.eo.c.vlt. lib.vj. [*& ibi,interdi-
cti*]de hoc dic,vt j.eo.licet . ſed hæc quæſtio hodie non
procedit.j.de ſent.excom c.vlti.dicebat antiquus Com
po.& Vinc.cum eo,ꝙ canonici poterant intereſſe,quia
ſunt pars corporis,vj.q.j.§.verum. ita tamen, ꝙ non vi
leſcat &c. ſ.c.proxi.dicebat etiam Vin.ꝙ celebrare non
poterat vbique,& maxime in maiori eccleſia , quæ eſt
vxor. vij.q.j.ſicut.dixit etiā , ꝙ ideo interpretamur hoc
priuilegium ſtricte,quia odioſum eſt,ad hoc de conſue.
cum inter. ¶ In glo.iij.[*ibi,admitti*] quod dic vt j.de ſen.
excom.ſi ſententia.§.j.& ii.lib.vj.

SVMMARIVM.

1 *Priuilegiati,qui excommunicari non poſſunt per ordinarios, excō*
municari non debent etiam indirecte.
2 *Epiſcopi & alij prælati agunt contra archiepiſcopos, & ſuperio-*
res cum excedunt,modificatam iuriſd.
3 *Pœna magna eſt eſſe inter homines, & cum illis conuerſari non*
poſſe.
4 *Diſſimulatio in prælato eſt mortale.*
5 *Supplementum,additio,& ſuffragium gloſſ.6.7.8.*

CAP. XXVI.

1 **Vanto.** Priuilegiati † ꝙ excommu-
nicari non poſſunt per ordi-
narios, excommunicari non debent etiā
indirecte.in j.querula Cluniacenſium con-
queſtio.in ij. prouiſio. iij. ibi, Nolentes [*Minuti*] de qui-
bus dic,vt j.eod.c.j. & c.ne aliqui,lib.vj.[*In eos qui*] cum
iſti non eſſent vxores, filij, vel ſerui monachorum,vel
tales, ex quorum perſonis iniuriarum actio competat.
Quid ad monachos, ſi epiſcopi ſubditos ſuos male tra-
ctabant?So.dolus facit competere actionem de dolo ad
ſuum damnum conſequendum, quæ competit,vbicū-
que alia actio deficit , & aliquid de dolo factum eſt. ff.
de dolo.l.j. vel ſi agunt ad pœnam infligendam, accu-
ſent de crimine ſtellionatus. ff.de crimi. ſtel.l.pe.Inno.
2 Hoſti.& Abb. Agunt † etiam ſecundum Inn.epiſcopi,
& alii prælati contra archepiſcopos,& ſuperiores,cum
excedunt modificatā iuriſdictio.quam habent,& actio
ne iniuriarum , & de dolo , & conſequuntur , ꝙ præci-
pitur eis,ꝙ de cætero nō excedant, & ꝙ reuocēt, quod
exceſſerunt non ſolum poſt litem cont.ſed prius,ſi fuit
expreſſe petitum,de hoc de reſti ſpo.grauis.facit,de of-
fi.archi.c.vlti.de exceſ.præla.c.ij.de cenſi.Romana.li.vj.
[*Indignum*] ſi.de exceſ.præla.nimis. ii.ad fi [*Eis communi-
cant*]magna † pœna eſt eſſe inter homines &c.C.de ap-
3 po.hi,qui.Vinc.qui etiam dixit hic, ꝙ licet epiſcopi ta-
libus comunicantes excommunicare non debeant,cū
hoc ſit offendere priuilegia. Epiſcopi tamen bene poſ-
ſent

ſent coram eis organa ſua ſuſpendere, & prohibere
clericis, ne celebrẽt eis non quaſi excommunicatis, ſed
ſubtrahendo eis ſeruitium ſuum, ad quod non tenen-
tur.x.quæſtio.ij.precariæ.ff. de precario.l & habet. ſæpe
enim ipſi templarij, & ſimiles vi occupant iura epiſco-
porum, & prorumpentes in arma, & publicas ſtratas ꝓ
hibent tranſitum epiſcopis, & hoſpitia in terris ſuis[*Me
moratis*]excõmunicationis, & ĩterdicti[*Crebris*] i.frequẽ
tibus.ĩ.de pę. quod quidam. dixit quidam, Lectio cre-
bra valet, quam non obliuio tollit.[*Diſſimulatione*] quæ
4 †eſt mortale in prælato, vbi videt ſubditos delinquẽtes.
xliij di.epheſis, de of.or.irrefragabili[*vt ſingulis*]concor.
de exceſ. præla nimis.i.& ij.in fi.[*In fraudem*]ſecus ergo
videtur, ſi non in fraudem. Sed in fraudem pręſumitur
ſi contrarium non apparet. ſ.ca.tuarum.l.di.accedens.
Vinc. vnde dixit Hoſtien. ꝙ vbi priuilegia violabantur,
bona fides eſſe non poterat[*Conniuentibus*]i.tacite con-
ſentientibus, ar.in eo, quod legitur & no.de hær.c.ij. vel
i.Clauſis, de ſen. ex. conqueſti. Hoſt.& habetur idẽ ver.
ff.de manu.l.iiij.in prin.ibi.cõniuentib.oculis dr̃ ſeruus
ſuis nũmis redemptus. [*Debita*]i.decurratione ſuorum
priuilegiorum.ſ.eo.dilecti.& finaliter, ſi proteruitas cõ
tumaciæ hoc exigeret, degradarentur.ſ.de cleri.non re-
5 ſi.ex tuæ, & de iud.cum non ab homine. Ho.¶ †Glo.j.
all.multa iura, ꝙ metus præponderet verbis.exponit li-
teram, & arguit contra ciuitates &c.& finis ipſius & gl.
vlt.reſpon.per quæſtionem.¶ Vltima glo.fortificat tex
tum, & ponit & exponit iiij. modos fraudandi legem.
6 ¶ †In glo.i.[*ibi, ſcire leges*] ſequitur, non eſt hoc eadem
verba tenere, ſed vim & poteſtatẽ[*& ibi.§ aſinam, in fi.*]vi
de de verb.ſig. propterea, in gl.ij.[*& ibi, contra legẽ*]ibi di-
citur, quod ꝯtra legem facit, quod lex prohibet. in frau-
dem facit, qui ſaluat verba, & circumuenit ſententiam.
[*& ibi ſi is qui.*]vt non ſufficiat ſcientia, vbi edictum vo-
luntatem requirit.¶ In glo.vlti.[*ibi, §.is autem, ad fi.§.*]
loquitur in eo, qui in fraudem Macedo. rem vendit,
vt precium rei filiusfa. habeat in mutuum.[*Et ibi, quam-*
7 *uis.§.ſi cum eſſem*]¶ †In glo.j.[*ibi, l.vltima*]& in iuramen
tis.xj.q.iij.anteceſſor, & in baptiſmo, de conſe.di.iiij.re-
tulerunt. Vinc.& in reſcrip. de reſcrip.c.ij. & c.ad aures.
in priuilegiis, vt hic, in iudiciis, vt ĩ.de verb. ſig.in his.in
matrimoniis.ſ.de ſpõ.ex literis. i.& c.tua. Hoſt.[*& ibi, li
bertatem*]& excomunicati ſunt ipſo iure. ĩ.de immuni.
ec.c.vlt.li.vj.[*& ibi, timendæ*]Idem Egi. ſed hoc non pro-
batur hic, ſimpliciter enim prohibet papa illas fieri, &
cõtra facientibus comminatur pœnam. immo huius
contrarium videtur probari ibi, maiorem excommu-
nicationem incurrat. vnde, niſi præcedens appella-
tio, quæ propter hoc interpoſita eſſet legitime, ſenten-
tiam annullet, dico, ꝙ ligat, licet iniuſte. hoc verum, nl
a ſi error ibidem eſſet expreſſius.¶ In† glo.vlti.[*ibi.§. non*
8 *tantum*]ſimilis fraus, de conceſ.præb. conſtitutus, & c.ſi.
[*& ibi ſit legi.*]eſt ſimilis fraus. de ſolutio.c.ij.[*& ibi pleri-
que*]& ibi hæc glo.per Io.& per Acc. ff.de legi.l.contra.
[*& ibi, non valet*] ſi fraus, de pigno. illos vos, de emp. &
ven.ad noſtram, vbi de hoc per Hoſt.& in ſum.e. ti.de
em.& ven.§.fi.[*& ibi, debitricem*]hoc faciunt vſurarii Pa
duani, qui propter multa priuilegia fideiuſſorum data
ibi per ſtatuta municipalia faciunt ſe fideiuſſores fi-
cto alio creditore, a quo poſtea recipiũt ceſſionem.[*Et
ibi, quamuis*]Item de nomine ad nomen in eo, qui pro-
hibitus eſt habere loci ſeruatorem, facit procur. vel vi-
car.in authen.vt nulli liceat, in prin.col.ix.ad idem de
elec.auaritiæ, & c.fundamenta, li.vj.cum ſi. Idem de tẽ-
pore ad tempus.ff.de mino.l.denique. ſ.cum fertur ſen-
tentia contra maiorem. & proceſſum fuerat cum ipſo
minore, & ſ.de ſymo. in tantum.de facto ad factum,
quod aliqui vocant de loco ad locum. C.ſi man.ita fu.
ali ne proſti. l.vlt.ſcire debes, ꝙ ſi quis oſtendat verba,
& non mentem, committit in legem ſecundum Pla.
ff.qui & a qui.proſpexit.vj.q.iij.ſcriptum.ſecundum Io.
ſecus.ff.de iureiur.ſed & ſi poſſeſſori.ff.de iure pa.adige-
re.§.quamuis.prima vera in dubiis. ff.de leg.iij.non ali-
ter, ſecunda, vbi conſtat de mente.ff.de in ius vo.l.quam
uis, ſecundum Vinc. qui hoc no.ſ. de conſti.ne innita-
ris. & hic Dinus dicit ſupradictos caſus reducibiles ad
primos, & de hoc de regu. iur.c. fi. li.vj.[*& in fi.*] forte
nullus inciderat, & ſic non ob. ei quod.ſ. dixi. vel non
fuit petitum, vel factum fuit, ſed deciſum.

ADDITIO.

a ¶ Expreſſus. Vide Io.An.de exceſ.præla.cum ad quorundam, & ibi gl.

SVMMARIVM.

1 *Clerici deprehenſi quando pro clericis non defendantur.*
2 *Tolerantia, quæ fit ex certa ſcientia excuſat a pęna canonis.*
3 *Delictum, vel ſecularis habitus non tollit priuilegium.*
4 *Executor teſtamentarius datus ad emenda foris factorum qualit.*
5 *Intellectus huius cap.*

CAP. XXVII.

1 EX parte. C. †Qui ĩ habitu, tõſura. &
cæteris vt laici cõuerſantur
deprehenſi in maleficiis ſe pro clericis nõ
defendent. & huius pars de clericis coniu-
ga.ex parte. Et in prima reginæ conqueſtio. in ſecunda
prouiſio, & ibi, Ne igitur [*Habuit*]ſic ſ. de ele.tranſmiſ-
ſam.[*Deprehenduntur*]forte ſic ꝙ nõ eſt locus inficiatio-
ni, & ſic fit notorium facti, de cohab.cleric.c.fi. de accu
ſa.euidentia. Hoſt. [*Aſſumunt*]vbi nunquam habuerũt,
& a barbitonſore tantum forte. [*Reſumunt*]vbi alias
habuerunt.[*Haberentur*] quod excuſabat iniectores ma
nuũ, de ſent.exc. c.iij.& c.in audientia. [*Reſumpto*]mul-
to fortius de nouo aſſumpto, de quo præmiſit.[*Toleran-
dum*] tolerãtia approbationis.la. vnde dixit Hoſt.ꝙ hęc
2 †tolerantia, quæ fit ex certa ſcientia, excuſat a pœna ca
nonis, Secus in diſſimulata. ſ.de præben.cum iam du-
3 dum.remittit autem ad no.de ſup.ne.prę.c.pe.¶ †Glo.
ij.ſignat contraria, quia delictum, vel ſecularis habitus
4 non tollit priuilegium, & ſoluit.¶ † In glo.i. [*ibi, maleſi-
cys*]vulgare Gallicorum. Go.& dicit Guil.obtentum, ꝙ
teſtamẽtarius executor datus ad emẽdam forisfactorũ
teneatur ſoluere debita teſtatoris, quorum terminus
erat lapſus, quaſi illud ſit forisfactum, vide In Spe.de in-
ſtr.edit.§.nunc vero aliqua, ver.de hoc autem quęritur.
¶ In glo.ij.[*ibi, non conſtabat*]& iſto modo eſt hoc.c.pla-
num, ſecundum Vinc.[*& ibi perpendimus*]ſecundum il-
lam dec.poteſt hoc intelligi ſecũdum Phi.[*& in fi.*]ho
5 die †dic, vt ĩ. de ſen.ex.ſi iudex laycus, li.vj.& per prædi-
cta poteſt ſic dec.intelligi, is, quem nõ conſtat eſſe cleri
cum, deprehenſus in maleficio allegans ſe clericum ſu
per huius rei cognitione remittitur ſtatim ad iudicem
eccleſiaſticum, ſi prius incedebat in habitu, & tonſura.
Sed ſi prius inceſſerat, nunc vero dimiſerat tonſuram,
& habitum, illud priuilegium non habet. Si intellige-
res decre. de cleri. coniu. plana eſſet per dec. vnam, de
cleri.coniu. li.vj.& ſolueretur, quod dixi.e.ti.Io.in iiij.q.
quod videtur per dec.ex parte.e.ti. quæ eſt pars iſtius.vn
de & Go.aliis ſolutionibus addebat iſtam, ꝙ hoc loqua
tur de clericis in minoribus, qui relicto clericatu ſe cõ-
uertunt ad militias, vel vxores. ſ.de cleric. con. c. pe.&
vl.contraria loquũtur de his, qui non poſſent relinque
re clericatum.

SVMMARIVM.

1 *Ius ciuile Pariſiis vel in locis vicinis legi non debet.*
2 *Hiſpania prouinciarum excellentiſſima.*
3 *Ius ciuile quibus in locis non ſeruetur.*
4 *Ius canonicum in cauſis eccleſiaſticis ſeruãdũ, vbi eſt expreſſum.*
5 *Lex canonica quaſi in omnibus negociis eccleſiaſticis ſufficiẽs eſt.*
6 *Culpa ſimilis eſt prohibito diſcere vel docere.*
7 *Epilogus, & ſuffragium gloſ.8.*

CAP. XXVIII.

1 SVper ſpecula. C. †Pariſiis, vel ĩ
locis vicinis ius
ciuile legi non debet. & huius pars.ſ.de ma
giſ.& ne cleri. vel mo.ſuper ſpecula. & pri-
mo ponit prohibitionis rationem, ſecundo prohibitio
nem.

nem.iij.pœnam ꝯfacientis.ij.ibi,Firmiter.iij.ibi,& qui. [*Quæ*] ac ſi dicat illas ſolas recipimus,quæ &c.alias nō. vel omnes recipimus, cum ſit de mente ipſarum nullum fouere mortale, & in eo canonibus ſubiacere, in authen.de ec.ti.in prin.col.ix.& de hoc.ſ.de iud.clerici. Hoſt [*Imitantur*] immo per imperatores,& reges ſeculi Deus eas diſtribuit generi humano. viij. di. quo iure.
2 [*Non ſ vtuntur*]dixit Vinc ꝙ prima lex in Hiſpania pronunciatum excellētiſſima in libro iudiciorum Legioñ. eſt.Quicunque receperit leges Romanas,capite puniatur. & ita de pari contendit cum imperio: contendit etiam cum Francia, quia eo tempore, quo non erāt in Hiſpania niſi gentiles, in ipſo introitu perierunt Franci cum paribus ſuis, & reſidui cum Rege ſuo retrocedentes, ioculatores ſuos dimiſerunt in Guaſconia , qui nec Gallicum loquuntur, nec Hiſpanum. dicebat Hoſt. ꝙ paucæ prouinciȩ reguntur iure ciuili. nam Hiſpania, Anglia,Scocia,Vallia , Iberniaꝗ. Alamania,Dania,Suetia, Noruegia, Boemia, Polonia .Bulgaria,non reguntur iure ciuili , ſed ſpecialibus conſuetudinibus, & ſtatutis,licet interdum illis deficientibus vtantur illis in argumenta, cum tamen eſſet faciendum contrarium.ff. de le.de quibus. & breuiter ſecundum eum ſola Italia, & regnum Arelatenſe videtur regi iure ciuili.[*Raro*]in
3 nuit,ꝙ† interdum occurrūt. vt materia teſtamentorū, tutelarum,ſeruitutum, de quibus aut nō habemus rubricas,aut ſi habemus,nō ſufficiunt ad omnia,quæ occurrunt ſecundum Hoſt.& remittit, ne cle. vel mona. ſuper ſpecula.§.fi.[*Canonicus*]cum ſuis glo.no.autem per
4 hoc Hoſt.in cauſis† eccleſiaſticis,vbi ius canonicum inuenitur expreſſum,non eſſe recurrendum ad mendicata ſuffragia, de conſti.c.j.& c.ne innitaris & eſt contra illos, qui per argumenta legalia diffiniunt.contemnentes ius expreſſum,quod dixit patere in multis glo.Inno. per hoc volumen.ſecundo no.illo deficiente recurri ad leges,conſuetudines, naturales rationes, & exempla, vt patet in notatis ſ.ti.j. c.j.de ſepul. certificari , de elec.venerabilem.ver.ꝙ autem.& ſe.& tādem ad vulgāria prouerbia. & dicta philoſophorum,& ethicorum rationabilia,de con.di.vl.ne tales,de Iudęis.& ſi Iudæos,de iure iur.quemadmodum, ibi.Quia ſæpius &c. xxxvij.diſt.ſi
5 quid veri.iij.no.ꝙ† lex canonica quaſi in omnibus negociis eccleſiaſticis ſufficiens eſt ,de quo remit. ad no. de æta.& qua.c.pe. [*Sacræ paginę*] diuinæ.vel theologicæ,a qua non excluditur canonica.accedit,quod no.de æta. & qua.c.pe.Ho. [*Parisijs*] no. prohiberi in vno loco,quod permittitur in alio.vt poſtulare.ff.de poſtu.ex ea cauſa,lxxxj.di.valet.Vin.[*Vicinis*] vſque ad duas dietas.ſ. de reſcrip. nonnull .vel forte plus.ſ.de elec.cum inter, & lxiij.di.quanto. Vinc.dico in hoc ſtandum interpre-
6 tationi conſuetudinis.[*Vel audire*] eſt† ergo culpa ſimilis prohibita diſcere, vel docere. C.de male. & ma lege pe.& remit.Hoſt ne cleri. vel mo.ſuper ſpecula.§.quia vero.[*Ius ciuile*]cuius tamen ſtudium viget in Ro.cu.c. ti.cum de diuerſis.li.vi.[*Patrocinio*]in vtroque foro[*Excludatur*]ipſo iure.Hoſt.[*Loci*] ſe cuius foro factus eſt ratione delicti.ſ de rapto.c.j.[*Innodetur*] ſic patet,ꝙ nō eſt
7 excommunicatus ipſo iure.la.idem Hoſt ¶ †Vlt. glo. no. ꝙ ratione vicinitatis&c. ſignat contrarium . ¶ In glo. vlti.[*ibi,§.vlti.*] loquitur in eo,qui celauit viciū præ-
8 dio vēdito,quo ſcito emptor nō emiſſet.¶ †In gl.ij.ibi, volumus. C.de of.præto. Affricæ.l.i. & ij.ff.de cenſi.l.fi. Hoſt. ¶ In glo.vlt.[*ibi, commodum*] ad hoc facit.c.ſi quis contumax,cui concor.ſ.de paroch.ſuper eo,cum concor.i.& ij.glo.ad id quod in commodo dicitur,faciunt tria prima iura. & Clemen. de pœnis.ſi quis ſuadente, ver.quod ſi in cōmodum.Octauianus.Auguſtus militibus,qui ꝯiurauerant contra Antonium tempore ſchiſmatis in remuneratione dedit Cremonam, quæ,& ei rebellis fuerat . & quia non videbatur ſibi ſufficere, dedit Mātuam.inde Mantua vhe miſeræ nimium vicina Cræmonæ.Hoſt.Ouidi.de nuce dicit.nux vicinæ dā

no e.l,quæ longius abſunt.Natiuum retinent inuiolata decus.[*Et ibi ſed & continuo*] duæ ciuitates propter viciniam Sodomorum exuſtæ ſunt. & ibi arguit glo. ad quæſtio.de duobus habentibus domum communem, & propter alterius maleficium pars inferior veniret deſtruenda,q̄ eſt Bar. Brixien. domini.xliij.& incipit,duo cōmunem . & dat ibi tres ſo. ꝙ permutabitur inferior pars cum ſuperiore, vel in totum deſtrueretur , & agetur cōtra illum ,qui cauſam damni dedit,vel emet partem diruendam a fisco. & dicam de hoc de pœnis,felicis,poſt prin.li. vj vbi remittam ad Spe. [*& in fi.*] vbi de hoc.& xlvij.di.quantumlibet,in fi.vltimæ glo.

S V M M A R I V M.

1 *Priuilegij innouatio ius uetus conſeruat.*
2 *Status mutandus non eſt lite pendente.*
3 *Additio.& ſuffragium gloſſ.*

CAP. XXIX.

1 Quia intētionis. C. †Innouatio priuilegij ius vetus conſeruat,ſed nouum non tribuit.[*Innouatio*]cauſa rudium dicebat hic Vincē. notandum,ꝙ aliud eſt delegatio,aliud ceſſio,ſiue demandatio aliud nouatio,aliud innouatio.delegatio fit,cum quis creditori ſuo,vel cui voluerit creditor,conſtituit debitorem ſuum,vel alium loco ſui. ff.de nouatio. l.delegare.& debet interuenire ſtipulatio inter delegatum,& illum,cui fit delegatio,vel lit.cont.vt prę.l & huius formam vide ī Spe.de ſol.§.ii.in prin.Ceſſio autem.vel demandatio eſt,cum cedo actiones mihi cōtra aliquem competentes.& hic non exigitur conſenſus illius,contra quem actiones ceduntur . nec perit per hæc actio cedentis , quin illa poſſit vti, niſi in caſibus , quos notaui.ſ.de ali.mutan.iudi.cauſa fac.c.ij.ſuper.ij. glo.Nouatio vero eſt, quādo ex prima cauſa ſic conſtituitur alia,
3 ꝙ perimitur prima.huius formam vide in Spe.t.prædicto.§.j.ver.conſequenter , & hodie ita fit nouatio,ſi expreſſe agatur , vt recedatur a prima obligatione, alias durat prima, & ſecunda eſt acceſſio, & agetur vtraque. inſti.quib. mo.tol ob. §.vlt.Si non agatur expreſſe, ſed tacite,dici poteſt locum habere exceptionem.C. de nouationi. l. fi.& ff. de præto.ſti. l.pe.Inſti.quibus mo.tol. ob. §. præterea. & appellatur hæc nouatio voluntaria. Neceſſaria vero nouatio eſt,quæ fit per lit.conte.ff.de ſolutio.l. ſolutionem. ff. de noua.l. delegare. per hanc nil tollitur, ſed adiicitur, quia per eam fit melior conditio actoris.& fit interruptio,& perpetuatio.fit etiam neceſſaria nouatio per ſententiam. facit enim ceſſare vſuras vſque ad tempus quadrimeſtre,& poſtea currunt maiores, ſcilicet centeſimæ. C. de vſur. rei iudi. l.vlti. Et ſi plures, quorum quilibet tenebatur inſolidum,cōdemnati ſunt,poſt ſententiam non tenetur quilibet niſi pro virili. C.ſi plures vna ſententia condemna.ſunt.l.i. Et ſi feratur ſententia pro reo, non tollitur actio actoris,ſed oritur exceptio reo.Si vero fertur pro actore,oritur rei actio iudicati. Sed an prima tollatur,eſt diuerſitas.quidam dicunt non tolli primam,ſi eſt realis. ff.de pignor. l.Græce.& l.ſi fundus.Si perſonalis, tollitur. C.de vſur. rei iud.l.fi. Alij,ꝙ nunquam prima tollitur,ſiue perſonalis ſit,ſiue realis,ff. de fideiuſſ.fideiuſſor.Innouatio priuilegij, vel inſtrumenti , ſi fit cum Inſinuatione, perpetua eſt.& creditur ei,etiam ſi pereat inſtrumentum innouatum,de fid.inſtrumen inſtrumenta.l ſi & alia innouatio,quando priuilegia data per Romanos pontifices innouantur per ſucceſſores,& de hac hic,& ſ.eo.ex parte.de confir.vti.vel inuti.cum dilectæ,xij.diſt.præceptis.dicit autem,quod quando priuilegium ,quod innouatur,impugnatur,vel extat,& non impugnatur, innouatio ius non creat,vt hic.Si vero priuilegium abolitū ſit propter abuſum.vel ingratitudinem , vt in Piſanis. qui aſtiterunt imperatori Ottoni contra eccleſiam , & in eorū odium Inn.abſtulit archiepis ipſorum priuilegium legationis, & paleſtredi albi cooperti , cum irent

in Sardiniam,prohibens illis de Sardinia,ne illis obedi
rent,ſed poſtea Honorius papa archiepiſcopatui priora
priuilegia innouauit ex certa ſciẽtia, per innouationes
remittit ius ſuum. xxiiij.q.j. Achatius, & ſ. de feud.ex
parte.& ſi vir dedi. ſponſæ anulum alienum,poſtea cõ
ſtante matrimonio dat alium anulum pro illo, non vi
detur noua donatio.ff.de donatio. inter virum, & vxo
2 rem.ſi donatę.§.ſi ſponſus, ſecundum Vincẽ [*In coſtitu*]qui mutandus non eſt lite pendente,ſ.vt lit.penden.
per totum[*Tempore*]no.conſiderari tempus datæ. ſic.ſ.
de reſcrip.cam te.Hoſtien.[*Extitiſſe*]hoc intendit,ſi con
tra priuilegium innouatum præſcriptum erat, vel iudi
catum,vel erat illud per aliud reuocatum, innouatio il
la nõ prędiudicat epiſcopo.[*Per hoc*]i.per hãc declaratio
3 nem.ſi in Clemen.de elect.in pleriſq;. in fi. ¶ †Prima
glo.ponit duo ſimilia,& caſum, quo per confirmatio·
4 nem accreſcit. ¶ In† gl.j.[*ibi,Confert*]nec ob.ſecundum
Vinc.de cõmo.c.vno. vbi dicitur,ꝙ beneficiis non de-
bemus decipi, ſed iuuari, quia hic non decipitur. Item
iuuatur ex conſeruatione iuris, quod al. periret, vel de
quo non conſtaret [*Et ibi,confirmationem*] ex certa ſcien
tia. quod dic vt no. de confir. vti.vel inuti.c. pe. & vlti.
[*& ibi. perſonalis*] agebatur tamen,ꝙ eſſet realis.Secus ſi
hic ageretur, quod eſſet perſonalis, ſicut.ſ. de decimis,
ex multiplici.

S V M M A R I V M.

1 *Priuilegiati vt ubique poſſint cum altari viatico celebrare,id ſine licentia prælatorum.*
2 *Interpretatio maligna uel aſtuta nullo caſu approbatur.*
3 *Præiudicium quando inferatur eccleſiis.*
4 *Phyſici habent librum uiaticum uocantes.*
5 *Priuilegium habent epiſcopi altaris uiatici.*
6 *Intellectus c.paſtoralis,hoc tit.*
7 *Parochialis presbyteri in quibus licentia requiratur.*
8 *Rebelles compeſcendi.*
9 *Militis priuilegium in teſtamentu reſpicit bona non tutelas filiorum.*
10 *Quarta epiſcopalis uel parochialis a quibus non ſoluitur.*

C A P. XXX.

1 IN his. C.†Priuilegiati vt vbique poſ-
ſint cum altari viatico celebra
re, id poterunt ſine licentia prælatorum.i.
ponit exordium, & facit narrationem. ſe-
cundo prouidet,& reddit rationem.ij.ibi,Cum autem.
[*Diuinum*] qui augeri debet, non minui,de conſti.c.pe.
2 vbi de hoc.[*Dam. ſentiat*] maxime, quia † maligna , vel
aſtuta interpretatio nullo caſu approbatur , vel nimis
ſtricta.vt j.ſequitur, & ſ. de decimis, ad audientiam, ſe
cundũ Ho. [*Prædicatoribus*] ex antiquiori approbatione
præminitur ordo iſte. de hoc de elec.quorundam,li.vj.
[*Vbicunque*] in tota Chriſtianitate, alibi reſtringitur.de
vſu pallii.c.pe.[*Fuerint*]in habitaculis ſuis.Vinc.[*Præiu-
3 dicio*] quod eſſet † ſi in eccleſiarum contemptum reci·
piant perochianos illarum ad diuina.ſ. de paro. vt do-
minicis,vel ſi in ſuis habitaculis vellent benedicere nu·
bentes, ſi decimas & oblationes parochianorũ recipi-
ant,vel defunctorum , ſi iniungant alienis perochianis
pœnitentiam,vel eis tradant euchariſtiã.xxx.q.v.aliter,
de vſur.quando. xiij. q.ii. qui oblationes,de pœ.& remiſ.
omnis de conſe. di. ij.tribus, ſecundum Vinc. de deci·
mis,& oblationibus exemplificabat Inno.addebat Ho.
de primitiis, & mortuariis,alleg.xxxij.diſt.c.pręter hęc,
de teſta.c. fi.de ſepul. c.j.de ver.ſig.cum inter.[*Viatico*]i.
4 portabili. habent† phyſici librum, quem vocant viati-
cum,quia itinerantes ſolent illum ſecum portare. ali-
bi dicitur liber itinerarius. xvj.di. Clementis ,ſed ibi ali
ter exponitur. & corpus Chriſti dicitur quandoque via
ticum,& quare vide de pę. & re. quod in te, in glo.ij.&
ſuper ea.iſtud autem altare viaticum peregrinis,& aliis
tempore neceſſitatis videtur eſſe conceſſum,de con.di.
j.concedimus. ſed ſecundum Ho. quicquid dicat illud
capitulum, poſſet hoc a diœceſano prohiberi, niſi ob-
5 ſtaret priuilegium,vt hic.[*Celebrare*]idem † priuilegium
habent epiſcopi.j. e.c. fi.li.vj.Sed nunquid ipſi epiſcopi
poſſent hoc priuilegium altaris viatici aliis concedere.
Et videtur,ꝙ non per hanc dec.& pr.e.fi.e.u.li.vj.& hoc
placuit G.Na.ſ.c.cum olim.ii.contra,de conſe.di j.co-
cedimus,vbi de hoc.& c.militarum,& c.clericos,& c.ſi
quis extra , & hoc teneat in ſua dięc. tm̃. & facit quod
dixi de cenſi.c.fi.& quod hic dicitur,ver.cum autem,&
quod no.in Spe.ti.ij.§. nunc de epiſcoporum,ver.cxxi.
ad hoc capitulum reſpondetur,ꝙ hoc priuilegiũ erat
generale totius orbis, quod nullus epiſcopus concede·
re poſſet. ad dec.vltimam eodem modo reſpondeas.fa
cit in auth.vt nullus fa. ora.do.§.j.col.v.& eſt ſi quod di
xi de ſepul.certificari,in j.q.[*Prælatorum*] illorũ locorũ,
6 ſiue ſint epiſcopi,ſiue minores prælati .In.[*Non† poſſint*]
contra.ſ.e.paſtoralis.Sed ibi fuit expreſſum,ꝙ non præ
iudicaret epiſcopo. Vinc. vel dic ſecundum Ho ꝙ hic
nõ p̃iudicauit dię. quia ius parochiæ excipitur. ſed ibi,
& ſ.de vſu pal.c.ante pe.& de confir.vti.vel inuti.c. fi.de
of.deleg. ſuper eo , ſi non requireretur, ei præiudicium
pararetur , vel ibi etiam ſine licentia epiſcopi ſatis con-
fert priuilegium. & poteſt etiam agi coram ſuperiore,
vt illum cogat ad dandam licentiã. ſ.de iure pa.nullus.
hic vero ſi neceſſaria eſſet licentia,nil valeret indulgen-
tia.& adde,qđ ibi dixi.[*Prorſus*]q.nec publice,nec laten
ter ſecundum Hoſt. qui remit.ad no. de pac. plerique,
7 de ſepul.c.j.in fi.[*Abſtineant*]vnde,ſi† ſine licentia paro·
chialis presbiteri clericis , vel laicis præbeant euchari-
ſtiam, vel vnctionem extremam, vel matrimonia be-
nedicant,excommunicati ſunt ipſo iure,& per papam
8 abſoluendi, vt in Cle e. ti.religioſi.[*Publicare*] ſup.† Ho.
& rebelles compeſcere, vt bene continuetur,quod ſeq-
tur.al.forte parum prodeſſet publicatio ſine conſerua·
tore [*Conſecuti*] hac autem gratia vtebantur iſti fratres
in nouitate ſua,quando carebant propriis eccleſiis, &
habebant oratoria ſimplicia. hodie vero & habent cę·
meteria,& conſecrantur ipſorum eccleſiæ.vnde nec in
locis ſuis egent hoc priuilegio,ex quo habent alia alta·
ria conſecrata, alienos tamen parochianos ad ſepultu-
ram non debent admittere xvj.q j.c.j.niſi forſan ſuper
9 hoc ſint priuilegiati,ar.ſ.de ſepul.in noſtra.Ho.¶ †In ij.
glo.[*ibi ſi quis a principe*]vide vt lite penden.c.j.ſuper vlti·
ma gl.[*ibi,impuberi*]priuilegium, quo miles teſtari põt,
quomodo vult, reſpicit bona,nõ tutelas filiorum, quia
illę ſunt iure patrię poteſtatis,non priuilegio militari,
& priuilegia militum ad alienam iniuriam porrigi nõ
oportet[*& ibi,nec annus*] vide de teſti.ſpo.audita. ſuper.iij.
glo.[*& ibi,quoties*] vide de teſti.cautiam, ij.ſuper vl.glo.
¶ In gl.iii.[*ibi,§.proſcribere*] proſcriptio fit in loco publi·
co claris verbis,Græcis, vel Latinis ſecundum loci qua
litatem , ne quis cauſari poſſit ignorantiam literarum.
¶ In glo.vlt. [*ibi.l.j.li.x.*] hanc legem,& ſe.vide de teſti.
cautiam.ij.ſuper vlt.gl [*& ibi,ſi quando*]ſi lego,quod vxo
ri donaui, intelligitur de don. quæ alias non valet. alias
inutile eſſet legatum.[*& ibi,diuus*]cui legatus eſt vſus ſi
uæ,habet etiam fructum,ne legatum ſit inutile.[*& ibi,
quoties*]vide in c.abbate,prox.ali.ſup gl.ſic.fi.[*& ibi,ver.
ob.quoties*] ſequitur ĩ ſtipulationib. ambigua eſt oratio,
commodiſſimum eſt id accipi, quo res, de qua agitur,
in tuto ſit[*& ibi,in contrahenda*]ibi ambigua autem intẽ
10 tio ita accipienda eſt , vt res ſalua ſit actoris. ¶ †In j.gl.
[*ibi,quarta epiſcopalis*]vel parochialis, vt ibi [*& in fi.*] fal-
lit in Prædicatoribus , & Minoribus per conſtitutio·
nem,Super cathedram, innouatam per Concil. Vien.
de ſepul.dudum. ¶ In glo.ii.[*ibi,ſi quis a principe*]& §.me
rito,& ne quid in flumi.publico. l.j. §. ſunt qui putant.
¶ In glo.pe.[*in fi.*]de Iudæis.ita quorundam,de accuſa.
ſicut olim.Hoſtien.

S V M-

S V M M A R I V M.

1 *Priuilegium de decimis noualium non ſoluendis non extenditur ad prius poſſeſſas per alios.*
2 *Poſſeſſio bonæfidei impedit vires priuilegij.*
3 *Papa quando eximit monaſterium cum ſuis capellis, quomodo intelligendum. 4.*
5 *Interpretatio reſtringitur quando de alieno fit gratia.*
6 *Noualium priuilegium quale.*
7 *Indulgentia non valet ſuper re litigioſa.*
8 *Suffragium gloſſarum.*
9 *Argumentum a contrario ſenſu fortiſſimum.*

C A P. XXXI.

1 DVdum. C.† Priuilegium de decimis
noualium nō ſoluendis nō
extenditur ad prius poſſeſſas ab alijs, niſi de
his fecerit mentionem. ad idem. ʒ. de deci-
mis. c. ij. li. vj. & prima facti deciſa narratio. In ſecunda
deciſio ibi, De conſilio. & ꝙ dudum durauerit hæc lis,
patet de excep. dilectæ, quæ loquitur de hoc facto. [*Su-
per decimis*] quas moniales de quibuſdam noualib⁹ ip-
ſis monachis ſoluere denegabāt propter quoddam pri
uilegium ab ipſis monialibus impetratum lite pen. ſu-
per non ſoluendis decimis noualium, cum tamē mo-
nachi eſſent in poſſeſſione percipiendi decimas illas,
quare priuilegium non profuit, quia nec de poſſeſſio-
ne illa, nec de li. pendentia fecerunt mentionē, & alijs
rationibus de quibus. i. patebit. [*Noualium*] ſecundum
Boa. non procederet hoc in priuilegio ſimpliciter im-
petrato ſuper decimis non ſoluendis. [*Erant*] prior & cō
2 uentus. [*Poſſeſſione*] no. ꝙ † poſſeſſio bonæfidei impedit
vires priuilegij. de hoc de decimis. c. ij. li. vj. in v. gl. dice-
bat hic Ho. ſi monachi poſſidebant decimas illas ſuo iu-
re cōmuni ſibi debitas, non debet eis obeſſe priuilegiū
hoc tacito impetratum, tum quia abſorbet ius alterius
C. de precibus impe. offe. quot. tum quia contra ius co.
ti. reſcripta, tum quia lite pendente eo tacito impetra-
tum, vt lite pen. c. ſi. cum ſuis concor. tum quia nō fuit
facta mentio de poſſeſſione aduerſariorum, quod erat
neceſſarium, vt valeret priuilegium, vt hic, vel reſcri-
ptum, de cōceſ. præben. cum noſtris. priuilegia vero ſur
reptitia non valent. & cū alteri inferunt graue præiudi
cium, ſunt reſtringenda, & ſtricte interpretanda. vide
quod dicam, de verb. ſig. olim, ſuper vlt. gl. & quantum
fieri poteſt, ad ius commune reducenda, ar. ff. de vul. &
pupil. ſub. l. ex facto, de ver. ſi. quid p nouale, de decimis
ſuggeſtum, & c. cum contingat, & c. ex parte. Sed per pa
pam debet fieri interpretatio. ſ. c. prox. quia nec ad aliū
3 ſpectat, de iud. cum veniſſet. & idem † dicendum eſt ſe-
cundum Inn. quando papa eximit mona. cum ſuis ca-
pellis, vt. ſ. id intelligatur etiam de capellis, quas alij poſ-
ſident, dummodo per hanc exemptionem graue dam
num prioribus dominis nō paretur, argumento præ-
4 dictorum iurium. vnde & † ſi tali monaſterio dentur
poſſeſſiones in aliqua dioec. in quibus monaſterium ali
quam eccleſiam ædificet, illa eccleſia erit exempta, vbi
tamen de illis poſſeſſionibus ante illam ædificationem
epiſcopus modicum emolumentum conſequebatur,
ſecundum Inno. Sed Ho. dicit, ꝙ aut eſt ædificata eccle
ſia cum licentia epiſcopi, & ſic vbi non ignorabat exē-
ptionem, videtur, cum nihil retinuerit, ibi ius ſuum re-
miſiſſe, ar. ſ. e. quia circa. §. fi. in prin. aut ſine licentia, &
ſic poteſt eccleſia ab epiſcopo vendicari, vt patet. ſ. e. cū
olim. j. §. j. ver. fi. Si vero ignorabat exemptionem, & cer
tificari potuit, ſibi īputet, ar. xxxvij. di. §. fi. ad fi. ff. ad Ma-
ced. l. pe. Alioquin, ſi hoc inquiſiuit, & monaſteriū exē-
ptum hoc in fraudem tacuit, videtur epiſcopo ſubue-
niendum eſſe. ar. ff. de redhibi. act. l. j. §. j. & ij. & l. cum vj.
menſes, & ar. ſ. de cleri. ex. mini. apoſtolicę. & ſ. de reſcr.
5 ex parte. j. §. j. Sed † & hoc notandum, ꝙ vbi de alieno
fit gratia reſtringitur interpretatio, vbi vero de ſuo pro-
prio contra facientem ipſam gratiam tunc laxatur. ſ. de
dona. cum dilectus, in fine. & idem dixi de reſcrip. cau-
ſam, ſuper glo. pe. Item ſecundum Inno. aliud eſt, quan
do dicitur, Conferimus tibi tales eccleſias. vel tales deci
mas, vbi quidem non videtur donatum, quod ab alio
iuſte detinetur licet, ſi iniuſte detineatur, donatum vi-
deatur, argu. ſ. de feud. c. ij. vbi quidem & decimæ, quæ
ad alias eccleſias pertinent, peti poſſunt. arg. ſ. de bo. vac.
l. ij. Aliud, quando dicit, Eximimus tale monaſterium
cum capellis ſuis, quia tunc videntur exemptæ, & ſi alij
ipſas poſſideāt, niſi priuilegium probetur per ſubreptio-
nem obtentum. Ratio diuerſitatis hæc eſt, quia exem-
ptio non fit, niſi cum magna deliberatione, vnde præſu
mitur, ꝙ papa omnia ſciuerit, & de alterius poſſeſſione,
& de aliis, niſi contrarium probetur. vide quod dixi, de
reſcript. cum dilecta, in glo. videntur, ar. xxxv. q. ix. apo-
ſtolicæ, & c. ſententiam. collatio vero maxime noualiū,
& laborum propriorū, ſiue priuilegij conceſſio cum
minori difficultate conceditur, nec ita diſtincte exami
natur. & ideo non videtur papa hoc ex certa ſcientia ↄ
ceſſiſſe, ſi ab alio poſſidebantur, & de hoc non fece-
rint mentionem, vt hic. in hoc tamen caſu poſſet di-
ſtingui, vtrum priuilegiatus tempore, quo agitur, repe-
riatur in poſſeſſione decimarum bona fide, & tunc
primo domino incumbit probatio, ꝙ ipſe tempore im
petrationis priuilegij poſſidebat, an dominus tpe, quo
agitur, in poſſeſſione reperiatur, & tunc priuilegiato in
cumbit probatio, ꝙ dominus tempore impetrati priui
legij nō poſſidebat. ar. ff. ſi vſusfruct. pe. vi frui, in princ.
ff. ſi ſerui. vendi, ſicuti. §. ſed ſi quæritur, ſecundum Inn.
& C. de lib. cau. ordinata. Si vero neuter poſſidet, prima
facie videtur priuilegio eſſe ſtandum, ſecundum Inno.
ar. ſ. eo. porro. & c. dilecti. ſed & in exemptione monaſt.
cum capell. diſtinguunt aliqui, vtrum capellæ ſint no-
minatim expreſſæ, vel nō. Si nominatim expreſſæ ſunt,
vt ſi dicatur, Eximimus tale monaſterium cum capel-
lis ſuis, ſcilicet tali, & tali, & ſic de ſingulis. tunc viden-
tur exemptæ, ar. ff. ſi quis cau. ſed & ſi quis. §. quæſitum.
ff. communia prædio. in tradendis. Si autem ſpecialiter
non ſint expreſſæ, ſed in genere ſic dicitur, Eximimus
tale monaſt. cum capellis ſuis & c. non videbuntur exē
ptæ illæ, quę ab aliis poſſidentur, vel quas princeps ex
aliqua alia cauſa latenti non eſſet de facili exempturus
ar. in eo quod legitur & no. ſ. de offi. lega. ꝙ translatio-
nem, Quia nec veriſimile eſt, ꝙ papa velit alicui graue
præiudicium afferre. Quid ergo ſi ita dicatur? Eximi-
mus tale mona. cum talibus. & talibus eccleſiis ſuis? Re
ſpon. intelligendum eſt, ſi ſunt ſuę, quia per hæc verba
non intelligitur dare proprietatem, ad hoc de reſcript.
ſi gratioſe. in fi. lib. vj. Item intelligendum eſt, ſi alius nō
ſit in poſſeſſione earum bona fide, ar. hic. Item intelli-
gendum eſt, ſi alij non fit inde graue præiudicium, vt
in iuribus ſupradictis. hoc ideo, quia in hoc caſu eccle-
ſiæ ponuntur quaſi acceſſoriæ, & in acceſſorijs non fit
tanta examinatio, quanta in principali ſecūdum Inn.
Aliqui tamen dicunt, ꝙ ſola poſſeſſio non impedit pri
uilegium, imo requiritur, ꝙ is, qui poſſidet, habeat pro-
prietatem iuris. nec ob. quod hic dicitur. ideo enim de
ſola poſſeſſione facit mentionem, & non de proprieta-
te, quia de ipſa certum erat, ꝙ ad aliquem pertinebat ſi
ue per priuilegium, ſiue per præſcriptionē, ſiue per ius
commune. Alij vero dicunt, ꝙ ſola poſſeſſio bonæfidei
impedit vires priuilegij ſecundum Inn. quod putat Ho
ſtien. verius. de poſſeſſione vero malæfidei certum eſt,
ꝙ non impediret, ſecundum Inno. ar. ſ. de reſtit. ſpo. gra
nis. ſ. de præſcrip. c. fi. ſ. de don. inter vir. & vxo. & ſi ne-
ceſſe, cum ſuis concor. & adde ſecundum Hoſt. quod
a no. de conceſſ. præb. cum noſtris, & c. literas. [*Altera*]
6 ſcilicet, monialium. [*Noualium*] ſcilicet quæ † non co-
lunt proprijs manibus, vel ſumptibus, in aliis enim pri
uilegiati ſunt per ius commune. ſ. de deci. ex parte, j. ſe-
cundum Got. & Phi. [*De hoc*] ſcilicet de litis pendentia,
& de poſſeſſione monachorum. [*Mentionem*] no. ſecun

dum

7 dum Vinc. ꝙ† non valet Indulgentia ſuper re litigioſa.
Item nec confirmatio. ẜ. de confir. vti. vel inuti. ſi quis
rei. nec cõſecratio. ff. de litig. l. vlt. nec promotio ad di-
gnitatem. ff. de libe. cauſa, qui libertatem, nec recipitur
ad ordines, nec ad teſtimonium, de teſti. non debet. nec
valet alienatio niſi in caſibus. C. de liti. l. vlt. & de hoc, vt
8 lite pē. eccleſia. ¶ †Gl j. reddit rationem literæ, & arguit
a cõtrario. ¶ In j. gl. [*ibi, quoties*] vide in c. cauſam, ſtatim
9 al. ſuper vlt. glo. [*ibi, reſcripta*] cauſam. xxv. q. ij. ¶ †In glo.
j. [*ibi, a contrario ſenſu*] quod eſt fortiſſimum, & dixi de
hoc. ẜ. de elec. publicato. dixit Inno. quoſdam dicere, pri
uilegium de decimis noualium extendi ſolũ ad futura
noualia. vnde de præteritis noualibus, etiam de quibus
parochialis eccleſia decimas non perceperat adhuc,
non intelligetur priuilegium. Satis. n. eſt, ꝙ erant debi-
tæ, licet non poſſiderentur, ipſe tamen tenet contrariũ,
& etiam ad præterita noualia, de quibus nondum ſolu
tæ erant decimæ, priuilegium extendatur, licet male te
nerentur illæ decimæ, quia debeantur parochiali eccle-
ſiæ, quod teneas per hanc decre. & ꝑ decre. ii. de decim.
li. vj. vt ſic ſolum deberi non impediat vires priuilegij.
ſcit. n. papa etiam in futurum deberi. dicit tamen Inn.
ꝙ ad decimas fructuum pro tempore præcedente priui
legium monachi habẽt actionem, & tamen per illam
ſolutionem, quam facient moniales, non acquirẽt mo
nachi poſſeſſionem, quia nunquam per id, quod ſequi
tur ex condemnatione quæritur poſſeſſio alicuius rei,
vel iuris, niſi alia in eam inducatur, dicit Ho. ꝙ vellet ſu
per hoc videre ius. cum enim poſſeſſio ſit facti. ff. de ac
qui. poſ. l. j. in prin. & etiam per violentiam acquiritur,
vnde & prædo reſtituitur, de reſt. ſpo. in literis. in fin. li-
cet contra ius, & ſpreto iudice poſſeſſionem illam acq-
ſiuerit, dicit ipſe, ꝙ non videt rationem, quare is, cui ex
ui ſententiæ aliquid traditur, non acquirat poſſeſſionẽ.
& dicit cõtrarium expreſſum. ff. de acqui. po. l. iuſte poſ-
b ſidet,[b] & ẜ. de re iud. cum aliquibus, fatetur tamen cum
Inn. ꝙ per priuilegium facilius tollitur ius, cuius poſſeſ-
ſio non habetur, quam ipſa poſſeſſio.

ADDITIONES.

a ¶ Et c. literas. Vide glo. & ibi per Bart. in l. iuſte, ff. de acqui. poſ. & in l.
j. ff. ſi quis teſtamento liber eſſe iuſ. fue.
b ¶ Iuſte poſſidet. Et ibi vide Bar. & in l. Pomponius. §. ſi iuſſu, ff. e. ti.

SVMMARIVM.

5 *Confratres priuilegiatorum, niſi ſe, & eos in totum tranſtulerint ad epiſcopalia iura tenentur.*
2 *Mercenarij alicuius diœceſis an poſſint excommunicari.*
3 *Additio, & ſupplementum gloſſarum, 4. & 5.*

CAP. XXXII.

5 QVidam. C. † Confratres priuilegia-
torum, niſi ſe ad eos in totũ
tranſtulerint ad epiſcopalia iura tenentur.
Communis diuiſio & ij. ibi, verum. [*Epiſco
palibus*] patent exempla, de off. ord. conquerente. [*Fece-
rint*] nec habitum mutauerint, nec bona ſua monaſte-
rio contulerint. al. contra. ẜ. eo. vt priuilegia, de quibus
ibi dicitur, nunquam enim a iuriſdictione eximuntur,
niſi omnino tranſeant, & hoc teneas ſecundum Inno.
& Hoſt. [*Compellere*] & ſic eos excommunicare poterit,
2 priuilegio non obſtante. Sed †nunquid mercenarii diœ
ceſ. meæ, qui quotidie ducuntur a religioſis ad armen-
ta ipſorum cuſtodienda, vel ad ſeruiendum eis per an-
num pro ſtipendio, poſſunt per me excommunicari?
Sic. & de omni luc. debent decimam, & de parte ſua
gregis, niſi aliud in eorum priuilegijs contineatur. ẜ. e.
porro, Vinc. [*Integre*] dicit per hoc Vinc. ꝙ iſti confra-
tres non ibunt ad illos ad audiendum diuina, quia ad
huc ſunt parochiani priorum, de paroch. c. ij. xvij. q. i.
3 qui bona. ¶ †Prima gl. inducit tria ſi. ad primum & vlti
4 mum inducit contrarium. ¶ †In j. glo. [*ibi, §. ſola*] textũ
5 habes de reſcrip. dilectus. ij. In glo. ij. ¶ †In gl. j. [*ibi, etiam
miles*] vide quod no. de cõ. præ. quia diuerſitatem, in gl.
pe. Et ibi dupliciter ſoluitur, ſcilicet ꝙ lex, ex eo, loqua-
tur de priuilegio ſolenni, illa de aliis, vel in l. ex eo, non
iurauerat, ibi iurauerat. potes dicere, ꝙ ſi de numero
transfertur ad numerũ, habet priuilegium prius, quàm
illuc perueniat, vt in contrario. ſecus, ſi non de nume-
ro, vt in l. ex eo.

SVMMARIVM.

5 *Nouale ſemel quo ad priuilegium retentionis decimarum, ſemper eſt nouale.*
2 *Memoria alicuius facti quando eſſe non dicatur.*
3 *Priuilegium noualis quando remaneat.*
4 *Suffragium gloſſarum.*

CAP. XXXIII.

5 COnſultationi. C. † Quoad pri-
uilegium reten-
tionis decimarũ ſemel nouale, ſemper eſt
nouale. & primo ponit dictum. ſecundo ra
tionem ibi, cum al. & corrigit opi. Io. qui tenebat huius
contrarium, vt no. Vinc. j. de verb. ſig. quid per nouale.
[*Terra*] id eſt ager, ſilua, vel locus per ſe ſeparatus non
adiacens, vel acceſſorius terræ præciſæ, ſecundum Vin.
& quædam hic no. per eum vide quaſi ad literã in Spe.
de proba. §. j. verſi. circa nouale, vſque ad ver. & no. ꝙ. &
2 aliquid dixi no. de ver. ſig. c. j. [*Memoria*] † quia non eſt,
qui viderit, vel audiuerit, nec eſt communis opinio, ꝙ
fuiſſet culta. & ſi plures apparerent, qui dicerent ſe audi
uiſſe ab vno, habentur loco vnius. ff. de condi. & de. cui
a fundus, de teſti. licet ex quadam.[a] ſecũdum Vin. ſed po-
ne, ꝙ appareant inditia, ꝙ locus fuerit cultus, vt ædifi-
cia antiqua, vel locus eſt vicinus antiquo caſtro etiã de
populato, videtur quo ad hoc habere pro culto, quia ꝑ
ędificia probatur. C. de admini. tu. lex, quæ. §. nec enim,
& C. de ali. præ. l. iij. xij. q. ij. quatuor, in fi. & c. aurũ. Vinc.
& de hoc in Spe. prædicto. §. ver. quid ſi non eſt. [*Quò ad
3 immunitatem*] hoc pro †tanto dicit, quia vere non eſt no-
uale, ex quo multum tempus tranſiuit poſt culturam,
ſed remanet priuilegium nouale in illo. [*Cenſeri*] ſicut
fundus dotalis etiam ſoluto matrimonio remanet do
talis. ff. de fun. dot. etiam dirupto. Phi. [*Cum al.*] i. ſi in fu
turum & perpetuo non cenſeretur iure noualis. ¶ Gl. ij.
4 aperit dubitationem, † & elicit duo ar. ¶ In gl. i. [*in fi.*]
& c. veniens. lib. vi. ¶ In glo. ij. [*in fi.*] vel abutuntur. ẜ. eo.
tuarum. idem in aliis caſibus no. de deci. ſuggeſtum, in
j glo. ¶ In glo. vlt. [*ibi, reducendo*] pone, ꝙ expenſæ illæ ex-
cedunt valorem fructuũ percipiendorum ad L annos,
vt ſi expẽderunt mille, fructus valebunt quingẽta. Ego
intelligo de expenſis factis pro obtinendo priuilegio,
puta expenderunt. ſi terra non 100. deberet eſſe noualis
poſt decem annos. pone, ꝙ in decem annis perceperint
quingenta, quorum decima fuerunt quinquaginta. lu-
crati ergo ſunt per retentionem decimarum quinqua-
ginta, ſed in priuilegio expenduntur 100. & ſic perdunt
quinquaginta. de expenſis enim culturæ non videtur
intelligi poſſe, ex quo ſoluta decima. ix. partes haberent
in fructibus [*& in fi.*] & diligentia ſua nemini debet eſſe
damnoſa. C. de allu. l. iij. & beneficiis nos iuuari oportet,
ne quis.nam hoc caſu cum ex vna parte ſit tantum dãnum rerum,ſi taceat, ex altera periculum animarum,
& corporum,ſi probationes inducat,cum vtrunque vitari non poſſit,inter hęc duo mala eliget minus malũ,
ar.xiij.di.nerui, & c.duo.taceat ergo cũ damno rerum,
quod eſt minus malum,ad hoc de pigno.c.j.Sed ob vtilius permittitur ſcandalum naſci, quam veritas relinquatur,de regu.iu.c.iij.Sol.in hac taciturnitate non perit veritas iuſtitiæ, quia mulier iſta nec iudex eſt, nec
teſtis eſſe poteſt. in quibus, & ſimilibus auctoritas illa locum habet, quæ ſi probationes paratas non habet,ſilere debet.ij.qõ.vij. plerique, ſecundum Innocen.
& Abb.Quinimo & ſi probationes habeat, inuita non
cogitur accuſare.C.vt nemo inuitus,in rubro & nigro,
maxime cum ſcandalo.ſ.de præſcrip. nihil, ſecundum
Ho. ſolet talibus ſuaderi profeſſio in ordinibus mendicantiũ,& mihi conſtat aliquos propter hoc inductos,
ad id. de aliis religionibus nõ videtur plene prouiſum,
cum ſuccedant.xviij.q.j. c.vno.& xix.q.vl.in fi. ſecundũ
hoc ĩtellige,quod pręedixi ſuper ver.ſuſcepit,& in remiſ.
5 quæ ibi pręcedit.¶ †Gl.j.circa partꝰ ſuppoſitionem no.
duo.ſ.infra quod tempus, & cui competat accuſatio.
6 ¶ Gl.ii.obiicit,& ſoluit.¶ Vlti.glo.quęrit,& ſoluit.¶ † In
glo.ij.[*ibi,querela*]vide de proba.licet, ſuper glo.ij.[*& ibi,l.ij.*]vide de hær.ſi quis,in glo.fi.[*& ibi,ad l.Cor.*]de falſis.
¶ In glo.ij.[*ibi filium*] ſequitur, cum diffinimus, qui ex
7 viro,& vxore naſcit. ¶ † In gl.j.ad fi.[*ibi,Corneliam*] ſup.
de fal.¶ [*In glo.ij.in fi.*]de hoc plene per Rai.in parte ij.de
rap.ix.col. ver. mulier, quæ de adulterio.& per Hoſ.in
ſum.hoc eo.ti.§. quibus, & qualiter,ſub.§.quid de muliere,& adde,quod dixi in textu.

SVMMARIVM.

1 *Abbatiſſis quæ inhibita & nu.2.& 6.*
2 *Prædicandum de quibus ſit.*
3 *Claues quibus data.*
4 *Epilogus,ſuffragium,& additio gloſſarum,nu.5.6.*

Mulieribus

Mulieribus quæ interdicta, quæ non.
In quibus ſint melioris, in quibus deterioris, & in quibus paris cõditionis maribus.

CAP. X.

1 NOua quædam. Ca. † Abbatiſſæ nõ poſſunt moniales benedicere, ipſarum confeſſiones audire, euangelium legere, vel publice prædicare. primo ponit exceſſus, quos ſecundo prohibet, & cauſam reddit. ij. ibi, Cum igitur [*Benedicunt*] prima abuſio. [*Audiunt*] ij. [*euangelium*] iij. [*præſumunt*] iiij. abuſio. ſi haberes legem euangelii, eſſent tres tantum.
2 De † euangelio autem, non de grammatica, vel fabulis prædicandum eſt. xxxvij di. ſi quis grammaticam. lxxxvi. di. cum multa. [*Publice*] q.d. ſi priuatim vellent in capitulo monialibus ſuis regulam exponere, vel ad inſtructionem morum aliqua bona exempla, vel alia ſimplicia verba proponere, nõ reprobaretur. Ho. [*Iſtis*]
3 ſ. apoſtolis † vniuerſis. & ſic non ſoli Pe. & ꝙ omnibus apoſtolis expreſſe datæ fuerint, patet Math. xviij. ad fi. ibi, Amen dico vobis, Quodcunque ligaueritis ſuper terram &c. & Io. vlti. ibi, Accipite ſpiritũ ſanctum &c. [*Apoſtolis*] vide Hiero. ad Ocea. ij. B. [*Claues*] no. pro pluralitate clauium, de ſum. tri. firmiter. §. vna, in fi. ibi,
4 videas. ¶ Gl. ij. enumerat † viij. q̃ non licent fœminis, ſub mittens poſtea regulam generalem. in fi. quærit, & re-
5 mittit. ¶ In † glo. ij. [*ibi. l. fi.*] cuius verba habentur in præ. decre. dilecti. [*& ibi, eſſe poteſt*] niſi in rem ſuam, vt in l.
6 quia te. ¶ In † glo. ij. [*ibi, facultas*] per hoc c. & duo quæ ſtatim allegantur, & pro decre. iſtã tenuit Gof. in ſum. de æta. & qua. §. quid de muliere, quod mulier non recipit characterẽ ordinis, impediente ſexu, & conſtitu-
a tione[a] ec. etiam idem no. Io. xxvij. q. j. diaconiſſam, quod videtur contra. & reſponde, vt ibi no. & per eundẽ modum reſpondetur ad l. nulla, & authẽ. diaconiſſam, C. de epi. & cle. nec ob. xxxij. di. presbyter, quia ibi non dicitur presbytera ex ordine, ſed quia presbyteri ſocia, vnde in c. ibi ſe. quod incipit, mulieres, vocatur matricuria, quaſi de rebus eccleſiæ habens curam. facit ad prædicta, de coha. cle. c. j. in fi. hoc etiam vide plenius per Ray. in parte. iij. de impedimento ſexus, vbi inducitur de hoc auctoritas Ambro. contra Cataphrygas, qui per verba Apoſtoli. j. ad Timoth. iij. vbi tractans de pudicitia epiſcopi, & dyaconi ſubdit, ꝙ mulieres oportet eſſe pudicas, dicebant fœminas & dyaconiſſas ordinari. & id improbat per ea, quę prædixi. vltra quæ conſtat, ꝙ in ſacramento requiritur res, & ſignum. s. de cele miſ. cũ Marthe, ver. diſtinguendum, ſed in ſexu fœmineo ſignificari non poteſt aliqua præeminentia gradus, cum habeat ſtatum ſubiectionis, j. ad Timo. ij. mulierẽ docere non permitto, nec dñari in virum, quia enim parilitate male fuit vſa. ideo fuit ſubiecta. Gen iij. ſub viri poteſtate eris. ſacramenti ergo, quod præeminentiam habet characterem non recipit, facit ad hoc, quia clerici debent coronam portare, quod non licet mulieri. j. ad Corin. xj. & xxx. di c. ij. ibi, alienam, & ij. q. vj. non ſolẽt, in fi. vbi de hoc. nec accuſare põt, niſi in caſibus no. in Spec. de accuſat. §. j. ver. Itẽ ꝙ eſt mulier [*& ibi, impedito*] alios iiij. caſus vide in Spe. §. infra alle. in prin. & in fine, vbi no. Gof. in quibus ſit deterior, & in quibus melior conditio mulierum propter ſexum. & Ho. in decre. dilecti. de arbi. notauit. xviij. caſus, in quibus eſt deterior, & tres, in quibus eſt melior. Accur. no. aliquos, in quibus eſt deterior, in. l. in multis. ff. de ſta. ho. de hoc & alios caſus, quibus eſt æqualis, vide plene in Spec. de procur. §. j.

ADDITIO.

a ¶ Conſtitutione. Vide Io. An. de cõſue quãto, ſuper. j. glo. & de bap. c. j.

SVMMARIVM.

1 *Interdicti generalis tempore conceditur pœnitentia, & viaticum morientibus, & quibus alijs, & nu. 2. 4. 6. & 9. quæ alia liceãt, nu. 3. 4. 5. 6. 8. & 9 circa fi.*
Clerici qui ſepeliantur in cæmeterio, & nu. 3. & 4.
Horæ a quibus dici poſſint, & quomodo, & nu. 6.
Pro communione facta habetur, ſi non poteſt haberi hoſtia conſecrata.
2 *Sacerdos quando peccet adminiſtrans corpus Chriſti.*
Vnctio extrema quare plus negatur, quàm viaticum interdicti tempore.
4 *Ex conceſſione cuiuſdam rei intelligitur antea fuiſſe prohibita.*
5 *Campanarum pulſatio quid ſigni ſit, & quando vetetur.*
7 *Epilogus, & additio gloſſ. num. 8.*
Viaticum quibus capiatur modis, & quare eucharistia eo nomine appelletur.
Sacramentum neceſſarium eſt, ad dictio. neceſſitatis.

CAP. XI.

1 QVod in te. Tempore † generalis interdicti conceditur pœnitentia, & viaticum morientibus. clerici, qui ſeruauerunt interdictum, poſſunt cum ſilentio in cęmeterio ſepeliri. In conuentualibus eccleſiis clerici bini, & bini poſſunt dicere horas ſuas. cruce ſignatis, & peregrinis eo tempore concedi poteſt pœnitentia. Partes patent. ij. ibi, Licet autem. iij. ibi. In conuẽtualibus. iiij. ibi, Recipientibus. [*Morientibus*] hodie etiã ſanis conceditur, quod dic, vt. ſ. de ſen. ex. c. vl. li. vj. [*Nec ipſum*] ſ. viaticum, vel corpus Chriſti. & dicit Inno. ꝙ ſi non poteſt ſacerdos habere hoſtiam conſecratam, nõ communicet, ſed credat, & eſt pro manducatione iuxta illud, Crede, & manducaſti, de conſec. diſt. ij. vt quod
2 paras, nec credit † Inn. peccare ſacerdotem, qui in peccato exiſtens in neceſſitate tribuit alicui corpus Chriſti, vel ſi aliter cauſa reuerentiæ illud tangat, vt ſi leuet illud in terra iacens. [*Decedentibus*] ſæpe dubitatum vidi, quid de prægnantibus, quæ appropinquãt partui, & de abſolutione ab excommunicatione. vide quod dixi, de offic. or. paſtoralis, ſuper glo. quo caſu maledici poteſt, ꝙ mulieres prægnantes, licet partui appropinquantes dicantẽ decedentes, quod requirit hæc litera, & decre. ꝑmittimus. j. ti. proxi. quare, niſi aliud periculum immineret, videretur abſtinendum. [*Generale*] quod dic, vt. ſ.
3 ti. ij. cum partibus. [*Vnctio*] extrema, quid † de matrimonio, & ordine? dixi poſt Inno. s. de ſpon. non eſt vobis. & no. ꝙ cleri. non priuilegiantur ſuper vnctione, ſed ſuper ſepultura, quod multi male aduertunt. Sed quæritur, quare per interdictũ plus negatur extrema vnctio, quam viaticum? Dicunt quidam hoc ideo, quia in ipſa vnctione & non prius peruenitur ad ſacramentum, ſed corpus Chriſti ante dationem verum corpus erat. Itẽ in facto patet, ꝙ longe maior participatio fit in extrema vnctione per orationes, & vnctiones, quam in do-
4 natione viatici. [*Concedimus*] ergo † prius non licebat. cõ- cor. j. c. fi. & quod ibi no. [*Seruauerint*] nec ei cauſam dederint, nec fraudem adhibuerint. s. de priuil. quod nõ nulli. [*Eccleſiæ*] non interdictæ. habent. n. hoc locum in generali interdicto loci, vt. s. dixit, non in ſpeciali interdicto eccleſiæ, dummodo ſit etiam cæmeterium interdictum, quod dic, vt de ſent. excommuni. ſi ciuitas. in fi. li. vj. Nam tunc etiam clerici inculpabiles ibi non
a ſepelirentur, vt Innocen. & Hoſt. recitant, de ex. præ. c. fi.[a] Generale ergo interdictum omnes excludit niſi priuilegiatos, quod ibi intelligit Ho. in vtroque caſu, ſ. & interdicto loci, & in ſpeciali cœmeterij, inducens, quod tantum valet generale quo ad omnia, quantum ſpeciale quo ad quædam. ff. pro ſocio, actione. §. renunciare. ego puto primũ dictũ verum cum aperte decre. iſta loquatur de generali interdicto. bene facit, quod no. de ſen. ex. c. vl. §. adiicimus, li. vj. in j. glo. ſed qd de interim mortuis in loco interdicto? dicunt prædicti, ꝙ ſi apparuerunt ibi ſigna contritionis, & pœnitentiæ in morte, relaxato demum interdicto poterunt in cœmeterio ſe-
5 peliri, de ſen. exc. a nobis. ij. [*Pulſationem*] no. tpe † interdicti,

ſti,non debere pulſari,campanas,vt ſ.e.c.& ſ.de priui. quod nonnullis,de conſue.cum inter.Ho.ſit ratio,quia cum pulſatio campanarum ſit ſignum horarum,& officiorum,de offi.cuſto.c.i.& ii.& per illas vocatur populus ad diuina,de homi.lo. ſublato ſignato & principali deficiat ſignum,& acceſſoriuum,vt etiam dicã, de ſent. ex.c.vl.li. vj.§ adiicimus[*Solemnitatibus*] q.d.ſine nullã ſolemni,vel alia.q.occulte,non publice [*in conuentuali-*
6 *bus*] per hoc dicebat† Ho.in capellis non licere rectori cum ſocio intra eccleſiã dicere horas.hodie circa hanc partem tene, quod habes. de ſen.ex.c.vl.§ adiicimus,li. vi.[*Regularibus*] iſti per priuilegium poſſunt plus, quia poſſunt celebrare conuentualiter,quod illi nõ poſſunt ſecundum Inn.& intelligit, ꝙ conuentualiter celebrãt non ſolum in ſepulturis clericorum, ſed in aliis horis, cum dicat hic horas canonicas. per qđ dicit patere, ꝙ loquitur de aliis officiis.non mortuorum tantum. no. etiam Pe. hoc de cle.ex.illud,ꝙ clerici nõ poſſunt intereſſe diuinis in extraneis eccleſiis priuilegiatis, cum ſolum in ſepultura hic ſint priuilegiati ſuper laicos. [*Peregrinis*] alia peregrinatione , quam vltramarina. Inno.
7 ¶ †Glo.ij.argum, ꝙ ſi ex gratia &c.¶ Vl.gl.reddit rationem ſpecialitatis,quam etiam ampliat . ſecundo quæ-
8 rit,& ſoluit.ponit opi.contrariã, quam reprobat.¶ †In glo.ij.[*ibi, pa nu orum*] & confirmatio in fronte, de ſen. ex.reſpõſo. [*& ibi, vita*] vel dicit Ho.quia ſi digne ſumitur,per viam ſalutis ducit ad vitam , medici in ſcientia ſua habent librum, quem vocant viaticum,quia itinerantes illum deferunt,habemus etiam viaticum altare, de quo.ſ.de priui.in his. [*& ibi.neceſſitatis*] contrarium no.de tranſac.veniens,in j.gl.& illud tenet hic Goſ.ſub dubio forte.& tu aſſertiue illud tene,vt dixi,de ſac.non ite.ſuper tribri. Ioan. tamen & Vin. dicebant,ꝙ prius non fuerat expreſſum de viatico,quaſi illud non ſit neceſſitatis,& habet ſola fide,de conſe.di.ij.vt quid paras, ſed vt dicunt, non valet hæc ratio , ſecundum quã idẽ dici poſſet de baptiſmo,de conſe.diſt.iiij.baptiſmi.¶ In gl.iij.[*ibi ius commune*]idem arguitur ex decre.ſ.de priui. vi, priuilegia.vbi de hoc in gl.ij.& patet in conci.Vien.
9 de ſepul.eos qui. ¶ †In gl.vlt.[*ibi,proficiſcuntur*] hoc non placet Inno. & Hoſt. per literam, cum poſtulauerint. dicunt ergo, ꝙ ex quo cruceſignatus eſt, habet priui. pœnitentiæ, dummodo non ſit in mora. de aliis peregrinis ſit vera gl.hodie non curamus hic per decr.vl.de ſen.ex. li. vj. per quam etiam non expedit quærere, de qua remota peregrinatione debeat finis intelligi. [*& ibi,Io*]Idem Vin.Goſ.& Phi.[*& in fi.*] vnde dicit Inno. aut principalis eſt ille,qui vult ſatisfacere,& tũc recipietur ſatisfactio, & relaxabitur interdictum,aut alius,quia tunc non reciperetur, nec ad eccleſiã ſepeliretur,q̃a ad hoc eius ſatisfactio non requiritur, ſed alterius. ad hoc ſ.de ſenten.excõ.ſi ſententia.§.j.& vlti.c.§.illis.in fi.lib.vj.

ADDITIO.

b ¶ Exceſ.præ.c.fina.Et vide Io.An. de priui.cum & plantare. §. ꝙ ſi,in gl.totum,& in c.de priui.eo.titu.

SVMMARIVM.

1 *Capituli huius diuiſio.*
Omnis, dictio,includit hic etiam papam.
2 *Hermaphroditus comprehenditur hac conſtitutione, & circa quos actus de eo dubitetur.*
3 *Infidelis præſumitur,qui non ſeruat,quod hic dicitur.*
Diſcretionis annorum tria genera,& quæ,& de ea nu.18. & 19.
4 *Originale peccatum quibus modis deleatur.*
In confeſſione pœnitentiaria quę peccata reuelare debeat confitēs.
5 *Solus,excepto caſu.*
Quid differat a iudiciali .
6 *Quoties facienda niſi fiat,quæ pœnæ,nu.10.& ſi.quę ſint in ea a ſacerdote ſeruanda,& eius officium,nu.12.14.& 15.& c. celanda ſemper,nu.15.*
An facta amico reuelanda,nu.16.an laico facta in pœnitentia propalari poſſit,nu.17.
Eam reuelanti pœna,nu.17.eam audiens qualis eſſe debeat, num. 18.22 & 23.
Eam præcedit contritio,nu.20.ſequitur ſatisfactio,nu.22.eius reuelatio vt probetur,nu. 26.cui poſſit committi,nu.31.
Neceſſaria pp abſolutionem, ſi copia poſſit haberi ſacerdotis.
7 *Per ſe, non per alium,excipiuntur quidam,& qui.*
Cui facienda.& nu.10.11.12.13.31.& 32.
8 *Cura animarum definitio,cum eius expoſitione.*
Cui commiſſa.
Vnde competat,quatenus extendatur , & quibus acquiratur rationibus .
9 *Pœnitentiæ iniungendæ variæ ſpecies,& quæ , & quales eſſe debeat,& nu.18.22.23.24.& 25.quæ fructuoſa.nu.30.*
Ad eam quis cogi poteſt negligens,reuerenter ſuſcipienda, ad dictio.reuerenter .
10 *Eucharistiam an ſumere quis cogendus ob ſuſpicionem prætermiſſæ confeſſionis.*
12 *Confeſſarius ſacerdos proprius quis , eius officium , & prudentia quæ,num 14.18.2 .23.31.& 33 de eius poteſtate,nume.24. ab eo quod fit ratum Deus habet,nu.25.*
18 *Contritio peccatori neceſſaria & quanta,nu.19.& quæ requirat, nu.19.in fi.non prodeſt ſine confeſſione,nu.21.*
19 *De Dei potentia,vel miſericordia deſperandum non eſt.*
22 *Satisfactio quorum eſſe debeat.& remitti poſſit.*
26 *Reuelatio quibus modis probetur confeſſionis.*
27 *Epilogus,& ſuffragium gloſſarum,nu.28.*
Appellationis iudicis negligentia imputatur appellanti.
29 *Additio gloſſarum.*
Peccata venialia quæ,mortalia quæ. remiſ.
Quibus modis remittuntur venialia.ad dictio. Benedictam,remiſ.
Et quando confitenda ad ver. In fin.
33 *Per vinum mundantur putrida .*
Per oleum fouentur ſana.

CAP. XII.

1 OMnis. Concilium eſt non recipiens breuem ſummã. † & ſunt ij. principales partes.ij.ibi, ſi quis iij ibi.ſacerdos autem.& i.ſtatuit de confeſ.& pœnitentia ſemel in anno fienda,& eucharistia recipienda,niſi ex cauſa,& de pœna contrafacientium & publicatione ſtatuti.ſecundo de confeſ.alieno ſacerdoti fienda.tertio inſtruit confeſ.in tribus,ſ.in circunſtantiis inquirendis, variis pœnitentiis imponendis,& peccatis occultandis. in vltimo pœnam apponens, & q̃uo iſtud, omnis , de mente papam includit. vide quod dixi,de fo.compe.ſignificaſti, ſuper ver.iuriſdictioni.& vide ad materiam, quod dixi,de vo.magnæ,poſt prin.in gl.hoc patet,cum ſuis re.[*vtriuſque*]alia litera[*cuiuſq;*]prima cõior[*Sexus*]
2 i.maſculus ſit,vel fœmina.per quod† patet idem in hermaphrodito, cum in ſexu non ſit hæc diſparitas,& cũ ſit ratio eadem.& facit de vi.& hone.cleri.c.j.in fi. De illo enim dubitatur ſolum circa illos actus,qui alteri ſoli ſexui conueniunt.remiſ.dabo,ſ.ti.ij.forus,ad fi. facit ad hoc,quod ſcripſi,de pactis.c.j.ſuper vlti.glo.li.vj.[*Fidelis*]
3 præſumptio†eſt de infidelitate contra non ſeruantem, quod dicitur. & facit quod dixi.ſ.ti.j.e.fi.[*Diſcretionis.*]vt dicebat Hoſt. Annorum diſcretionis habemus tria genera.primum quo ad confeſſionem intelligendo,vt dicit glo.ij. puberis quo ad votum, vel matrimonium,de re.c.j.li.vj.de ſpon.tuæ, de deſpon.impu.c.ij.iij. maioris. xxv.& hoc quo ad miniſtrandum de bonis pro velle, diſponendum,& contrahendum. ff de mi.l.i. de duobus
4 ex his, de proba. in præſentia[*Omnia*] non tamen†originale per baptiſmum indiſtincte deletur in Infante ,
a in adulto per contritionem,ᵃde pœni.di.j.tres actiones, de bap.maiores,cęterum & ver. verum.[*Sua*]q. ſe non alium reuelet. de pę.di.j.quamuis,niſi forſan in hæreſi, vel ſi cognouiſſet matrem,filiam,vxorem contra naturam,vel aliud tale commiſit,propter cuius circunſtantias,quæ aggrauant, neceſſe ſit alium reuelare ſecundũ Ho.

Ho. qui de hoc remittit ad ſum. eo. ti. §. qualis, & ſub. §.
diſcreta, & §. in quo tenetur, ver. caueat autem, & ſe. [*So-*
5 *lus*] non ob. peſſima † conſuetudo, ſecundum quam plu-
res ſimul ad pœnitentiam accedebant, de pę. di. j. quam-
uis. Goſ. ad fi. di. dicit Hoſt. hoc fieri, vt liberius confitea-
tur. ſic. ſ. de elec. quia propter, de teſti. c. ij. & habet hoc
locum etiam in manifeſtis, nam licet pro illis ſit impo-
nenda pœnitentia manifeſta ſ. c. j. nō tamen eſt de ne-
ceſſitate facienda illorum manifeſta confeſſio pœnitē-
tialis, tamen ſi hoc vult pœnitens, facere poterit id etiā
in occultis. ſ. de diuor. ex literis, vt ex multa contritio-
ne interdum ex peregrinorum multitudine fertur fa-
ctum in centenario. Iudicialem vero confeſſionem be-
ne tenetur quis facere de manifeſtis in publico, de ac-
cuſa. ſi conſtiterit. gloriando vero debet nemo ſe prode-
re, de exceſ. prę. quam ſit, maxime clericus, vt ibi. [*Sal-*
6 *tem*] ac ſi. d. quia † ſępius homo cadit, eſſet ſæpius con-
fitendum, de pę. di. iij. ſepties, & c. ſe. ſed ad minus ſemel
hoc fiat. [*Semel*] hoc intelligit Inn. de his, qui poſtquam
pœnitentiam egerunt, non peccauerunt mortaliter,
quibus hic conſulitur, ꝙ licet non ſint in peccato, ta-
men ſemel confiteantur in anno, quia non debent ſe
nimis aſſecurare. v. diſt. ad eius, vel loquitur de his, qui
peccant. quia ad minus ſemel in anno debeant confite-
ri, ſed per hoc non prohibet; quin ſtatim poſt peccatū
confiteri debeat, dummodo copiam ſacerdotis poſſit
habere, quia nunquam a Deo abſoluetur peccator,
qui ſe ligat peccato, niſi abſoluatur a presbytero, cui di-
ctum eſt, Quodcunque &c. alij dicūt, ꝙ poteſt differre,
ſed primum ſecurius. Inno. [*In anno*] monachi ſingulis
menſibus confiteri debent, & in prima dñica menſis
cōmunicare, quod dic. vt in Cle. de ſta. mon. ne in agro.
§. ſanc. [*Fideliter*] remittit de hoc Ho. in ſum. eo. ti. §. qua-
7 liter. [*Confiteatur*] per ſe † non per nuncium, de pę. di. j.
quem pœnitet. in prin. ſi ſit ſimplex, poteſt præſens cō-
b fiteri per ſcripturam. xxx. q. v. qualis. [b] Vin. vnde dicit In-
no. ꝙ ſi eſſet ſurdus, vel mutus, vel alterius linguæ, vel ſic
ęger, ꝙ ſine periculo non poteſt loqui, confitebitur per
ſcripturam, vel per alium. [*Proprio*] dicitur proprius, cui
cura ſuæ parochialis eccleſiæ eſt commiſſa, ſit rector,
8 vel vicarius ſecundum Ho. qui deſcribit hic curam † di-
cens, ꝙ cura eſt vigil, onerosa, ac ſolicita cuſtodia ani-
marum commiſſa alicui, vt curet, ne peccent, ſed ſal-
uentur, quæ competit ex lege, vel commiſſione canoni-
ca, aut conſuetudine, ſeu præſcriptione per ſe. ap. nō Im-
probata. hæc autem ex diuerſis iuribus colliguntur, vn-
de dic. cura eſt vigil & onerosa, ac ſolicita cuſtodia ani-
marum, vt colligitur ex eo, quod leg. & no. ſ. de æta. &
qua. intelleximus. §. fi. de homi. c. pro humani. §. j. li. vj.
de of. archi. c. j. & de of. archipresb. c. fi. & de of. primi. c.
vnico. viij. q. j. qui epiſcopatum, & in ſe. expoſitione. Cō-
miſſa alicui, vt curet, ne pereant &c. inſtruendo ſibi
commiſſos in fide, & moribus, necnon de vitiis fugien-
dis, ac virtutibus, & bonis operibus exercendis, vt patet
x. q. j. placuit. & in eo, quod leg. & no. ſ. de vi. & ho. cle. vt
quiſque presbiter, & c. vt clericorū mores, & ſ. e. Deus
qui. §. appellationi. ex quo ſequitur, ꝙ qui male, vel ne-
gligenter curat, obligatur Deo, ar. Inſti. de inuti. ſti. §. ſi
quis alium, cum & exinde tenetur reddere rationem.
j. de of. or. irrefragabili, reſpon. j. de ſta. mo. cum ad mo-
naſterium. §. Abb. hæc autem debet curare prædictis
modis, necnon viſitando, corrigendo, puniendo, ſacra-
menta eccleſiaſtica exibendo. ſ. de elec. dudum. ij. §. tan-
dem, & de tranſac. veniens, reſpon. j. & j. e. c. §. ſacerdos.
& c. cum infirmitas. caueat igitur, ꝙ ſemper hanc obli-
gationem præoculis habeat, ne repetiatur negligens,
dormiens, vel dormitans. Vnde pſal. Non dormitabit,
neque dormiet &c. nec mirum, quia ſicut dicit Beatus
Bene. non dormitat, nec dormit, qui impugnat Iſrael.
ideo curato dicitur prouer. vj. a. defixiſti apud extraneū
manum tuam, illaqueatus es verbis oris tui. & ſequitur,
teipſum libera, diſcurre, feſtina, ſuſcita amicum tuum,
ne dederis ſomnum oculis tuis. nec dormitent palebrę
tuæ. ꝙ ſi hæc diligenter ſeruauerit, eſto, ꝙ propter duri-
tiam plebis non proficiat, tutus erit, vt probatur. xliij. di.
ſit rector, & c. epheſiis, ſed nō omittat ſeculare brachiū
inuocare, eſto, ꝙ peccatores ſine effuſione ſanguinis
nequeant coarctari. ſ. de homi. c. poſtulaſti. Quæ com-
petit ex lege ſcripta, ſiue iure communi, ſicut patet in
epiſcopis. ſ. de of. or. ꝯquerente, & prælatis, qui per ele-
ctionem creantur, & etiam rectoribus eccleſiarum pa-
rochialium, ex quo ſunt auctoritate ſui iudicis inſtitu-
ti, vt hoc patet in eo, quod leg. & no. ſ. de cle. pere. c. fi. &
de offi. archi. cum ſatis. ſ. de of. or. ſi ſacerdos, & c. cum
ab eccleſiarum. & c. ad reprimendam, & j. e. ij. nuper. §.
ij. & §. fi. in fi. & in ſum. eo. ti. §. cui confitendum ſit, re-
ſpon. j. & de ſen. ex. §. ſi quis poſſit excommuni. ſub. §. fi.
qui incipit. nedum autem. ¶ Et notandum, ꝙ hæc cu-
ra extenditur ad omnes habitātes j. limites prædictorū,
qua ratione & prouentus ſpirituales exinde prouenien-
tes percipiūt in vſus neceſſarios conuertendos. ſ. de his,
quæ fi. a præ. paſtoralis. ſ. de paro. ſuper eo. niſi in aliqui-
bus obſtet conſuetudo. ſ. de decimis, cum ſint homi-
nes, & c. ad apoſtolicæ. hi autem limites quantum ad
parochias pro diſpoſitione epiſcoporum extendi poſ-
ſunt ex cauſa, & reſtringi. prout leg. & no. de exceſ. prę.
ſicut vnire, & de ecc. ædi. ad audientiam. j. quibus & de
hac cura tenentur etiam curati reddere rationem, ſicut
le. & no. ſ. de priuil. c. iij. §. in eccleſiis, & de prębēn. in La-
teran. ¶ Vel commiſſione canonica, ab epiſcopo gene-
raliter, vel ſpecialiter facta, ſicut patet in archidiacono.
ſ. de offi arch. c. j. & in archipresbytero. ſ. de offi. archip.
c. fi. & per totum, & in officiali ſuo, vt patet in eo, quod
leg. & no. ſ. de inſti. c. iiij. de ap. Romana, reſpon. j. li. vj.
& in vicariis eccleſiarum perpetuis. ſ. de offi. vicar. ad
hoc. & etiam ex cauſa ad tempus conſtitutus. ſ. de app.
peruenit. ſ. de offi. or. cum nos. vel a papa per priuilegiū
generale, vel ſpeciale, vt patet. xxij. d. c. j. & xxv. di. c. j. xxv.
q. ij. c. j. & ſe. & in eo quod leg. & no. ſ. de tranſla. epiſco-
pi. c. ij. §. ſed neque, ver. præſertim, & ſ. de of. dele. quoniā
abbas, ante fin. & de hære. excommunicamus. j. §. quia
vero. de exceſ. præ. accedentibus, ad fi. vel per compoſitio-
nem ex certa ſcientia confirmatam. ſ. de tranſac. c. ve-
niens. §. fi. Aut conſuetudine, ſeu pręſcriptione. nam &
metropolitani in ſua, & etiam aliena prouincia, &
epiſcopi in alienis diœc. & etiam Abbates, archidiaco-
ni, & capellani, & ſimiles iura epiſcopalia & parochia-
lem curam, & ad hæc pertinentia, inquantum iſta poſ-
ſunt in eos cadere, & per conſuetudinem, & pręſcriptio-
nem acquirunt, ſicut de conſue. probatur in eo, quod
legi. & no. ſ. de elec. dudum. ij. §. tandem. ſ. de of. or. quā-
to. & c. duo ſimul, & c. irrefragabili. §. exceſſus. & de fo-
ro compe. licet. §. j. & c. cum contingat, de off. or. Roma-
na, & de fo. compe. Romana, & de ap. Romana, li. vj. &
de præſcrip. probatur hoc in eo, quod legi. & not. ſ. de
præſcrip. ex trāſmiſſa, & c. auditis. & c. olim, & c. veniēs,
& de reli. do. cōſtitutus, & c. venerabilem. & c. cum dile-
ctus. Aliqui tamen dicunt, quod per conſue. non acqui-
ritur cura, niſi per ſe. ap. approbata. quibus non aſſenti-
mus, quia expreſſe contradicunt iura, ſ. de elec. dudum.
ij. §. tandem, & alia præalle. arg. tamen pro ipſis. xciij. di.
illud. ix. q. ij. c. j. & ſeq. & q. iij. antiquis regulis. ¶ Per ſe.
apo. non prohibita. hoc ideo dicitur, quia conſuetudo
non proficit, niſi ſit præſcripta, & rationabilis. ſ. de con-
ſue. c. fi. Irrationabilis autem iudicatur per ſed. apo. ſi ex
ea limites confundantur. ſ. de decimis, cum ſint homi-
nes, in fi. vel ſi exinde alij graue præiudicium pateretur,
arg. in eo, quod le. & no. ſ. de deci. ſuggeſtū. & de maio.
& obe. cum inferior, & de conſue. cum olim. ſed & quā-
c tum ad perſonam priuatam reprobatur, vt nec curā
acquirat ex conſuetudine, nec ſibi eligat confeſſorem,
vt colligitur in eo, quod no. in ſum. eo. ti. §. cui confitē-
tendum ſit, ſub. §. cui imperato. reſpon. j. In præſcriptio-
ne vero talium bona fides, & iuſtus ti. requiruntur, alio-

quin

quia expreſſe per ſedem apoſtoli.reprobatur,quod dic,
vt legitur & no. ſ.de decimis, dudum, & de præſcrip.ſi
diligenti.& adde,quod no.ſ.de offic.ordi.conquerente.
§.j. de maior.& obedien.inter quatuor,& de offi.archi-
di.c.fi.& de reſti.ſpol.olim j.& ij.& ſ. de cleri.non reſi.
quia nonnulli j. reſpon.& ne prælati vi. ſu. c. ij.ver.ꝙ ſi
quis,ſecundum Hoſ.¶ Redeamus ad literam.[*Pœniten-*
9 *tiam*] ſiue † conſiſtat in eleemoſynis, vel in diſciplinis,
orationibus,ieiuniis,vigiliis,vel quibuſcunque aliis.[*Vi-*
ribus] nam vltra poſſe nemo.ſ.de pac.c.fi.cum concor.
[*Studeat*]ergo non negligat, quod ſi faceret,per cenſurã
eccleſiaſticam eſt cogendus, vt patet de ſponſa. ad au-
dientiam, in fi. & eãdem ad requiſitionem eccleſię per
brachium ſeculare,quod verum in peccato publico, ſe
cus ĩ occulto.vj.q.j.ſi omnia,de ſym.ſicut nobis, in fi.ſe
cundum Ho. [*Adimplere*]per ſe,vel per alium. Vinc.fa
cit,quod no.glo.ij.d. presbyter ſi.[*Reuerenter*]vide,quod
no.in Cle.de hære.ad noſtrum,ver.viij.[*Euchariſtia*]nũ-
10 quid † ſuſpectus, quia in anno non communicat,cogẽ-
dus ſit communicare.no.xxx.di.c.vlt.[*Proprij*] ergo nõ
extranei, in quo aliqui ſe ſeducunt ſm Hoſt.[*Cauſam*]
pone exemplum.ſ.c.quod quidã.[*Alioquin*] i.ſi ſaltẽ ſe
mel in anno non cõfiteatur,vel ꝯfiteẽ,ſed euchariſtiam
non recipit,nec de ſacerdotis ſui conſilio abſtinet.[*Ar-*
ceatur]per ſententiam. Ho.vt no.in ſi. j.c.proxi.[*Careat*]
niſi vitium purgauerit ſecundum Vin.[*Salutare*]indu-
ctum. i.pro ſalute animarum.[*Publicetur*] ſic.j.c.proxi.
11 de ſym.quoniam,ad fi.[*Iuſta* † *de cauſa*] vt quia proprius
ſacerdos particeps eſt delicti. j.ti.j.ſi concubinę,de teſti.
veniens.contra hoc quod dixi ſecundum Vinc.de or-
dinatis ab epiſcopo. c.fi. vel quia latens odium eſt inter
epiſcopos,vel parentes ipſorum,vel quia nimis eſt ſim-
plex,vt dicit gl.[*Poſtulet*]niſi ſit priuilegiatus a ſe.ap. vel
a iure.j.c.fi.ſaluo quod ſtatim dicam, [*A proprio*] pro-
12 prius † eſt parochialis.Item papa,item epiſcopus,& om
nes hi proprij,etiam immediate,vt dixi de of.archipre.
c.iij.ſufficit ergo alterius iſtorum licentia,arg.j.c.j.j.reſ-
pon.de hæretic.excommunicamus.§.quia vero . Idem
in legatis papæ,& ipſorum pœnitentiariis,ar.de of.leg.c.
j. j. reſpon. Idem videtur de generali vicario epiſcopi,
arg.ff.de iudi.cum prætor,de of.or.inter cætera.Si ergo
de prædictis , vel de alterius prædictorum licentia quis
confiteatur, tenet confeſſio, & abſolutio, quia facta a
ſuo iudice.Dicit tamen Hoſt.ꝙ proprio ſacerdoti paro
chiali facienda eſt de hoc fides ,alias poſſet non confi-
tenti ſibi,nec de ſua licentia ſupradictam pœnam infli
gere,alias daretur via figmentis.contra id de diuor.quã-
to.ad fi.& redderetur illuſorium hoc edictum,quod eſ-
ſe non debet.plus dicit,ꝙ quamuis ex generali licentia
data ſacerdoti , vel cõfitenti confiteatur quis præter ſui
parochialis licentiam,huic tamen ſtatuto non præiudi
cetur quo ad confeſſionem ſemel in anno proprio ſa-
ciendam.immo requirenda ſit illius licentia , niſi hoc
exprimatur,ꝙ ſine ſui licẽtia liceat.j.c. fi. huius ꝯrium
hodie terminatum per conſtitutionem Io. vas electio
d nis[d] tamen Hoſt.illius dicti has reddit hic rationes,quia
valde æquum eſt,vt quis cognoſcat vultum etiam inte
riorem pecoris ſui , cui habet miniſtrare euchariſtiã .
ſ.e.c.proxi.& per conſequens periculoſum eſt huius cõ
trarium. vnde prouer. xxvij. in fine.diligenter agnoſce
vultum pecoris tui,tuoſque greges conſidera.Secunda,
quia ex contrario ſequeretur,ꝙ omnes ſui ſibi ſubtrahi
poſſent, quod non debet velle ſuperior , ſicut nec vel-
let id ſibi fieri.ſ. de of.or.cum ab eccleſiarum,cum cõ-
cor. Item confunderetur ex hoc eccleſiaſticus ordo, &
vilipenderetur diſciplina. cõtra id.xi.q.j.peruenit.eſt er
go reſtringenda interpretatio talis licentiæ, de vſu pa.
ex tuarum,de priuil.paſtoralis.Item in generali conceſ
ſione &c.de re.iur.in generali,cum ſuis concor. [*Sacer-*
13 *dote*]quis eſt † ſacerdos ſcholariũ,& mercenariorũ? Dic
ꝙ ex quo per annum ſteterunt in parochia, illi ſacerdo
ti confiteri debent.xvj.q.j. queſti. Alij dicunt idem eo-
ipſo,ꝙ ſe transferunt, & ſi per annum moram non fe-
cerint,ar.de deci.ad apoſtolicæ, & melius , de paro.c.fi.
Idem in peregrinis,viatoribus,& aliis,qui certam man-
ſionem non habent,ar.ſ.e. c.proxi.in fi. pro & contra.
ff.de iudic. hæres abſens. Tutius tamen eſt ſecundum
Inn.ꝙ omnes hi a proprio ſacerdote obtineant ſpecia-
lem licentiam. ſatis tamen videtur , ꝙ ſi peregrinatio-
nis inſignia receperunt a proprio ſacerdote, hoc ipſo
videtur circa prædicta dediſſe licentiam.Hoſt.de his re-
mit.ad ſum.e.ti.§. cui confitendum,ſub.§.fi.& de paro.
§.pe.ver.quis intelligatur parochianus.[*Ipſe*]alienus ſa-
cerdos[*Sacerdos*] confeſſiones audiens,quicunque ſit il-
14 le,proprius, vel alienus.[*Et* † *cautus*] præcipue in facien-
dis interrogationibus,ſuper quo remit. Hoſt.ad ſum.e.
ti.§.quæ interrogationes.per totum, & maxime ſub. §.
de luxuria. nam in illo peccato dicit caute ambulan-
dũ iuxta ea,quæ ibi no.[*Medici*] ſpiritualis. & ad inſtar
carnalis caueat,ne ante factum,in facto,vel poſt depre
hendatur in culpa.ad hoc de æta.& qua.ad aures,de ho
mic.tua.[*Sauciati*]i.vulnerati,ſicut fecit pius Samarita-
nus,Luc.x.c.fi.[*Diligenter*] & caute,vt prædixi,& remit.
Ho.ad præd.§ quæ interrogationes, in prin.ver.ſacerdos
aũt,& ver.no.ꝙ dicit.ver.tex.iſte ponitur,& exponitur.
[*Conſilium*] qñ non plene confitetur.ſ.e.quod quidam.
[*Remedium*]abſolutionis,quando in illo eſt vera confeſ
ſio.ſ.e. ſignificauit.Ho.[*diuerſis*]Sen.ad Lucil.contradi-
15 cens,ꝙ † nihil ita ſanitatem impedit,ſicut remediorũ
crebra mutatio.[*Experimentis*] vbi non eſt eadem cauſa
nec idem argumentum.ff.de ſol.qui res.§.aream. Vinc.
[*Signo*] ff.ſi cer. pe.l.certum. ſ.de teſti.licet ex quadam,
de con.tua.[*Quouis*] puta ſcriptura.& eſt ar.ꝙ qui iurat
celare,nec nutu debet innuere. ff.de leg.iij.l. nutu.Vin-
cen.[*Prodat*] multis modis dicitur quis proditor. Qui
no.xlvj.diſt.clericus.j. & xj.q.iiij.nolite.Hic vero prodit
ſecretum ſuæ fidei commiſſum reuelando [*Aliquate-*
nus]i.nec ſerioſe, nec ludendo, niſi cõfeſſus ſacerdotem
ducat in teſtem.ſ.de ſy.nemo,vbi de hoc.in quo quidẽ
caſu ſi plures ei confeſſi fuerunt idem crimen , quam-
uis poſſit exprimere illum, qui ipſum inducit, alios ta
men omnino celare debet, & ſic loquitur. ſ.de adul.ſi-
gnificaſti. Quid ſi confiteatur ſe velle aliquem occide-
re,vel aliud maleficium committere, petens cõſilium,
& dicens,ꝙ non poteſt tentationi reſiſtere? Dicunt qui-
dam , ꝙ ſacerdos hoc poteſt reuelare illis , qui poſſunt
prodeſſe,& non obeſſe,ar.xxij.q.v.hoc videtur.ij.q.iiij.ſi
aliquod,& c.non ſolum,& ſe.& ii.q.j.ſi peccauerit. Alij
dicunt,ꝙ omnino celare debet hoc,vt.ſ.de of.or.ſacer-
dos,& ſ.de exceſ.præ.dilectus,& hic. nos autem conce-
dimus,ꝙ quicquid poterit bono modo circa hoc face-
re,vt peccatum impediatur ſine expreſſione perſonæ,
& ſine proditione confitentis, hoc faciat, vt imprimis
concor.proditionem confitentis,quantumcũque ma-
lum exinde ſequi poſſit,eidem omnino denegamus,vt
in vltimis concor.& ar.j.ver.j.& ſe.poſſet tamen dici in
prædicto caſu contrarium. nec enim eſt vera cõfeſſio,
vbi non confitetur peccatum commiſſum , ſed com-
mittendum,de quo nec pœnitentia dari poteſt.& qui-
libet impedire tenetur, vt no.ſ.de iureiur.quemadmo.
§.fi.j.de ſen.ex.ſi vere, & c.quantæ.ff.de pac.ſi vnus.§.pa
cta.& adde, quod no.in ſe.quæſtio.& dic vt ibi.Dicit ta
men Inno.ꝙ vbi petit pœnitentiam præteritæ volunta-
16 tis,bene eſt confeſſio,alſ.ſ.e.quod quidam.quid ſi ali-
quis reuelat ſecretum ſuũ amico ſuo,dicens,quod hoc
dicit ei in confeſſione, vel pœnitentia , vtrum talis co-
gatur teſtificari? Sic, quia licet hoc modo dicat, tamen
non poteſt hoc dici tanquam ſacerdoti illi, qui nõ eſt.
ſed & quamuis hoc ſacerdoti dicatur, non tamen hoc
ſemper videtur dicere tanquam ſacerdoti, ſed tanquã
amico,vt dictum eſt.nec talis petit ſibi iniũgi pœniten
tiã,vel ſe abſolui,ſed alia intẽtione hoc profert,cui ſtan
dum eſt contra verba.ſ.de ver.ſig. intelligentia.verum
tamen,ſi ſacerdos ſit hoc omnino celare expedit,atque
decet

decet ſecundum Inno. & Ho. ne huic edicto fraus fiat,
alioquin quilibet ſacerdos hoc reuelans poſſet dicere,
ꝙ nihil ſibi in foro pœnitentiæ, ſed alio modo confeſ-
ſus fuit, vt patet in eo, quod le. & no. ſ. de diuor. quanto.
17 §. pe. & ſ. e. c. ver. ſi. ſuper ver. reuelare. † quid ſi aliquis in
neceſſitate conſtitutus hoc confiteatur layco in pœni-
tentiali foro? vt de conſe. di iiij. factum eſt, & no. ſ. de of.
or. paſtoralis. §. præterea, ver. ad quod dicimus. dicas, ꝙ
quamuis talis clauem non habeat, tamen in hoc Dei
miniſter eſt, & omnino debet celare peccatorem, ſicut
& ſacerdos, nec ad teſtificandum debet cogi, quia quaſi
eadem ratio eſt in ſacerdote, ſecundum Inn. ar. ſ. de cō-
ſti. tranſlato. quid ſi talis peccatorem prodat? Reſpō. nō
poteſt habere locum pœna ſequens, cum nec ſacerdos
ſit. cum igitur certa pœna ſcripta non ſit contra talem
arbitrarie punietur. ſ. de offi. dele. de cauſis. §. inimico.
quid ſi ſubditus percipit, ꝙ epiſcopus ſuus de peccato
ſuo certus eſt, & venit ad ipſum peccata ſua confitens,
vt ipſius correctionem euadat? Reſpō. cautus ſit epiſco
pus, & reſpondeat hoc peccatum non recipio in pœ-
nitentia, nec iſtud, cum de ipſis publice ſis infamatus,
non tamen debet abſolutionem denegare, quia ipſa nō
ob. poterit contra ipſum inquirere, & eundem punire,
dummodo non diſpenſet, quod dic vt no. ſ. de ſciſma.
c. ij. & de bigamis, quia circa. Si autem hoc omnino
occultum eſſet, hoc omnino in pœnitentia recipere
deberet, eſto quod ipſe ſciret. vj. q. ij. ſi tantum, & c. pla-
cuit. ſecundum Hoſt. ſecundum quem hoc iniungas
in ſumma. e. ti. §. in quo tenetur ſacerdos, reſpon. j. de cę
18 teris dic, vt ibi no. [*Sed prudentiori*] ver. nam † confeſſorē
oportet eſſe diſcretum, & cautum, vt leg. & no. ſ. e. §. ſa-
cerdos. vnde & ſm cōtritionem maiorem vel minorē
debet pœnitentia moderari. quæ ↄtritio cuilibet pecca-
tori & adulto, vel doli capaci neceſſaria eſt quantum
ad peccata actualia etiam in baptiſmo, de pę. di. j. tres,
de conſe. di. iiij. omnis qui. & patet in eo, quod no. ſ. e. c.
circa prin. ſuper ver. ad annos diſcretionis. ſed quanta
19 † debet eſſe contritio? Quidam dicunt, quod tanta re-
quiritur, quod peccator potius vellet omnem pœniten
tiam ſubire, quam peccaſſe, ar. xxxij. q. v. ita ne. tu dicas,
quod ſufficit, ſi doleat, quia Deum offendit. nam ſi dole
ret non de offenſione Dei, ſed forte de infamia, quam
incurrit, vel quia propter hoc honorem ſuum amiſit,
talis pœnitentia non eſſet ſufficiens, neque digna. l. d. vt
conſtrueretur, ſed & quamuis quilibet teneatur potius
omnia mala ſuſtinere, quam malo conſentire, vt. xxxij.
q. v. ita ne, nullum tamen obligamus ad hoc, vt tantam
contritionem debeat habere, quod potius vellet omnē
pœnam ſuſtinere, quam peccaſſe in præterito, vel pec-
care in futuro. Nam peccatum commiſſum præterit
iam. vnde contritio tanta præſens cum eo, quod iam fa
ctum eſt. veraciter adaptari non poteſt, ſed nec tenetur
homo illius eſſe conſtātię, vt credere teneatur, ꝙ potius
ſuſtineret mortem, q̃ peccaret in futurum, ſi neceſſitas
alterius horū ſibi incūberet, q̃uis, ſi præſens eſſet neceſ-
ſitas, tunc deberet eligere non peccare, quantum etiam
ad futurum tempus ſperare debet, ꝙ aut illa neceſſitas
non veniet, aut ꝙ dominus dabit cum tentatione pro-
uentum. j. ad Corin. x. & ſicut humilitatis eſt timere in
talibus, ſic veræ fidei, & ſpei eſt nunquam de Dei poten
tia, vel miſericordia deſperare. vnde & in oratione do-
minica petimus, Et ne nos inducas in tentationē. Aug.
proiice te in Deū, nec. n. ita crudelis eſt, vt ſe ſubtrahat,
& te cadere pmittat, ſed & diſcretionis eſt tales tentatio
nes fugere, ſicut Chriſtus nos docuit fugiens in Aegy-
ptum. Mat. ij. D. vij. q. j. §. cum ergo. nec ob. de pę. di. j. nū
quam. vbi dicitur, ꝙ Caim punitus fuit antequā opus
peccati patraret, quia & ſi opus non patraret, iam cogi
tatu peccauerat, & cōſenſu. ¶ Item in contritione re-
quiritur, ꝙ ſit in propoſito vlterius non peccandi, de
pę. di. j. non poteſt veram pœnitentiam, & di. iii. pœni-
tentiam agere, & c. ille pœnitentiam, & c. pœnitentes.
20 & c. ſe. & ar. j. c. j. in prin. vbi de hoc, poſt † cōtritionem
vero ſequitur confeſſio, quam diſcretus ſacerdos debet
attendere, qualis eſt. debet. n. eſſe pura, & ſimplex, diſcre
ta, & integra quod dic vt no. in ſum. eo. tit. §. qualis. ſed
& debet eſſe pudibunda, vt ibi no. & probatur, de pę.
di. j. quem pœnitet, & §. fi. & frequens, quia & ad multā
confert, & frequenter cadit, quare & neceſſe eſt, ꝙ per
pœnitentiam frequenter reſurgat. vnde & ſi poſt pœni
tentiam relabitur aliquis in peccatum, iterum confite-
ri oportet, vt. ſ. de ſum. tri. c. j. §. pe. in quo & attendenda
eſt ipſius ingratitudo, de pę. di. iij. in prin. & per totum.
21 non prodeſt † autem contritio ſine confeſſione, ſi pec-
cator tempus, & copiam habeat confitēdi, ar. de lepro
ſis. & Laza. de pę. di. j. in quacunque hora. Valet etiam
cōfeſſio per erubeſcētiam, & propter fidem, quam pec
cator in confeſſione exercet, quia per hoc oſtenditur
ſe credere abſoluendi & ligandi datam ſacerdotibus po
teſtatem. xxiiij. q. j. quodcunque. valet etiam propter hu
militatem, & obedientiam, quā exhibet mandatis Dei,
dum flectendo genua, & iūgendo manus humiliat ſe
peccator coram ſacerdotē, valet propter gratiam, quæ
ei confertur maxime per manus impoſitionem. xxiiij.
q. iij. notandum, quia quaſi impoſſibile eſt, quin Deus
reſpiciat frequenter cōfitentem, valet etiam propter in-
terdictorum, & amiſſorum recuperationem, quia ſacer
dos reconciliat gratiæ diuinæ, & reſtituit te peccatorem
ad ſacramētorū participationem, de pę. di. j. multiplex,
& c. nonnulli. ſ. de vi. & hone. cle. quoniam. §. fi. ¶ Se-
22 quitur † ſatisfactio, quæ eſt ſacerdotis arbitrio imponen
da, vt le. & no. ſ. eo. ſignificauit. hæc quandoque conſi-
ſtit in pecunia, quandoque in aliis, vt le. & no. j. e. cum
ex eo, & ſ. e. c. reſp. j. ver. & iniunctam. vt tamen ſcias, ꝙ
reſtitutio male acquiſitorum, vel damnorum datorū,
ſiue iniuriarum irrogatarum omniuō facienda eſt læ-
ſis, ſi reperiantur, de quo & ſacerdos gratiam nō poſſet
facere, quia non dimittitur peccatum &c. quod dic, vt
leg. & no. ſ. de vſu. cum tu. §. j. In aliis vero arbitrari ſacer
dos poteſt cōtritione conſiderata, quia plus valet apud
Deum menſura doloris, quam temporis, & mortifica-
tio vitiorum, quam abſtinentia ciborum, de pę. di. j. mē
ſuram. ¶ Sacerdos autem in pœnitentia imponenda
debet eſſe miſericors, atque beneuolus, vt patet, de pę.
di. j. ſit ſacerdos, & c. nullus dubitet, & c. non ſufficit, &
c. quem pœnitet, & no. ſ. e. §. ſacerdos. Debet tamen ei
exponere, quantum deliquit, & quantam pœnam de-
bet agere, & ſi dicat peccator, ꝙ paratus ſit eam facere,
debet ipſam ei iniungere remittēdo de gratia duos aut
tres, aut plures annos conſiderata multitudine peccato
rum, numero annorum iniungendorum, ar. in prædi-
ctis iuribus xxvj. q. ſi. alligāt, vt poſſit dicere ſicut Deus,
Libenter ignoſco, prompte indulgeo, malo miſericor-
diam potius, quam ſacrificium, de pę. di. j. ſerpens. ¶ Si-
23 cut autem † ſacerdos debet eſſe benignus, ſic & pecca-
tor ad obediēdum debet ei eſſe voluntarius & paratus,
quia de nullo peccato ſiue paruo, ſiue magno pōt ple-
ne ſine pœnitentia quis purgari, de pę. d. iii. productior.
ideo debet ſe omnino ponere in iudicio ſacerdotis, ni-
hil ſibi reſeruās ſui, vt omnia eo iubente paratus ſit pro
recuperanda vita animæ quæcunque faceret pro cuitā
da corporis morte, & hoc cum deſiderio, quia vitam
recuperat infinitam, de pę. di. v. cōſideret. ¶ Si vero pec-
cator non ſit ita paratus, nihilominus imponat ei ſa-
cerdos pœnitentiam ſaltem quantumcunque leuiſſi-
mam, & iniungat, ꝙ omnia bona, quæ faciet, & mala
quæ tolerabit propter Deum, ſint ei pro pœnitentia, &
proficiat ad ſalutem. & ſic abſoluet ipſum, inquantum
debet & poteſt non ſimpliciter, ſicut quidam ſimplices
faciunt. ne indiſcrete abſoluendo ſeipſum obliget pro
24 eodem. ¶ Nec † eſt multum quærendum, quantum poſ
ſit ſacerdos dimittere, ſed firmiter credendum, ꝙ Deus,
qui facit omnia in numero, pondere, & mēſura, Sapiē-
tiæ. xj. in multis ſequitur arbitrium ſacerdotis. Hiero. in
expo.

expo.ſymboli.E.de remiſſione peccatorum ſufficere de
bet ſola credulitas,quis enim cauſas,aut rationes requi
rat,vbi indulgentia principis eſt.cum erga terram prin
cipis liberalitas diſcuſſioni non ſit obnoxia,cur ab hu-
mana fragilitate diſcutit diuina largitio? Nec ob.de pę.
di.j.c.quem pęnitet.vbi dicitur ꝙ Deus non ſoluit,vel li
gat eos,de quibus putamus ſed illos,in quibus opus mi
ſericordiæ,& iuſtitiæ exercemus. ibi enim loquitur de
illis,qui errant in facto,vel in iure diuino.in facto,quia
non credunt aliquos eſſe peccatores,qui ſunt,etiam in
iure,quia aliquod peccatū modicum & leue reputant,
quod tamen magnum & graue eſt,tunc enim non ſuf
25 ficit pœnitentia iniūcta. Illud† autem, quod ſacerdos
moderate remittit, dominus ratum habet. Item non
ob.de pę.di.v.fratres,quia ibi loquitur de illis,qui pœni-
tētiā agunt de vno, & non de alio,ſicut & ſ̄.c.quod qui
dam.ſed nec ob.de pę.di.v. falſas, quia illud intelligitur
de illis, qui non reſtituunt alienum, ſecundum Inno.
cuius eſt quaſi hæc tota gl.quo ad mentem.de cæteris
dic,prout plene Hoſti. no.in ſum.e.ti.§ quibus,& quot
dicitis,& §.quæ pœnitentia, & per totum.[*Vllis expreſſio-*
26 *ne*] vt.ſ̄.c.officij,de ſpon.tua [*Reuelare*] ſed† quomodo ꝓ
babitur ſacerdoti,ꝙ peccatum ſibi confeſſum reuelaue
rit? So.quia ſacerdos hoc confeſſus eſt coram pluribus,
licet extra ius, ar.de accu. ſi conſtiterit, de exceſ. præl.q̄
ſit.Idem eſſet in eo,qui confeſſus eſſet occultū peccatū
coram epiſcopo,tamen coram aliquibus,forte vt per il
los diſpenſatio probaretur.Si enim epiſcopus reuelaret,
per illos de hoc probari poſſet ſ̄m Vin. & Hoſti.etiam
ſatis huic accedit,per confeſſionem autem ſacerdotis
in iure factam planum eſt hoc probari.Quid ſi confi-
tetur in fide ſe hoc dixiſſe,ſed negat id ſibi in pœniten-
tia reuelatum? Videtur abſoluendus ſacerdos, eum nō
plus parochiano,quam ſibi ſit credēdum, & quia reus.
vj.q.vlt.actor.contra,quod ſit condemnandus,niſi pro-
bet,ꝙ ad eum aliunde peruenerit, argumen.vj.qō.ij. ſi
tantum, & cap. placuit. Hoſtien. dicit, ꝙ ex quo non
conuincitur,non punietur hac pœna ordinaria. ſed ſi
non probet,ꝙ ad ipſum aliunde prouenerit, arbitrarie
punietur. Gl.Vin.potes videre in Spec.de prob.§.j.ad fi.
27 ¶†Gl.j.exponit,& ſoluit,& ſignat contrarium. ¶Gl.ij.
reſpondet per duas quæſtiones.¶ Gl.vi.exponit,q̄rit, &
ſoluit. ¶Gl.vij.q̄rit,arguit,& ſoluit.¶Gl. viij. arguit, &
28 remittit.¶†In gl.j.[*ibi,l.j.*]vide de ſy.Mattheus,ſuper gl.
ij.[*& ibi l.vj.*]ſi minor ad alium decipiendum per aſpe-
ctum laborauit ſe probare maiorē, non reſtituitur.[*&*
ibi,l.ij.]vide de delic.pue.c.j.ſuper.iij.glo. ¶In glo.vi.[*ibi,*
ſi domus tua]vide de priui.paſtoralis,ſuper vlt.gl.¶ In gl.
vij.[*ibi.§.vlt.*]negligentia iudicis appellationis īputatur
appellanti,qui poterat principem adire,& de eo cōque
29 ri.¶†*In glo.j.in fi.*]io.de non doli capacibus,vel infanti-
bus loquitur, quorum ætas ignorat, quid videat,vt etiā
30 no.in præ.c.pueris,in glo iij. ¶ In† glo.ij.[*ibi, fructuoſa*]
quaſi ſentiat gl.quod tunc erit fructuoſa, cum confite-
bitur peccatum,quod celauit,& de illo ſatisfaciat,ſicut
videtur,quod non habeat neceſſe.iterum alia confite-
ri:alij contra,ꝙ ex quo vnum celauit,etiam prima de-
beat iterum confiteri.de hoc de pę.di.j.§.nō ita.plenius
per Hoſti.in ſum.eo.ti.§.an peccata,ver. quartus[*& ibi,*
venalia]quę ſint venialia,& quę mortalia,vide plene in
ſum.eo.ti.§.de quibus peccatis[*& ibi benedictam*]& aliis
modis,qui no.in ſalu. vj.li.in vlt.glo.dicebat Vin.vel ꝑ
benedictionem epiſcopalem., vt in gloſſ. ſuper, Beati
immaculati.[*& in fi.*]præcipue ſi ſunt inueterata, & in
conſue.deducta.xxv.diſt.criminis,de iureiur.& ſi Chri-
ſtus,ad fi.de his dicitur,grandia caue ne obruaris arena,
nec intereſt,an nauis vno fluctu operiatur aqua,an ipſa
paulatim ſubintret,& ſubmergatur, de pę.di.j. tres ſunt
actiones.¶ In glo.iij.[*ibi,licentia*] vide quod dicam ſuper
31 glo.quid ſi.ad fi.[*ibi,† diſcretum*]nec enim prodeſſet abſo
lutio quo ad Deum ei, qui quærit indiſcretum, vt per
imperitiam illum abſoluat, vt no. xj. q. iij. quomodo.

¶In glo.executionem,[*ibi,ſufficienter*]de hoc.c.q.c.j.dice
bat autem Pe. ꝙ ſacerdos curatus alteri ſacerdoti non
curato bene poteſt committere intra parochiam ſuā
certos caſus, vel articulos ad inſtar delegati ad vniuer
ſitatem cauſarum.ff.de iudi.cum prętor.& hic loquitur
quando non fit commiſſio, ſed ſimpliciter parochia-
no datur licentia, quaſi tunc ille ſacerdos hoc faceret
ſuo iure ex prorogatione,quod eſſe non poteſt,ex quo
executionem non habet. primo vero caſu facit ex de-
mandatione.ſi.quod dixi, de eccle.ædi ad audientiam.
ij.ſuper j.gl. cum ſua remiſſione. de principali materia
vide,quod dixi.ſ̄.de offi. archipre.c.iij.& dicam de elec.
cum ex eo.§.porro,li.vj.ſuper ver.ab eis.tractat ipſe Pe.
etiam id,quod eſt expeditum.j̄.c.ſi ep̄s,lib.vj. [*& ibi,reli*
gioſi]in his procedit,quod dicit glo. ſed de Prædicatori-
bus,& Minoribus dic,vt in conſtit.Boniſa. ſuper cathe-
dram.§.ſtatuimus, innouata per concil.Vien.de ſepul.
dudum,quæ tamen per Cle.V.prorogata fuit ad Here-
mi. ſancti Aug. & per io.XXII. ad Carmelitas.¶ In gl.
32 quid † ſi.[*ibi.alium*] propria auctoritate.& hoc tenet Io.
[*& ibi,vadat*]hoc tenet Phi.& Gof.dicebat Hoſt.hāc opi
nionem veram, quādo periculū non eſt in mora,alias
eſt vera opinio Io. dicunt tamen quidam, vt refert In-
no. ꝙ in neceſſitate poteſt alteri ſacerdoti confiteri, ſed
ab illo non poteſt abſolui,quia non ſubeſt ei,tamen,q̄a
cōtritione remiſſum eſt peccatum,poterit communi-
e care.ᵉdicit tamen dici poſſe, ꝙ ex quo in caſu neceſſita
tis cōfitetur illi,qui claues habet, ꝙ ab illo poteſt abſol
ui, ſed quid ſi non inuenit alium, cui confiteatur, quā
proprium,quem ex iuſta cauſa recuſat? Dicit Inno.ſi iu
ſtam habet cauſam, quare timet, vt quia ex confeſſio-
ne ſua poſſet periculum,& graue peccatum,& ſcanda-
lum generari,eligat mori ſine confeſſione,& confitea-
tur Deo ſoli: vel confiteatur illi crimen in genere, &
circunſtantias,ex quibus non timetur periculum, pe-
riculoſas omnino taceat, Deus enim ſic ordinat ope-
ra ſua,quod non vult eſſe cauſa mali,vel quod aliquod
malum poſſit ex eis prouenire ſecundum Innocen.
& Hoſti.alias ſecundum Hoſt confiteatur, cui poterit,
arg.j̄.c.ſi.& quod no.de of or.paſtoralis, ver.ad qd.alias
Deo ſoli.vt prædixi.dicit autem Inno. ꝙ propter ſolam
indiſcretionem ſacerdotis non dimitteret,quin ſibi cō
fiteatur.quod intelligit Hoſti. quando id bene poteſt in
cōſcientia ſua inuenire,vel ad id illam informare, vide
circa hoc quod no.de pę.di.vj.c.vlt.[*& ibi, & ipſe dabit*]
vide quod no.in Cle.de priuil.religioſi,in gl.puto.¶ In
gl.ſic.ſ.[*ibi ſicut,in prin.*] & ibi poſui ver. quos hic pone-
bat & exponebat Abb.¶ In gl.j. miſericordiam.[*ibi,di-*
33 *ſciplina*]vt ibi †dicitur, per vinū mūdantur putrida. per
oleum ſananda fouentur. Goſ. vide Hiero.ſuper Oſee.
C.¶ In glo.pe.[*ibi,imperitia*]qui.ſ. vno collyrio omniū
oculos vult curare. & vide quod poſt Hie. no. in Cle.ſi
dominum,de reliqui.in glo.orationis, in vlt.membro.
34 ¶*In glo.ult.in fi.*]Innuit† illud per iſtud correctum.dice
f bat Hoſti.ſaluariᶠ poſſe,vt omnibus diebus vitæ ſuæ pe
regrinando pergat, quamdiu durat pœnitentia tempo
ralis.puta ſeptennalis, vel alia, quo tempore lapſo de-
trudetur in monaſterium,vt hic.& ſic venit hic ſupple-
tiue,non correctiue. ff. de le.non eſt nouum. ſic patet
hic hunc ſacerdotē ad modum pęnitentis ſymoniaci,
& hæretici puniri.de hære.c,pe.de ſymo.quoniam.

ADDITIONES.

a ¶Contritionem.Secuto baptiſmo,nam per illam ſolam non poſſet ba
ptiſmus haberi,ut ibi.
b ¶Qualis. Ibi uide glo.& plenius Ioan.Andr. in c. cum apud, de ſpon.
ſa duo.
c ¶Curam.Et tamen etiam priuatæ perſonæ dat conſuetudo iuriſdictio
nem,ut in tex.in c.cum contingat, de fo.compe.ubi uide Io.An.
d ¶Electionis.Vide glo.in Cle.dudum,de ſepultu. §.ſtatuimus.
e ¶Communicare.Vide Ioan.And.in c.ex tenore,ſuper glo.ij.de temp.
ordi.
f ¶Saluari.Facit hæc opinio ad materiam.l.ſ.ff.ut bo. rap.& Cy.in l.qui
ſepulchra,C.de ſepulchro.& uide glo.de pę.diſt. vj.ſacerdos.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Medici corporum ad infirmos uocati officium primum quod,& nu me.3.ad dict.ante.*
An ordinari poſſit,num.2.remiſſ.
Eius pęna quæ,ſi non obedias huic conſtitutioni,nu.5. ad dict.ſatiſfecerit.
Quando dicatur eius tranſgreſſor,ibid.& nu.1.& 3.
2 *Infirmitas corporalis unde procedat ſeu cauſetur,& nume.4.circa finem.*
3 *Præcipiendi verbum,infert neceſſitatem.*
Præſcriptione tolli non poteſt conſtitutio inducta pro animarum ſalute.
4 *Spiritualis ſalus maior corporali,& eam præcedit & nu.6.*
Inferior ibi manum non poteſt apponere,vbi ſuperior appoſuit ſine licentia,excepto caſu.
5 *Conſtitutio publicata quandoque habet ante duos menſes efficaciam,vt hic.*
Ex vitio rei uendita teneor.
6 *Suffragium gloſſarum.*
Animæ ſalus rebus corporalibus præfertur.
7 *Additio gloſſarum.*

CAP. XIII.

1 CVm infirmitas. C.† Medici corporũ ad infirmos vocati ante omnia debent illos ad confeſſionem inducere,nec debent pro ſalute corporum aliquod pernicioſum animæ ſuadere. ponit etiam duplicem conſtitutionis cauſam,& pœnã tranſgreſſorum. & primo ponit vnam cauſam conſtitutionis.ſecundo conſtitutionem, tertio aliam conſtitutionis cauſam.quarto pœnam tranſgreſſoris, quinto quandã inhibitionem.ij.ibi,præſenti.iij.ibi, hoc quidẽ.
2 iiij.ibi,ſi quis.v.ibi,Cæterũ.[*Nonnunquam*]ergo† nõ ſemper.vnde dicit canon ; cũ percuſſio corporalis iminet, vtrũ ꝓ purgatione,an ꝓ vindicta cõtingat,Dei iudiciũ in hoc ignoratur. vij.q.j. cum percuſſio. Dicente Io.v. Amplius noli.q.d. omnino deponas animum peccandi. Gof. ad idem de iureiur. & ſi Chriſtus, ver. Iacobus. [*Ne deterius*] i. ne maiorem infirmitatẽ incurras.& ſic facit ad propoſitum.[*Tibi contingat*]dicit glo. ſuper illud Matth.ix.in princ.confide fili,remittũtur tibi &c.quod infirmitates.v.de cauſis ꝓueniunt.i.vt iuſtis per patientiam augeatur meritum,vt in Iob.ij.ad cuſtodiam virtutum,ne ſuperbia tentet,vt in Paulo.iij.ad corrigenda peccata.vt hic.iiij.ad gloriã,vt de cæco nato,& de Lazaro. v. ad initium pęnæ, vt in Herode.dantur verſus. Vt probet,vt dãnet,vt expiet, vt mereatur. Vt pateat Chriſti gloria,pœna datur.[*Diſtricte† præcipimus*]& ſic neceſſi-
3 tatem importat.ſ.ij.ij.in his.de hoc de treu.& pa. c.j.vnde & ſ.i imponitur pœna. & dicit Hoſti. ꝙ cũ pro ſalute animarum hæc conſtitutio ſit inducta, conſuetudine, vel præſcriptione tolli non poteſt.peccant enim in talibus tranſgreſſores.de iuſt.& obe illud [*Medicis*]an ordinari poſſint,dic vt.ſ.de æta.& qua.ad autes.[*Ipſos*]infirmos.[*Ante omnia*] i.antequam ad curam manum apponant,vel de ſalario conueniant. quid ſi prius de ſalario conueniant? Vr. ꝙ medico obſtet exceptio,& ꝙ ſolutũ etiam poſſit repeti:cum mercatus ſit contra legẽ, arg.x. di.vides.C.de legi.non dubium.ſ.de pac.c.fi..C.de agri.& cenſi.quemadmodum,li.xij ff.de vari.& extra.co.l.j.§. ſi Iulius Maternus,& §.ſi cui cautũ eſt,& l.medicus. dicit Hoſt. quod quia non inuenit hanc pœnam iure cautam,non audet imponere. dicit tamen,ꝓpium eſſet & bonum hoc exprimere, quia forſan medici non eſſent poſtea circa hoc negligentes[*Inducant*]cum effectu ſecundum Hoſt.alias non intromittant ſe de cura, quod probant ſequentia ſecundum eum , ar. de cleri.
4 non reſiden. relatum. [*Spirituali*]quæ †quia maior eſt, præcedere debet,de ma.& obe.ſolite.contra.ſ. de temp. ord cum in diſtribuendis,de cõſe.di.ij.c.fi. vbi præmiſſa manu ſuperioris, non debet inferior ſine licentia manum apponere. So. illud prohibetur ob reuerentiam, illud ob eandem cauſam ſtatuitur, & ad prouiſionem periculi infirmorum. licentiatus eſt,ergo ipſo iure hæc inferior poſt , quàm ſuperior manum appoſuit, & ſic non habet neceſſe recurrere ad prætorem. ff. de condi. inſti.quæ ſub condi. §.fi.ſatis fuit exquiſitum hoc contrarium.[*Effectus*] peccatum vocat cauſam, infirmitatem vocat effectum.[*Cauſam*]impulſiuam.ff. de poſtu. l.i.§.ſexum.Vin.[*Incurrunt*] ex quo vero ſciunt in omni infirmitate mortali & non mortali medicos hoc dicere ex præcepto,ceſſabit timor,& periculum.[*Publicata*]
5 ergo† tunc etiam ante duos menſes,& poſt.non,niſi publicetur,ex quo ſic cautum eſt.& facit ad ea,quæ notaui in fi.vj.libri,ſuper data. [*Satisfecerit*] ſ.dando pauperibus quicquid emolumenti exinde percepit.ad hoc.ſ.de iudi. cum ſit,vel ad arbitrium iudicis,cum certa ſatisfactio non exprimatur,de offi.del.de cauſis.Ho. [*In terminatione*] ſicut de ſagit.c.vno,vbi de hoc.[*Salute*]de con. di.v.contraria.Gof [*Periculum animæ*]ex quo ſine peccato non poteſt ei ſubuenire,nõ habet quid faciat.xxij.q. ij.faciat.& dicit Vin. ꝙ medicus,qui dicit, nõ conſulo, ſed ſi accedas ad aliquam, ſanaberis, hanc conſtitutionem tranſgreditur.ſi.n.aliquid tibi vendo adiiciens,ſi vitioſus eſt,ſi læſum, nolo teneri.cum ſcientia illud taſe, tñ teneor.ff.de ac.em.& ven.l.j.§.venditio.vide quod dicam,de re.iur.cum, qui certus,li.vj.ſuper.j.glo.cum ſua
6 remiſ.ad Spec. ¶ †In glo.vlt. [*ibi,ſancimus,in fi.*] i.vaſa & ornamenta eccleſiæ vendi, & pignorari poſſunt pro redemptione captiuorum, vt animæ hominum vaſis & veſtibus præferantur. [*& ibi.l.1.§.ſi*] vide de iuramen.
7 ca.c.ij. ſuper.i. glo.¶ †[*In glo.1. in fi.*]& lxj.di.§. his omnibus.¶In glo.ii [*ibi,ſe uentiam*] idem Inno.& Hoſt.¶ In glo.vlt.[*ibi,quam corporum*]pulchre facit in auth.vt cum de ap.co.§.ſi autem laici,vltra med.ti.col.viij. [*& in fi.*] de elec.vbi periculum,in prin.li.vj.

SVMMARIVM.

1 *Quæſtores eleemoſynarum quando admitti debent, & quæ proponere,& qualiter ſe gerere debeant, & quæ conceſſa, & nu.2. 3.4.& 8.*
Eorum priuilegia quæ,ibid. & quæ reuocata,nu.4. ex delicto ſubſunt ordinario,ibid.
Indulgentiarum meta,vel terminus quis,& nu.9. ad dictio.i.indiſcre.& nu.10.12.& 13.& 15.quoties acquirantur, nu.10.
Earum dies vtiles,anni vero vt intelligantur,nu.11.
2 *In diſiunctiuis alterum ſufficit adimplere.*
Per prædicationem non præiudicatur illi, vtilis prælato, & animabus.
Per confeſſionem vero præiudicatur.
3 *Ad declarationem quæ faciant,vel propoſita deducere poſſunt, licet niſi in ea contenta deducere inhiberet.*
Commiſſa videntur omnia mandato quæ ſunt,vel iuxta ipſum.
Doctores ſeu magiſtri,qui alphabetarij appellandi.
4 *Literæ quæſtorum diligenter examinandæ, & in quibus, & ſupra nu.1.2.& 3.*
Prædicatio eſt contentioſæ iuriſdictionis.
5 *Apoſtolicæ ſedis actus ſequendi.*
Capiti membra ſe debent coaptare.
6 *Remiſſio epiſcopi extranei ad quid ualeat,quoties acquiratur,nume.10.eius beneficio non utitur remiſſor,nu.11.*
7 *Iudicij dies quibus appellationibus alijs ſignificetur.*
Regnum Dei non poteſt emi pecunia.
9 *Beguinarum hoſpitia damnata.*
10 *Epiſcoporum culpa.48.remiſſive.*
Indulgentiæ in conſecratione eccleſiæ,nu.15.
11 *Pœnitentia iniuncta per minorem remitti nequit.*
12 *De cardinalium collegij poteſtate vbi tractetur.*
Papa quando celebrat , vel prædicat quantum concedat indulgentiarum,ad dict.moderamen.
Eius poteſtas in indulgentijs concedendis , & in prælatos ,& omnes,nume.12.
13 *Epilogus,& additio gloſſarum,nu.15.*

CAP.

CAP. XIIII.

1 CVm ex eo. C.† Eleemoſynarũ quæſtores ſine apoſtolicis,
vel diœceſani literis admitti non debent,
nec tunc proponant vltra id, quod continetur in illis. debent eſſe modeſti & diſcreti, & à locis, & ex
penſis incongruis abſtinere. ponit formam remiſſionum, dicens in conſecratione baſilicæ vltra annum, ex
alijs cauſis vltra xl. dies indulgeri non poſſe. & ſunt. iiii.
principales partes, ſecunda ibi, formam, tertia ibi, qui autem. quarta ibi, ad hæc [*ſe alios.*] quam ſint. geſtãt enim
falſo religionis habitum. ſupra de priuil. tuarum. [*Abuſiones.*] de hoc. de vene. ſan. cap. ſecundo in fi. [*Prædicatione.*] & tamen prædicare ad eos non pertinet, ſed habent
charitatiua ſubſidia petere, & indulgentiam, ſi quam habent proponere. infra de hære. vt officium, libro ſexto.
§. compeſcendi. [*Apoſtolicas*] vel diœceſani. ex quo autẽ
tales literæ apparent, neceſſe eſt illos admitti per curatos, & † ſufficit altera litera, vt innuit hic diſiunctiua, de
2 regul. iu. in alternatiuis. ſic de hære. excommunicamus.
§. quia vero nonnulli. & hoc verum, ſi apparent literæ
non ſuſpectæ, alias contra. ſupra de fide inſtrum. quod
ſuper. quo caſu ſacerdos prius, quam illum admittat, cõ
ſulet epiſcopum, de offic. archipresb. c. fi. in fi. & propter
hoc habent multi diœceſani ſtatutum, quod nulla litera apoſtolica recipiatur, vel approbetur in ſua diœceſi,
niſi ipſi primitus conſulantur. & dicit Hoſtien. quod ex
hoc eſſent grauiter puniendi, ſi id facerent in fraudem
poteſtatis apoſtolicæ, argumen. de priuil. dilecti, & capit.
quanto, ad fi. vbi vero liquet de indulgentia, & perſona
nota eſt, alia litera non debet requiri, ſicut in Prædicatoribus, & Minoribus ſecundum Hoſtien. qui remittit, de
exceſ. prætl. nimis praua. nec requiritur alia epiſcopi licẽtia, niſi id eis interdixiſſet ex cauſa, puta quia vſurpant,
vel impediunt iura parochialia, vt patet ex no. de priuil.
in his, & ea. ſuarum. contra. ſ. e. proxi. §. ſi quis autem, &
quod ibi no. Sol. aliud in prædicatione, & aliud in peccatorum confeſſione, vt ibi. Ratio diuerſitatis, quia per
prædicationem non præiudicatur alicui, ſed potius releuatur onus prælati, & prouidetur animarum ſaluti. ad
id. xcv. di. ecce. & ff. de neg. geſt. ſoluendo, cum ſuis concord. in confeſſione vero poſſet ſpirituale & temporale
præiudicium generari, vt dixi in contrario, vel licet illi
priuilegiati ſint indiſtinctè ſuper prædicatione, ſuper cõ
feſſione non indiſtinctè, ſed illorum tantum, qui ad illorum prædicationem contriti ſunt, & ſtatim, non ex
interuallo, vt ex ipſorũ priuilegiis legi poteſt, & forſan
non generaliter, ſed de illis tantum peccatis, de quibus
ſunt contriti. de his ergo non poteſt iudicari, niſi videatur priuilegium, de priuile. porrò. in contrario remiſi ſuper glo. executionem ad dec. Bonifa. in Clemen. de ſepul. dudum. [*Et tunc*] ſcilicet cum literas apoſtolicas, vel
3 diœceſani præſentant. [*Literis.*] vel quod faciat † ad ipſarum declarationem circa factum. nã & illa quæ iuxta mandatũ ſunt, commiſſa videntur, arg. ff. de his, quæ
ſub tut. vel cur. l. magis puto. §. cuius officio. Caueant ergo à prædicatione, maxime cum multi ex eis laici ſint
& inhoneſti, niſi aliquibus approbatis eſſet expreſſe permiſſa. Item ne aliud proponant, quam litera contineat,
quaſi legeret alphabetum, quem dum legendi refert Hoſtien. quod ſeruant quidam magiſtri canoniſtæ maxime qui nihil addentes, vel minuentes apparatum legũt
ſicut textum. [*Permittantur.*] concil. Vien. hoc repetens
4 addit, quod diœceſani ante, quàm quæſtores † admittantur, literas apoſtolicas examinent diligenter. eodem
titu. abuſionibus. vbi etiam concilium reuocat priuilegia quædam quæſtorum, & ſuorum ordinum, ſi quæſtores delinquunt, in hoc ſubmittit eos ordinarijs exemptionis priuilegio non obſtante. & no. argumen. quod
prædicatio eſt contentioſæ iuriſdictionis. vj. quæſt. 3. ſcriptum. xvj. quæſt. iij. placuit. ij. de hæred. cum ex iniuncto,
5 ſecundum Vinc. [*Secundum autem.*] ſequitur † actus ſedis
apoſtolicæ in hac forma, vt hic. Idem in caſibus, de hære. ad abolendam, de temp. ord. c. ij. de malo. & obed. dilecti, de re iud. in cauſis de conſtitu. ex literis. & breuiter
membra debent ſe capiti coaptare, de præſcr. cum non
liceat nam turpis &c. de ſpon. du. ca. fin. ſalua prærogatiua ſedis apoſtolicæ. de temp. ord. c. j. ſecundum Hoſ. [*Apoſtolus.*] ad Ro. xiiii. & ij. ad cor. v. & ſuper hoc verbo, de
hac forma dicit Vincen. id, quod ad literam ponitur in
6 ſpec. eodem titu. verſi. Et no. de epiſcopo, cuius † remiſſio licet non valeat ſine conſenſu proprii epiſcopi ad remiſſ. pœnitentiæ, valet tamen eo iuuito facta ad participationem bonorum, quæ in ſuo epiſcopatu fiunt. [*Stabimus.*] libera fortuna mors eſt cap. &c. no. xiij. q. ii. vbicunque. [*Geſſimus*] conſiderato mortis tempore. xxv. di.
qualis. [*Malum*] Iuuenalis. li. j. de morib. vltima fiet quæſtio. Hier. ad Atellam. E. Ante tribunal Chriſti ſimul ſtabimus: ibi patebit, qua mente quis vixerit. [*Meſſionis.*]
7 diem † iudicii vocat diem meſſionis: quia tunc metemus, vt ſeminauimus in hac vita, vt ſequitur. Item vocatur dies ventilationis, quia tunc grana excutientur à paleis.
& ſegregationis, quia mali piſces ſegregabũtur a bonis.
ij. q. j. ca. fi. Go. [*Seminat.*] Luc. vj. [*Facultates*] cautius diceret, fidelium ſunt ſubſidia opportuna, cum quandoque facultates ſuperãt, ſecundum Hoſtien. [*Conſulatur*]
& ſuſtentatio vobis non ſubtrahatur. de don. apoſtolicæ
cum concord. de eccle. ædifican. de his. [*Gaudia*] ergo regnum dei poteſt emi pecunia, quod non eſt verum, vt
j. quæſt. j. ordinationes, in prima glo. [*Peruenire*] ſequitur
in litera, Nos autem de omnipotentis dei, & beatorum
apoſtolorum Petri, & Pauli auctoritate confiſi, tot dies
8 &c. [*Qui autem.*] hic traditur, quomodo † quæſtuarii iſti
debent eſſe ordinati primo quo ad ſe. ſecundo quo ad
hoſpitia. tertio quò ad expenſas. quartò quo ad habitum. [*Modeſti*] vide, quòd dixi de voto, capit. j. ſuper vlti.
glo. [*In congruis*] parcit, quod non dicit proſtibulis, ſed
cauendum eſt à quaſi proſtibulis, ſicut ſunt hoſpitia
9 † quarũdam Biguinarum fictarum, quod pernitioſum
genus eſt mulierum, nec de facili alios, quàm religioſos admittunt, à quibus modis omnibus eſt cauendum
xviij. quæſtio. ij. diffinimus, & cap. pernitioſam. Hoſtien.
hodie iſtarum ſtatus damnatus eſt per concil. Vien. de
religio. domi. cum quibuſdam. [*Geſtent.*] quo caſu puniuntur, & ipſi, & qui eos mittunt, de priuil. tuarum. ſupra. [*Indiſcretas.*] ſcilicet non ponderata qualitate, &
quantitate cauſæ, quæ ſubeſt. nam ſecundum quod eſt
magna, vel parua, maior. vel minor indulgentia debet
dari. & ſic no. cauſam ponderandam. de hoc ſupra. de accu. cum dilecti. [*Superfluas*] id eſt ſine cauſa, vel nimis lar
10 gas xlviii. culpas epiſcoporum, quarum hæc eſt vltima,
colligit Hoſtien. in ſum. huius titu. §. cui confitendum,
ſub. §. cui epiſcopus. [*Xl. dies.*] ſi eadem perſona eodem
die ſæpius conuenit ad locum, pro quo indulgetur remiſſio, vel ſæpius dat denarium, nunquid ſæpius habebit. xl. dies. Dicit Vincen. quod ſic, dum durat tempus,
vel dies remiſſionis, quia non eſt conceſſa remiſſio ſolum propter iter, vel denarium, ſed & propter obligationem eccleſiæ, quæ ſic remittendo ſe obligat orare pro illo, ſit ergo diſcretus remiſſionem faciens, vt dixi. ſupra
eodem. quod autem. Idem Guil. in ſpe. eo. tit. verſi. quid
ſi eadem. vbi addit rationem, quòd in beneficiis fieri debet larga interpretatio & ibi in verſi. ſeq. no. quod hic &
11 † notauit Vin. ſcilicet remiſſorẽ ſua remiſſione vti non
poſſe. Item pœnitentia iniuncta per epiſcopũ nõ poſſe
ſacerdotẽ remittere: ſed ſic ecõtra. item papam, vel epm
non poſſe ſibi remittere pœnitentiam ſibi per ſacerdotem iniunctã ſine illius auctoritate. ſ. c. fi. [*De iniunctis.*]
Hoſt. per hoc no. dies indulgentiarũ vtiles, licet ſecus dicat in annis. itẽ ꝙ qui. xl. dieb. ieiunare dẽt, huius indulgentię virtute non cogiẽ ieiunare. de hoc tractauit Inn.
& Ab. ſ. c. qđ ãi, & Hoſt. ſatis hic. & dicebãt, ꝙ cũ q̃riẽ, qđ
operentẽ verba hæc, indulgemus annũ de iniuncta pnia
alii dũt annũ vtilẽ: alij continuum: alii, ꝙ is eſt ſenſus.

Remitto annum de pœnitentia ideſt tãtum minus pu-
nieris in purgatorio. quantum ſi vno anno pœnitentiã
egiſſes in hac vita, nec credunt, quòd per has generales
minus teneatur quis in hac vita pœnitentiam agere,
quorum dictum æquitati conuenit ſecundum Innocẽ.
Eſt tamen credendum, quòd Deus, qui omnia modera-
tur in numero, pondere ac menſura, ſapientiæ. xi. F. iuſ-
ta meram à prælato impoſitam dabit potius plus, quã
minus, licet alteri plus, alij minus. nec de hoc poteſt cõ-
queri is, qui minus habet, ex quo recipiunt, quod ſuum
eſt, niſi hoc nequam oculus reprehendat. Math. xx. ca.
Hoſtien. autem dicit hic terminari. vt dies ſint vtiles. alſ
eſſet abſurdum dicere facio tibi indulgentiam dierum,
quibus non teneris ieiunare, de annis vero, ſicut & qua-
12 le iniuncti ſunt, ſic remittantur. [*Plenitudinem.*] hic tra-
ctauit Hoſtiẽ. de poteſtate collegij cardinalium, de quo
no. de ſciſmaticis, capitu. vno, lib. vj. quod eſt hodie ex-
peditum per cle. eo. tit. ne Romani, in prin. [*Moderamen.*]
in literis. nam quãdo celebrat, vel prædicat, ſemper dat
annum, ſecundum Innocen. & xl. dies ſecundum Hoſt.
13 dicit autem Innocen. quod prohibitio † huius capituli
eo modo etiam eſt intelligenda. ſ. quod inferioribus præ
latis reſtringatur poteſtas in indulgentiis publicis, nõ in
foro pœnitentiali, quo poterũt & annum, & plus indul-
gere, dicit etiam, ꝙ hanc reſtitutionem potuit facere pa-
pa, quia omnes minores prælati hanc poteſtatem habẽt
ab eo, ipſe autem a Deo ſolo. xxi. diſt. quamquam. xxii.
diſt. in. capitu. primo Item hoc potuit ratione principa-
tus & iuriſdictionis, quam habet ſuper omnes. xxi. diſt.
in nouo. Item fecit hoc ex cauſa, quia abutebantur ſecũ
dum Innocen. [*Obſeruare.*] ſic ſupra de ma. & obe. dilecti
14 ſ. eo. capitu. circa prin. ¶ † Vlti. glo. quærit. arguit negati-
15 uè. ſoluit affirmatiue, ſolutionis ſignat cõtrarium. ¶ † In
glo. j. [*in fine.*] vtrobique de hoc. ¶ In gl. vl. [*ibi quod tenent.*]
dicebat Hoſtien. ꝙ indulgentia plurium epiſcoporum
conuenientium ad conſecrationem non excedit an-
num, & dato, ꝙ quilibet excedat annum, ſubditus vni⁹
habebit annum tantum. ſ. ſui epiſcopi, & ſic de reliquis,
& idem ſecundum eum, ſi ex parte omnium ſimul pro
nuncietur. putat tamen, ꝙ ſi archiepiſcopus, & epiſco-
pus ſimul conueniant, & vterque dat annum integrũ,
ſubditi ipſius epiſcopi habebunt biennium, prouincia-
les alij annum tantum. remittit ad ſum. de remiſ. § quis
poſſit. dicens hoc ibi iniungendum, hoc tamen nõ cre-
do per hanc literam. Item quia ſequeretur, ꝙ ſi omnes
epiſcopi prouinciæ conuenirent ad illam conſecratio-
nem. & quilibet daret annum, & archiepiſcopus annũ,
ꝙ quilibet prouincialis haberet biennium contra men-
tem huius literæ. [*& in fi.*] cui ſtatur. ſ. c. vlti. lib. vj.

SVMMARIVM.

1 *Archiepiſcopi poteſtas viſitantis prouinciam.*
Libere particula excludit alterius conſenſum.
2 *Epilogus, & additio gloſſ.*

CAP. XV.

NOſtro. Breue. [*Tuam prouinciam.*] p hoc
patet, quod archiepiſcopo diri-
1 gitur. [*Prouinciam.*] poteſt etiam, dum † eam
viſitat, confeſſiones ſubditorum ſuffraga-
neorum audire, & eis iniungere pœnitentias ſalutares,
infra de cen. capitu. fi. in fi. li. vj. poteſt etiam in quolibet
loco prouinciæ etiam exempto, ad quem declinauerit,
vel per quem tranſierit, ante ſe facere portari crucem,
benedicere populo, celebrare etiam in pontificalibus,
& ſine pontificalibus ſibi facere celebrari, quouis priui
legio non obſtante, vt in cle. de priuile. archiepiſcopo.
[*Libere.*] non eſt ergo neceſſarius ſuffraganeorum con
ſenſus, quaſi a non iudice data ſit. ſ. eod. quod autem. ad
2 idem de præb. licet. lib. vj. ¶ † Glo. prima, reſpondet per
ob. de dec. paſtoralis. ¶ In glo. j. [*in fi.*] de hoc. de reli. do.
conſtitutus.

SVMMARIVM.

1 *Confeſſorem ſibi eligere quibus conceſſum, & nu. 3.*
2 *Epilogus, & additio gloſſ. nu. 3*
Rectores capellarum cui confiteri debeant peccata.

CAP. XVI.

1 NE pro dilatione. Breue. [*Epiſco-
pis.*] etiam † nõ
exemptis, quod probat litera. præter ſui ſupe-
2 rioris,ª ſecundum Hoſtien. qui etiam remit
tit ad ſum. huius ti. § cui confitendum, ver. cui patriar-
cha. [*Superioribus.*] archiepiſcopis, primatibus, & patriar
chis. [*Prælatis.*] in non prælatis ergo non habet locum.
[*Exemptis.*] ſecus in aliis nec valet contraria conſuetudo,
infra eod. capitu. pe. in fi. lib. vj. [*Poſſint.*] ex hac conceſſio
2 ne. ¶ † Gl. j. dat duo ſimilia de abſolutione, & baptiſmo,
& ſubdit genus vlt. no. ¶ Glo. ij. no. ante hanc permiſſio
3 nem &c. ¶ Vlt. reſpon. per quæſtionem. ¶ † In gl. prima,
[*ibi. vitanda.*] de hoc pro & contra, de elec. capitu. vlti. lib.
vj. ¶ In glo. ſecunda. [*ibi, non poterat.*] multo minus hoc
poſſunt, vel poterunt ſcholares, ſecundum Abb. qui ar
guit hic contra tales, qui ſibi quem volunt, eligunt con
feſſorem. de hoc dixi. ſ. eodem omnis. Pe. vero idem hic
arguit contra rectores capellarum, qui ſibi eligunt con
feſſores, cum epiſcopo, vel eius pœnitentiario, vel archi
presbytero ciuit. debeant confiteri, de of. archipres. capi
tu. primo.

ADDITIO.

2 ¶ Superioris. Vide magnam limitationem, quam ponit Io. An. ad iſtud,
c. ut. c. conquerente, de of ordi. in gl. ſordo, in fine.

¶ De ſententia excommunicationis. Rub.

SVMMARIVM.

1 *Diſpoſitio tituli.*
Excommunicatio quando ſit pœna contumacis, & quando delicti.
2 *De ea, vel abſolutione ab ea loca iuris totius canonici profert.*
3 *Ea in quibus caſibus incurratur ipſo iure.*
Ea plus aufert, quam ſolum peccatum, in fi.
*Excommunicatus per manus iniectionem quibus caſibus non va-
dat ad curiam.*

1 ¶ † Quia excommunicatio eſt pœna contumacis, cum
fertur ab homine, ſi vero fertur a iure eſt pœna delicti,
vt per ſe patet, ideo poſt tractatus pœnarum ſubmittit
2 de ſenten. excommu. habetur † materia. xj. quæſt. iij. per
totum. xxiiij. quæſt. ij. & q. iij. facit. ix. quæſt. j. repetitur in
vj. & cle. Multæ ſunt decretales extra titulum, quæ con-
ueniunt titulo. in eis igitur hunc ordinem tenebo, quia
primo ponam iura huius compil. quæ excommunica-
tionem inſligunt, ſecundo illa, quæ iubent inſligi, tertio
illa, quæ excommunicationem reprobant, quarto illa,
quæ de abſolutione tractant. v. reliqua reſpicientia pro-
poſitum. de primis primus caſus, ſupra de elec. licet ſer-
uus, de offi ordi. quoniam tij de loca. capitu. j. iiij. de bap.
capitu. vl. v. de immu. ec. non minus, ſextus. eod. titu. ad-
uerſus, ſeptimus, ne cle. vel mo. clericis, octauus. eod. tit.
non magno. nonus. eod. titu. ſuper ſpe. decimus de Iu-
dæis, ita quorundam, & eod. titu. ad liberandam, ſignifi-
cauit, quod olim, vndecimus de hære. ſicut ait, & cap. ad
abolendam, & c. excommunicamus. j. & ij. duodecimus
de ſciſma. cap. j. tertiusdecimus de rap. excõicationi. ij.
3 reſpõ. quartusdecimus de cri. fal. dura. quintusdecimus,
eod. titu. ad falſariorum. ad caſus ſexti libri, & clementi
narum. ſ. remittam. vnum ſpeciale faciamus loquendo
de caſibus huius ti. quos vide. ſ. c. j. cum multis. Item eo.
ti. ſignificauit, & c. conqueſti, & ca. nuper. ij. rñ. cum. c. ſi
concubinæ. item. eo. tit. nouerit, & ca. grauẽ, declaratiue.
eo. ti. mulieres. in fi. & c. nuper. j. rñ. & c. q̃ta. De ſcdo mẽ-
bro patet. de ma. & obe. dilecta, de treu. & pa. c. j. de teſti.
conſtitutis. j. de regulari. c. fi. de iure pa. præterea. j. & cap.
relatum. ij. rñ. de ſpon. veniens, j. in fi. de coniug. lepro.
cap. j. de matrimonio contrac. capitu. fi. de diuor. porro.
de

de Iudæ.Iudæi.ii. & capitulo poſtulaſti, de hære. ſi quis
epiſcopus,de ſagit.capitu.vno,de rapto. capitu.j. & cap.
excõicationi,in princi.de vſu.præterea , de excel. præla.
clerici. De tertio pater,de offi.deleg.cum olim.i.de offi.
ordi.capitulo pe.de arbi.innotuit.pro & contra , de ap.
ſi duobus. Item pro,cod.titu.dilecti.ii. & iii. & capitulo,
ſolicitudinem , & c.dilectus, de ſolu. Odardus , de reli.
do.cum dilectus,de exce.præ.cum ad quorundam,& c.
vlti.de offi.or.quia plerique,lib.vj. De quarto,de reſcrip.
ab excommunicato.de offi.deleg.prudentiam. §. ſexta,
& capitu.conquerenti,& ca.cum contingat, de offic.le.
quod tranſlationem,& capitu.pe.de offic.or.ex parte,&
capitu.ad reprimendam , & capitu. paſtoralis.ij.reſpon.
de maio.& obedien.cum in eccleſiis, de teſti.veniens.ii.
in fi.de excep.apoſtolicæ . de appel. qua fronte,de vi. &
ho.cle.quoniam,in fi.de ſepul.capitu.vlt.de ſimo. ad au
res,de rapto. in literis,& lib.vj.de maio.& obe.cap. vno,
quod me.cauſa.c.vno, de ap.Romana.§.pe. de pœ.felicis
§.cum aũt,de abſo.in articulo mortis,qui conualuit,in
Cle.de pœ.ſi quis ſuadente, in fi. De quinto , de reſcrip.
cum contingat,de ordi.ab epiſcopo,capitu.fi. de offi.or-
di.capitulo ſecundo & iii.de procur.capit. vlti.quod me.
cauſa,ſacris,de Iudæ.intelleximus, de probat.poſt ceſſio-
nem,de excep.cum inter cum pluribus capitulis , de re
iu.ad probandum,de appel.paſtoral.ij.reſpon. de præbẽ.
in Lateranenſi,cum decre.cum & plantare,de priui.de
ſepul.ſacris,de conſe.eccle.vel al.conſuluiſti,de exce.prę
la.cap.primo & in vj.de reſcrip.capitu. primo,de offi. vi-
ca.Romana,de offi.deleg.ſi is,cui . Item in Cle. de elec.
ne Romana.§.cœterum, ibi , exceptio excommunica-
tionis , ſuſpenſionis , vel interdicti non obſtat cardina-
libus in electione papæ,de ſepul.eos,vbi excommunica-
tus eſt ſepeliens publice excommunicatum. idem in re
ligioſo abſoluente excommunicatum , quem abſolue-
re non poteſt,de priuil.capi.primo,in princi.De interdi-
cto habetur de conſue.cum inter.de poſtu.c.i.de offi.de
le.ſane.ii.de.ap.ad hęc.V.& c.dilectis,de exce. pręl c.i.&
vlt.de omnibus his mixtim in prędicto. c. i. & de relig.
do.cum dilectus.Et in.vj.de elec.vbi periculum §.porro,
& §.ciuitas,de priui.licet,de iniur.capi.vno,in fi. de poe-
3 nis,felicis,in fi.Eſt † ſciendum , ꝙ Innocen. infra capit.j.
numerauit.xvij. caſus , nec tamen omnes approbabat,
in quibus excommunicatur quis ipſo iure.Hoſt.nume-
rabat.xxx.in ſumma eodem titulo,§.quis poſſit excom-
municari,ibi videas,& plenius in repertorio.eod.titu.ca-
ſus autem de hoc iuris noui notaui, infra eodem eos,li.
vj.& caſus iuris nouiſſimi collegi in Cle. eod.titu.capit.
primo in glo.eſt ſciendum. numerabat etiam ibi Inno.
viij.caſus , quibus quis ipſo iure incurrit minorem . de
his plenius per Hoſt.in ſum.eod.tit.§.quis poſſit ab hac,
in prin.Item enumerat caſus, quibus excommunicatus
per manus iniectionem non vadit ad curiam , hos nu-
merabo.infra capitu.cum illorum , & vide.xvij.in ſum.
prædicti.§.quis poſſit excommunicare , ſub.§. ſecunda
regula.Pe.de his notauerat.j.co.nuper. quod excommu
nicatio plus auferat,quam ſolum peccatum,vide quod
ſcripſi de Iudæ.ita quorundam,ſuper vlti.glo.

S V M M A R I V M.

1 *Clerici percuſſor quis abſolui debet a papa,& nu.2.4. quibus caſi-*
bus non ſit excommunicatus,nu. 3.
Impuberis priuilegio vtitur pubes factus in facto impubertatis,dd
dict.mittendi.
2 *Canonis.ſi quis ſuadente,regula quando locum habeant , & quae*
requirant,nu.4.
Aetas plena xxv.ann.
3 *Ludere clericis vt liceat.*
Vim vi repellens excuſatur & quis ab excommunicatione .
Legatus ſedis apoſtolicæ fungitur officio.in fi
5 *Epilogus.ſuffragium & additio gloſſ.nu.6.7.*
Minores qui excuſentur ab excommunicatione canonis,uel alias.

C A P. P R I M V M.

1 SVper eo. Caſus. † Impubes,
qui clericum per-
cuſſit, ab epiſcopo poteſt abſolui ,
qui ioco,vel cauſa diſciplinæ percu-
tit clericum , excommunicatus nõ
eſt,qui vero odio percutit clericum
excommunicatus eſt , & per pa-
pam abſoluitur . & ij. ibi, nec clerici.iij. ibi , cœterum.
[*Puberes.*] de his, ſupra de deſpon. impu. capitulo iij.
[*Ad inuicem.*] quia vterque percutit, Innocen. & ſecun-
dus ad vindictam , non defenſionem, Hoſtien. & infra
dicam.[*vnus.*] tantum,quod eſt dicere, ꝙ percuſſus non
repercuſſit, Innocen.[*Mittendi.*] etiam poſt pubertatem,
2 infra capit.vlt.[*Excuſat.*] hic † ergo locum habet ſola pri-
ma regula canonis,ſi quis ſuadente.in caſu ſequẽti neu-
tra locum habet. in vltima vero vtraque . [*Plenę ætatis.*]
xxv.annorum . facit quod dixi.ſ.titu.j. omnis. quaſi di-
cat nedum impuberes doli capaces, vel non capaces.
[*leuitate iocoſa.*] vbi leuitas iocoſa non eſſet , ſed violen-
tia,excommunicati eſſent , ſed citra papam abſoluendi,
a de hoc,in fra eod.peruenit.[a] & no.quod † licet clericis lu
3 dere etiam manualiter , ſed quia facile de tali ludo per-
uenitur ad iram & rixam , tutius eſt abſtinere ſecundũ
Hoſtien. ſecundum quem habes hic duos caſus, qui-
bus percutiens clericum excommunicatus non eſt , &
aliquos tales numerat Innocen. infra eodem , non du-
bium,& capitulo veniens. xxj. diſt. ipſe Hoſtien. no. in
ſumma eodem titulo.§.quis poſſit,ſub. §. ſuper illo au-
tem.[*Diſciplinæ.*] ſecus ergo,ſi ex indignatione. de hoc di
cam,in ſra eodem vniuerſitatis . [*Correctionis.*] tempore
ne ſit contra,de homici.presbyterum,& capitulo,ad au-
dientiam. [*Quia.*] ratio , quare non ſunt excommuni-
cati . [*Odio.*] prius otio , vel incidente in ludo.Innocen.
4 [*Scholares.*] niſi † cum in ſtudio hoc alicui eſt cõceſſum ,
Hoſtien.de hoc.de offi.ordi.capitulo fi. [*Seſe.*] ſed non-
ne ſecundo percutiens , & vim repellens excuſatur,in-
fra eodem capitu. ſecundo. Sol. dubium erat , quis pri-
mo percuſſerit,& in dubiis &c. de ſpon.iuuenis,vel non
incontinenti vim repulit , vel non propulſando, vel ex-
cedendo modum , vt ibi . & ſcias , quod canon , ſi quis
ſuadente , requirit tria.primo factum , dum dicit , Inie-
cerit , vnde ſi ſolum iubet , vel ſequatur , & non percu-
tiat , non incidit in canonem,licet ſit argumen.contra
b de pœ.d.i.ſi quis pulſatus,[b] & infra eodem nuper.ſecun
do requiritur iniuria , & hoc no.dum dicit , ſi quis ſua-
dente diabolo.iij.violentia,dum dicit,violentas. Goſ.no
tat ipſe Goff.infra eodem nuper,quod licet hoc ſit regu
lare,tamen fallit , quandoque enim punit violentiam
ſine manuum iniectione , vt ibi . quandoque iniuriam
ſine violentia,infra eodem , contingit,ideſt quandoque
ſolam iniectionem ſine iniuria & violentia,infra eodẽ,
vniuerſitatis . & vide , quod ibi dicam in glo. no. quod
[*ap.ſedem.*] vel eius legatum , infra eodem, ea noſcitur .
5 ¶ † Glo.ii.exponit,arguit,alle.tria iura,& duo alle.in cõ-
6 trarium.¶ In † glo.ij.[*ibi.l.j.in fi.*] vide,de delic. pue.capitu.
primo,in glo.pe.[*& ibi,non excuſat.*] & ideo non reſtituũ
7 tur,vt in.l.ſequẽ.¶ In † gl.ij. [*ibi,ab excommunicatione.*] hoc
intelligas,ſi ſunt doli capaces,alias ab excommunicatio
ne excuſarentur ſecundum Hoſt.[*& in fi.*] illud de infir-
c mitate[c] animi minorum.xxv. ſecus de infantibus.vide,
ſ.titu.j.omnes,in.j.glo.

A D D I T I O N E S.

a ¶ Peruenit. Ibi quando leuiter percuſſit,vel leuiſſime , ibi vide poſt gl.
b ¶ Pulſatus. Ibi de iniuria loquitur.& vide in cap.nuper.hoc alle. in gl.
& ſine manu,& an ex ſolo mandato quis teneatur,vide tex. in l.j.ff. de
extraor.cri.& Bar.in l.non ſolum,§.ſi quis mandato , ff. de iniuriis , ad
materiam vide glo.ii.in c.cum quis,eo.ti.li.vj.
c ¶ Infirmitate. Vide in l.auxilium,alle.in gl.& de materia plenius in c.j.
de delic.pue.

SVMMARIVM.

1 *Monachos ſe inuicē percutientes abſoluit abbas excipiuntur duo caſus.*
In probatione etiam qui ſunt.
Percuſſio quæ damnata & pœnalis.
Religioſi in duob. caſib. recurrunt ad diœceſanum.
2 *Additio gloſſarum.*

CAP. II.

1 MOnachi. Caſus. † Monachos ſe inuicem percutientes abſoluit abbas. [*Regulares.*] etiam ſi ſint in probatione ſm Inno. & Hoſt. & vide ꝙ dicam. ĩ. eod. cum illorum, ver. nos tamē. [*Percuſſerint.*] irato animo, non iocoſè. ſ. c. proxi. [*Diſciplinæ.*] canonicæ, vel regulari, Ab. [*Non ſufficit.*] ſup. vel deficit, quia non ſupereſt, & ſic no. duo ſm Hoſt. primū, ꝙ in grauioribus, ſcḋm, ꝙ deficiente prælato religioſorum recurrendum eſt ad diœceſanum. ad primum, de offi. archipreſ. c. fi. ad ſecundum, qḋ leg. & no. de offi. or. quanto, de of archi. c. fi. ¶ In † gl. j. [*ibi ſecularem.*] ꝙ dic, vt. ĩ. eo. religioſo, lib. vj.

SVMMARIVM.

1 *Clericum qui percuſſit uel detinuit, quando non ſit excommunicatus, a quo poſſit abſolui. & nu. 2. & 4.*
2 *Laici in clericum nulla poteſtas etiam peccantem ſed id non eſt perpetuum.*
Defenſio perſonæ ſuæ, uel alienæ. & unius, uel rerum ſuarum, excuſat ab excommunicatione canonis, an etiam alienarum, & nu. 4. 7. & 8.
Deliberatio præcedere quando dicatur, in fi.
3 *Probatio incumbit actori, excipitur.*
Bonus quilibet præſumitur.
Authen. ſi quis ei. C. de adulte. quatenus habeat locum etiam ſecundum canones, cir. fi.
5 *Epilogus. & ſuffragium gloſſ. nu. 6.*
Caſus fortuitus excuſat.
7 *Additio gloſſarum.*
Vxor quæ putatur, æquiparatur uxori.
8 *Matris appellatione qui comprendantur, iuncta glo.*

CAP. III.

1 SI vero. C. † Oſtiarius, qui clericum percuſſit non grauiter, ab epõ poteſt abſolui. officialis deliberate percutiens clericum, per papam debet abſolui, qui repellendo vim clericum percutit, excommunicatus nõ eſt. Qui percutit clericum turpiter inuentum cum perſona propinqua, excõicatus non eſt. Secus, ſi cum remota, & paries patent. [*Poteſtatis.*] eccleſiaſticæ, vel ſecularis, vt gñaliter loquitur, de ma. & obe. ſolitæ. ad fi. [*Officii.*] ergo ſi non prætextu officij, epſ nõ abſoluet. [*Malignatus.*] q. maligno animo, vel excedendo modum. [*Iniectione*]
2 vel detentione. ĩ. eod. nuper. [*Tanta.*] vt clericum † poſſit capere, percutere, vel punire, quia nec in perſona illius aliquam iuriſdictionem hr̃e poteſt, q̃tumcunque delinquat. Quid ſi clericus venit loricatus in bello, vel facit inſultum. is, contra quem venit, illum capit, vel lædit, nũquid eſt excõicatus. Innocen. dicit ꝙ ſic, ſi ſcienter hoc facit, tamen non mitteretur ad papam. Hoſt. dicit, ꝙ ſi id fecit ad defenſionem ſuam, excõicatus non eſt, dummodo defenſionis cā ceſſante ipſum libere permittat abire, ipſa enim ceſſante detentio non cẽſetur defenſio, ſed vindicta. ad hoc. ĩ. §. proxi. Quid ſi officialis talem capiat & liget propria auctoritate, cum inſtet periculum, nec aliter poſſit ab alterius iniuria compeſci? Dic ſm Innocen. & Hoſtien. ꝙ non eſt excommunicatus, immo meretur. xxiij. quæſtio. iiii. fortitudo. li. q. vii. negligere. v. q. v. c. j. ii. & iii. & ĩ, eod. quantæ, ꝙ putat Hoſtien. ſi q̃cito poteſt, ipſum prælato reſtituat, alias contra. ĩ. e. vt famæ, §. laici, de ma. & obe. ſolitæ. §. j. ver. fi. vbi de hoc plus dicit Innocen. ꝙ ſi illum occideret, ne alium occidat, nõ eſt excommunicatus, licet ſit irregularis. ad hoc Clemen. ſi furioſus, de homi. pro rebus autem ſi occideret, ſecus, q2 illud eſſet modum excedere, de homi. ſuſcepimus. dicunt tamen quidam, quod etiam res nedum ſuas, ſed ꝙ plus eſt, alienas defendendo, vel incontinenti recuperãdo non incidit in canonem, argu. de reſti. ſpo. olim. j. vbi
2 non incidit, niſi modum excedat. & vide qḋ dicam. ĩ. ſuper ver. repellat. [*Turbam.*] in qua eſt clericus. [*Deliberatione.*] i. deſt ſcienter, & malignè. & clericus † conquerens
3 haberet hoc probare, tum quia actor, tum quia quilibet præſumitur bonus. vj. q. vlt. actor, de præſump. capitu. fi. niſi iudex ex veriſimilibus coniecturis animum aliter informet, per quod onus probandi indicat illi ſm Inn. Hoſtien. remittit infra eodem cum deſideres. §. ſecun-
4 dæ. [*Quis.*] clericus, vel laicus. [*Repellat.*] eſt † hoc intelligendum ſic. ſi clericus percuſſit laicum non intendens plus percutere, & hoc conſtat laico, non debet percutere clericum. Si vero clericus venit ad percutiendum, vel parat ſe ad repercutiendum, vel de hoc laicus probabiliter dubitet, tunc licet laico percutere clericum ad imminentem violentiam repellendam, ar. ff. ad l. Aqui. ſcientiam. §. qui cum aliter, & l. ſed & ſi quæcunque. & C. quando lice. vni. ſine iudi. ſe vindi. l. j. C. ad l. Cor. de ſic. l. ii. ſecundum Innocen. quid ſi nõ ad ſui tuitionem, ſed patris, matris, filij, vel vxoris hoc facia, t non eſt excommunicatus ſecundum Innocen. argumen. ff. quod me. cā, illi quidem. §. fi. ff. ad Sil. l. prima. § ſi vir, nam & ſocij iniuria propulſãnda eſt. xxiij. quæſtione iii. fortitudo, & capitu. non inferenda, de reſti. ſpo. olim, ad fi. namꝗ vt dicit Innocen. ibi, ſolus epiſcopus non ſpoliauit hoſpitale, immo alios comites habuit, & tamen non ſunt excommunicati, niſi modum exceſſerint. per quę videtur idem in defenſione extranei. Alij dicunt, vt ipſe refert, hoc verum in defenſione illarum perſonarum tantum, per quas dicitur fieri nobis iniuria, ſicut ſunt vxor, filij, & ſerui, Inſtit. de iniur. §. patitur. Hoſtien. remittit, infra eod. li. vj ſ. de ho. ſuſcepimus. vide quòd no. in Cle. de homi. ſi furioſus, in glo. penul. [*Filia propria.*] putat Hoſtien. hoc locum habere in matre, ſorore, & filia, quę naturales ſunt, non legitimæ, in adoptiuis vero non. ar. ff. de in ius voc. l. iiii. §. parentes, & l. ſequen. [*Turpiter.*] ſecus ergo, ſi inueniat etiam in loco ſuſpecto ſolum cum ſola ſedentem, ſecundum Pe. niſi forſan illum ſecundum Hoſtien. monuiſſet ſecundum formam autem, ſi quis ei. C. de adul. cuius verba poſui, de cohi. cle. & muli. ſi quiſquàm. licet ergo ſecundum leges turpiter inuentum, vel in caſu illius auct. liceat perimere, ſecundum canones habet capere, non occidere, ſi aliud poteſt. de pœnis capitulo ſecundo ſ. titu. primo capi. ii. ſecundum Hoſtien. [*Immunis.*] ergo in caſibus proximis erit immunis, argumento a contrario ſecundum Hoſtien. & Ab. de quo ſatis dixi, de elec. publica. ſuper glo. & concor. quod no. infra eodem cum voluntate, in glo. penul.
5 ¶ † Antepenul. gl. quærit, arguit pro, ſoluit contrarium.
6 ¶ Penul glo. reddit rationem. ¶ In † glo. tunc enim. [*ibi, ſi eo tempore.*] Si tempore nominationis idoneus, fortuito facultatibus lapſus, damnum reipublicæ dederit, procurator reipublicæ nõ tenetur, quia caſus fortuitos &c. [*& ibi non eſt.*] & l milites, vbi caſu fortuito reus aufugit, vel periit, non imputatur cuſtodi, ſi per negligentiam caſtigatur. ¶ In glo. ff. de. [*ibi, vt vim.*] hanc & ſe. vide de reſti. ſpo. olim. infra ſuper glo. penul. ¶ In glo. pen. [*ibi, quod ait.*] vltimus. §. eſt. & vide de teſti. co. præterea, ſu-
7 per vlt. glo. ¶ In † glo. etiam ſi. [*in fi.*] & capitu. ſi clericos, libro vj ¶ In glo, tunc enim [*in fi.*] de homic. capit. vlt. li. vj. ¶ In glo. ff. de inſti. [*in fi.*] & xxiii. quæſtione prima, §. i. ¶ In glo. idem eſt, [*in fi.*] quid ſi in veritate non ſit vxor, putatur tamen vxor, & loco vxoris habetur? Idem credo, vt ibi dicitur. Vin & Goff. facit, quod no. de dona. inter vi. & vxorem plerunque, in vlti. glo. ¶ In glo. nun-
8 quid † [*ibi appellatione*] & infra de verborum ſignificatio. c. ij. [*& ibi, uidetur quod ſic.*] & hoc tenet Inno. dicẽs, in collateralibus, vel affinibus non extendendum. [*& in fi.*]

vide

vide quod no.in Cle.de baptiſmo.c.vno,in glo. compre
hendit.Hoſtien.dicit hoc tutius, dicit tamen, ꝙ lex ad-
dit excipiendo neptem, & ſponſam,in auc. vt li. ma. &
auię.§.quia vero iſta comperiuntur. col. ix. diſtinguerẽ
inter neptem ex filio, & neptem ex filia. facit. ff. de ſe-
na.liberos,in fi.¶In glo.vlt.[*in fi.*]& ĩ.de reg.iur.non eſt
ſine culpa,lib.vj.

ADDITIO.

a ¶Excedat.Vide Io.An.de homic.ſignificaſti,& Bar. in l. ut uim, ff. de
iuſt.& iure.& Bal.in l.j.C. vnde vi.

SVMMARIVM.

1 *Clericum qui percutit probabiliter ignorás,excõmunicatus nó eſt.*
Dubium hoc purgat iuramento,aliter habetur pro excommunica-
to,& nume.6.
Ignorans nõ contemnere dicitur.an percutiens alium pro alio iniu
riarum teneatur,nu.5.& 6.
2 *Per negationem fit dubium.*
3 *Excommunicatus quis habetur hic,etiam ſi uere non ſit excommu*
nicatus,& ratio.
4 *Epilogus,ſuffragium,& additio gloſſ.nu.5.& 6.*
In canonem ſiquis ſuadente,ut quis incidat,quid requiratur.
Error qualitatis,& perſonæ an quando excuſet.

CAP. IIII.

1 SI vero aliquis. Caſus Qui†percu
rit clericum pro-
babiliter hoc ignorans, excommunicatus
non eſt.huius rei dubium purgat per iura-
mentum.& ſi iurare non vult,habetur pro excommu-
nicato.ſecunda ibi.quod ſi.iij.ibi.Ab illo.[*Comam.*]licet
in hoc fuerit in culpa,non tamen tanta,ꝙ per hoc per-
dat priuilegium.quod dic,vt in vlt.glo.[*Ignoraret.*]non
enim diſciplinam contempſit,qui militẽ ignorauit. ff.
2 loca.ſi ignorans.[*Dubium*]per†negationem nec percuſ-
ſor poteſt conuinci de ſententia de hoc de reſt.ſpo. c.ſi.
ver.& ſuper ea,ſecundum Hoſtien.[*Duntaxat.*]q. d.non
eget compurgatoribus in hoc dubio,ſecus, ſi eſſet infa-
matus.ĩ.c.cum deſideres.§.ſecundæ, ſecundum Hoſtiẽ.
3 [*Sicut ab†excommunicato.*]etiam ſi in veritate non ſit ex-
communicatus, fit hoc in pęnam cõtumacię.concor.
ĩ.eo.l.iij.li.vi.[*Abſtineri.*]contra de apoſta.c.j. So. ibi Inn.
4 ¶†Pri.glo.exponit literam,all duo iura,quærit,& ſoluit.
ſecundo quærit,& ſoluit.iij.quærit,ponit op. Ala.quam
dicit tutiorem,& contrariam Tan.quã approbat.¶Vlt.
5 glo.ſignat ꝯrium, & ſoluit.¶†In j.glo.[*ibi.ſi iniuria.*]po-
nit caſum in eo,qui offendit ignotum,vel Titium ,quẽ
putat Caium.[*& ibi illud.*]canoni.xv.q.j.& l.ſe.dicit,ꝙ ſi
ſeruum pugno percutere volens aſtantem inuitus per-
cuſſi,non teneor iniuriarũ.¶In glo.pe.[*ibi,a barbaris.*]vi
6 de de pur.ca.c.j. ſuper gl.pe.¶†In glo.j.[*ibi, in ſententia.*]
niſi habuerint probabilem cauſam non credendi.Tan.
Goſ.vt tempore caloris eſt laicis Italicis inuenire[*& ibi,*
teneris.]de hoc.ĩ.eo.in audientia.[*& ibi.Tan.dixit.*]& In-
no.[*& ibi,non eſt excommunicatus.*]& puto hanc rationẽ,
quia ad hoc vt incidatur in canonem, requiritur, ꝙ ſua
ſio diabolica præceſſerit circa clericum percutiendũ,li-
cet ſit ar.contra.quia ſi intendens furari aurum,furetur
ęs,tenetur furti nomine æris, licet circa ęs ſua intentio
non verſetur.ff.de fur.vulgaris. §.ſi quis ęs.ſic in ſacco.ff.
de furt.ſi quis ſaccum.Go.& l.di.q ſaccum.[*& ibi, illud.*]
& xv.q.j illud, in fi.& facit quod ibi no.[*& in fi.*]& pla-
cet Hoſtien inducit tamen in contrarium. ff. de iniur.
eum qui.§.fi.quia ſi credo percutere patrem fa.qui filius
eſt,patri non competit actio.dic ꝙ opinio.T.verior eſt,
qa ſi error ſolius qualitatis excuſat a pęna, vt ĩ hac dec.
fortius debet excuſare error qualitatis,& perſonę, vt in
quęſtione prædicta,ad hoc.xxix.q.j.§.j.

SVMMARIVM.

1 *Canonici includunt hic clericos.*
De iniuria clerici,uel monachi remiſſione.
Concilium cuius hic meminit, quibus alijs nuncupetur appellatio-
nibus.
2 *In excommunicationem canonis, ſi quis ſuadente, quibus caſibus*
quis non incurrat.
3 *Epilogus,& additio gloſſ.nu.4.*
Conuerſi an debeant continere,& propria relinquere, & qui con-
uerſi dicantur,& gaudeant immunitate eccleſiæ.

CAP. V.

1 NOn dubium. Breue eſt. [*Canoni-*
cos.]hi†ſatis inclu
dunt clericos, de inſti.c. lj. [*Conuerſos.*]de re-
miſſione iniurię clerici, vel monachi, quid
dicunt hic In.& Hoſti.dicam. ĩ.e.parochianos, ſuper.j.
glo.[*Concilii.*]vocatur concilium, vel canon Inno. ſcili-
licet ſecundi,de cle.coniu.c.vno, li.vj. alibi generale de-
cretum.ĩ.eo.parochianos,vbi de hoc.[*Incurrunt.*] Inno.
2 hic†excipit vij.caſus,quorum duo habentur.ĩ.c.j.iij.ĩ.c.
ſi vero.ĩ.§.vlt.iiij.ĩ.eo.c.§.pe.v.ĩ.c.ſi vero.ij.vj. in apoſta-
ta tertio per epiſcopum monito. ĩ. eo.in audientia. &
c.contingit dicit tamen idem in non monito, qui fa-
ciens guerram & ſeditionem tyrannidi cum armis ſe
immiſcet.ĩ.eo.cum non ab homine.& c.perpendimus.
dicit tamen, ꝙ aliqui dicunt ſemper neceſſariam mo-
nitionem.vij.cum ſe prorſus transfert ad actum clerica
tui contrarium,vt quia fit miles,vel bigamus.lxxxiij. di.
quiſquis.dedi remiſ.ad.ĩ.c.i.in glo.vbi leuitas. [*Ro.Pon.*]
3 vel ipſius legato.¶†Glo.j.reſpon.per q. an conuerſi ſecu
larium eccleſiarum &c.arguit, ꝙ non. a cõtrario huius
literæ tenet contrarium. dicens, ꝙ quidam tenent pri-
4 mum.¶†In glo.j.[*ibi.continentia.*]& ibi ſatis. no. an con-
uerſi debeant continere,& propria relinquere.dixit T.ĩ.
eo.parochianos,qui retinet proprium, conuerſus non
eſt,licet dicat in inſtrumento conuerſionis,vel donatio
nis,ꝙ facit ſe conuerſum.[*& ibi duo ſunt.*]vbi Io. videtur
concor.Ber.[*ibi.quidam tamen.*]Io. & Vinc. ĩ. de ma. &
obe.dilecta.& dicit Abb.ꝙ ibi idem no.Vin.de præcep.
pauperum, & de his, qui ſe deuouent religioni ma-
nendo in ſeculo,licet mutauerint habitum,quam glo.
ibi non habeo.[*& in fi.*]dicit Hoſtien.aut conuerſus re-
manet in domo ſua tanquam laicus viuens.& tunc nõ
gaudet hoc priuilegio per prima iura,ar.de priuil.c.iij.§.
de confratribus.& c.quidam.aut eſt conuerſus, qui tra-
didit ſe & ſua,& eſt tonſoratus, vel habitum mutat, &
audit horas,& viuit honeſte,ſicut viuere dẽt clericus. &
talis in toto intelligitur eſſe trãſlatus in forum eccleſię,
& gaudet immunitate.& ſic intelliguntur iura ſecun-
da,ar.xvij.q.iiii.quiſquis, in lib.feu de priui. ſcola.l.vn. &
hæc ſolutio probatur expreſſe.ĩ. de priuil. vt priuilegia,
a ver.hoc[a]autem.

ADDITIO.

a ¶Ver.hoc.De mulieribus autem, quæ dicuntur de conſuetudine ali-
quorum locorum canonicæ ſeculares, an gaudeant priuilegio cano-
nis,Vide glo.ij.& ſuper illa Io.An.de ma.& obe.dilecta,& in.c.indem
nitatibus.§.pe.de elec.lib.vj.& in Clemen.ij.de ſta.mona.§.illas.

SVMMARIVM.

1 *Mulieres,quæ in clericum manus iniecerint violentas,etiam ſi ſui*
iuris ſint,abſolui poſſunt ab epiſcopo,& nu.4.
Conſuetudo generalis & per papã tacite approbata dat iuriſdictio
nem,& quo caſu hic.
2 *Epilogus,& ſuffragium gloſſ nu.3.*
Per alium qui facit, per ſe facere videtur,& æque tenetur ac ſi
per ſe fuiſſet,& nu.5.
4 *Additio gloſſarum.*
In clericum iniicientes manus uiolentas perſonæ quæ poſſ.*nt ab epi*
ſcopo abſolui.
5 *Mandator ſi moriatur ante manuum in clericum iniectionem an*
ſit excommunicatus.
Ratum habens an ſit excommu.

CAP. VI.

MVlieres. Tria ſunt dicta, quæ ſatis ſe ſummant. ii. ibi, de his iii. ibi illi vero. & dic. [*Mulieres.*] etiam ſi ſui iuris ſunt ſecundum Hoſtien. alias ſequeretur, quod viduæ, & virgines, & aliæ non vxoratæ tenerentur ire. conſuetudo autem approbat hanc expoſitionem, quod epiſcopi omnes fœminas abſoluant. & eſt amplectenda, quia ipſarum peregrinatio periculoſa eſt. quę conſuetudo ſaltem generalis, & per papam tacite approbata hanc iuriſdictionem dare poteſt, de offi. leg. quod tranſlationem, per quod videtur, quòd etiam in enormi læſione, vel morte poſſint abſoluere, argu. infra de elec. indemnitatibus. §. ſed cum eas, li. vj. Item dic mulieres etiam fortes & robuſtę, ſecundum. G. in ſpec. de ſen. prola. § vt autẽ, ver. quid ſi mulier. [*Pontifici.*] qui talium abſolutionem concedit in abſentia fieri per diœceſanos, vel alios delegatos. Innocẽ. ſua enim iuriſdictio eſt. & ideo illam, cui vult, poteſt ſine alicuius iniuria delegare. de ele. cum eccleſia, Hoſt. [*Conſilium.*] qui forte reſpõdebit, quod laborem redimat, & expenſas, ſicut. ſ. de voto, magnę. Hoſt. [*Corrigendi.*] & abſoluendi. [*Committat*] infra de re. iu. qui per alium, lib. vi. [*Mandato.*] de homi. pro humani. lib. vi. imo
2 mo & qui non prohibet. infra eod. quantæ. ¶ † Glo j. rñdet per. q. ¶ Vl. glo. obiicit, & ſoluit, quęrit, & ſoluit. Iterum quęrit. & ſoluit. vltimo quęrit, ponit op. contra quã
3 all. vnam legem, & quęſtionem ſoluit. ¶ † In glo. ſecũda, [*ibi. §. cum ita.*] ii. §. eſt, & vide de app. cum ſit, ſuper. iij. glo. ¶ In vl. glo. [*ibi geſſiſſe.*] ibi videtur tutor geſſiſſe, qui per alium geſſit. [*& ibi, non ideo.*] accuſatus iniuriarum non excuſatur, quia dicat alium mandaſſe. nam & mandans ex ſua perſona conuenietur. [*& ibi, liber homo.*] ij. ſi liber homo tuo iuſſu mihi dãnum dedit, tecum ago Aquilia ſi tibi fuit ius iubendi, alias agitur cum faciente. [*& ibi. §. vl.*] qui corrupit album, & qui mandauit, tenetur. [*& ibi, ſi cum ſeruum.*] qui pręber cauſam damni, damnũ dat. [*& ibi, non uidentur. §. 1.*] qui iuſſu iudicis aliquid facit, non videtur dolo facere, quia habet parere neceſſe. [*& ibi. §. quot.*] non excuſatur, qui alterius iuſſu deiicit, vel occidit. [*& ibi, ſi mandaſſem.*] vide de cle. ex. apoſtolicę, ſuper gl. ii. [*& ibi, ſi tamen.*] alias ſi autem. vide hanc. & l. j. in C. ad mandato. in glo. penul. [*& ibi, ſi filius.*] vide de teſti. cũ veniſſet. ſuper glo. ii. [*& ibi. §. quot.*] vide de ſimo. ſicut tuis, ſuper glo. nam ſi [*& ibi, quid ergo*] principium facit contra. ſed inducit. §. primũ, quem vide de hęre. excommunicamus. ad fi. ſuper glo. hęc omnia. [*& ibi. l. ij.*] ibi ęquiparat dominum permiſiſſe coniugium inter ancillam, & decurionem, vel poſtea cognitũ celaſſe. [*& ibi ſi poſt.*] nullum eſt mandatum, cum mandaui pecuniam
4 credi poſt creditum. ¶ † In gl. 1. [*ibi, ſui iuris.*] dicebat Lau. quòd ipſi ſunt ſui iuris iure voluntatis, & ſi non poteſtatis. [*& in fi.*] ſecundum Lau. idem Innoc. & Gui. in ſpec. de ſen prola. § vt autem, ver. quid de filio Hoſt. contra. quia eadem ratio in eis, quę in ſeruis, & per vtrunque poteſt acquiri Inſti. per quas perſonas nobis acquiri. t. Rñ. diſtinguerem inter filiũ regentem ſe, & forte familiam vxoris, & filiorũ, licet emancipatus non ſit, & tunc vera ſit glo. aut etiã eſt paterna familia, quo caſu ſeruarẽ op. Hoſtien. ¶ In glo. vlti. [*ibi liber homo.*] ij. vbi de hoc. [*& ibi, quid eris.*] ad hanc. q. facit quod no. vi. diſtin. in fi.
5 ſum. & de hoc, infra eo. cum quis. lib. vj. [*& ibi, non † eſt excommunicatus.*] idem Innocen. & Hoſtien. ſed Tan. & Go. contra hic, cum intelligatur in hac voluntate deceſſiſſe, argu. de bap. maiores. Si non pœnituit, large excõicatus eſt, cum conſtet deceſſiſſe in mortali ſecundum Hoſt. [*& in fi.*] de hoc vlti. xvij. quæſtio. iiij. omnes eccleſię. & eſt expeditum. j. eo. cum quis. lib. vj. vbi inuenies in iiij. glo. quod no. hic Hoſtien. de occulte ratificante.

SVMMARIVM.

1 *Excommunicatus pro iniectione manuum in clericum, licet occultus, per papam debet abſolui.*
Fratres pro proximis clericis.
Placare quem offenderis nolle grandis offenſa.
2 *Epilogus, & additio gloſſarum.*

CAP. VII.

1 POrro. C. † Excommunicatus pro iniectione manuum in clericum, licet occultus, per papam debet abſolui. [*Fratres.*] id eſt proximos clericos. tamẽ & ſic loquitur de generali fraternitate. de quo vide, quod dixi de reg. lo. [*Priuatim*] hoc induxit dubium. quo caſu publicandi non ſunt, ſed monendi, vt ſequitur. [*Inducere.*] non cõpellere, vel vitare publicè, ſed priuatim tñ. j. eod. cũ non ab homine, vbi de hoc. [*Satisfaciant.*] Hier. ſuper. Iere. li. 1. C. grandis offenſa nolle placare, quem offenderis. [*Spe-*
2 *ciali.*] contra. j. eod. peruenit. ibi ſoluit. ¶ † Glo. 1. Reſpon. per ob. quam tripliciter ſoluit. ¶ In glo. 1. [*ibi, epiſcopo.*] ſaluo ſemper eo, quod habes de vi. & ho. cle. quoniam, vt ait. [*& in fi.*] vel intelligatur de carnalibus ſecundum Abba. & Hoſtien.

SVMMARIVM.

1 *Priuilegio quo ſe poteſt quis tueri.*
Excommunicatus non eſt ſalutandus, nec cum eo cibum licet ſumere, alium excommunicatum uitare tenetur.
De cum excommunicato communicante epiſcopo, quid iuris, remiſ. nu. 2. in fi.
Papa quod ius modificare poſſit, non autem deſtruere.
Priuilegium ſuſpectum quod hic, cir. fin.
2 *Epilogus, & additio gloſſarum.*
Vitare an teneamur quem papa uitat.

CAP. VIII.

xvij.q.iiij.ſi quis ſuadente.ſ̄.eodem. tua.& c. conqueſti.
& c.ſignificauit. de crimine falſi. ad falſariorum. cum
ſimilibus.[*Primum.*]ſcilicet in crimine.[*Iuramento.*]per
8 †hoc infert Hoſtien.Iuramentum eſſe de ſubſtantia.de
hoc.ſ̄.eodem, cum deſideres. ad finem.Inducit etiam
Hoſtiē pro ſe literam,quæ ſequitur a contrario.[*Recon
ciliari.*] per pœnitentialem pſalmum auctoritate epi-
ſcopi,vel proprij ſacerdotis,qui dabit illi licentiam vtē
di ſacramentis eccleſiæ, non tamen inducet illum in
eccleſia,cum non ſit extra,per hoc autem patet differē
na inter excommunicatum etiam minori, & quemli-
bet criminoſum,licet enim vterque ſit ſuſpenſus a per
ceptione ſacramentorum quo ad ſe, tamen crimino-
ſus ſine reconciliatione ſolenni per pœnitentiam reſti
tuitur ſacramentis,patet de tempori.ordi.c.fina. Exce-
ptis his, quæ poſt pœnitentiam executionem impe-
diunt,vt ibi,& ſ̄.de accu.inquiſitionis. Excommunica-
tus vero etiam minori non reſtituitur, niſi ſolenniter
reconcilietur,& idem in ſolenniter pœnitentibus ſecū
dum Innocen.& Hoſtien.qui nec credunt hanc recon
ciliationem diſpenſationem dici.& per hoc infert Ho
ſtien.ꝙ ſi minor excommunicatio ſolennem ſacerdo
talem reconciliationem requirit,multofortius maior.
9 de hoc.ſ̄.eodem.cum deſideres.[*Iuſta † cauſa.*]puta,quia
nimis diſtat.ſ̄.eodem, relatum. multo fortius propter
mortis periculum.ſ̄.eodem,non dubium.& c. quod de
his.vnde dixit Abb.ꝙ in his caſibus,in quibus abſoluit
ordinarius excommunicatum pro iniectione,abſoluet
& iuſtum. [*Excommunicatorem.*] vel ſuum ſuperiorem,
vt dictum eſt ſupra.[*Accedat.*]is ſcilicet,qui communi-
cauit in crimine.[*Cautione.*] iuramenti ſcilicet.[*Excom-
municatoris.*]debet ergo poſtea ad illum mitti.ſ̄. eodem,
10 ſacro.de offi.ordin.ad reprimendam. ¶Glo.† [*colligit.*]
primo reſpon.per quæſtionem, an communicans in
crimine damnato ligetur ſententia canonis, vel homi
nis.ſecundo quærit, opinionem ponit, & ſoluit.tertio
11 obiicit,opi.ponit,& ſoluit.¶In†glo.i [*ibi,nec refert.*]quo
ad reſtitutionem,quæ ex cauſa competit etiam maio-
ri,vt in hac.l.¶In glo.ij.[*ibi,l.prima,in fine.*] Excuſatur ab
infamia,qui iuſſu eius,in cuius eſt poteſtate, contrahit
intra tempus luctus,vel binas nuptias.[*& ibi,§ ſi tibi, in
fi.*]in mandato loquitur, quo tenetur mandans, cuius
etiam non intererat, ex quo mandatarius, aliàs factu-
rus non erat.[*& ibi, conſilij.*] ſequitur,non fraudulenti
nulla eſt obligatio.Cæterum, ſi dolus & caliditas inter-
ceſſit,de dolo erit actio.¶In glo.colligitur [*ibi, ſi is qui.*]
vide de priuilegijs, quia circa. ſuper vltima glo. [*& ibi,
non poteſt.*]vide de libel.obla.c.ſecundo.ſuper prima glo.
¶In glo.ſimiliter.[*ibi,iubere.*]ſequitur, cauere ex præto-
ria ſtipulatione,& in poſſeſſionem mittere,imperij ma
gis eſt,quam iuriſdictionis,[*& ibi, §. quod eis.*]§.primus,
eſt,& vide de iudi.at ſi clerici,ſuper gl.argumen.contra.
12 ¶†In glo.prima.[*ibi,ſola violentia.*]quod hic dixit Goffr.
vide.ſ̄.cap.primo.in gl.ſed nonne.[*& in fine.*]ff. de libe-
ro homine exhi.l.ii.Goffre.contra.ſ̄.de iureiurando. ex
reſcripto. Vincen.¶In glo.ſecunda.[*ibi,de malo.*] in hoc
vr̄ gl.allegare ꝯ ſe, vt & ſi ꝯmiſſurus eſſet,teneatur ꝯſu
lēs, quaſi tūc fiat de malo deterior, vbi vero ꝯmiſſurus
nō eſſet,tunc fiat de bono malus. & ſic dicit Ab.tenuiſ-
ſe magiſtrum ſuum.Innocen.etiam hic dicit, etiam ſi
aliàs facturus erat. [*& ibi, qui igitur.*] alias, ſed vtrum.
[*& in fine.*]& de hoc plene infra de regulis iuris. nullus

a ex conſilio lib.ſexto.[a] ¶ In glo.pone.[*in fine.*] dixit hic
13 Vincen.& Phi.quod †excommunicatio non extendi-
tur ad illū, qui cōicat crimini, & non criminoſo.q̄ris
exemplum pone me excommunicatum.quia celebro
in certo loco interdicto.tu ibi celebras poſtea non mi-
hi celebrando. idem in ſimilibus. & idem dicas econ-
trario de illo,qui communicat criminoſo etiam in cri
mine, ſed non in damnato,vt ſi cognoſcit excommu-
nicatam propter furta, poſſet etiam intelligi dicta præ-
dictorum,vt participet crimini,& non criminoſo, qui
participat non cum primo, ſed cum ſecundo partici-
pante, vt ſi Bertam cognoſco excommunicatam ex
eo,quod communicauit in crimine concubinatus cle
rico propter hoc excommunicato. & facit quod dixi
hic in tex.pro his facit repertio literæ, qua dicitur hic
communicet crimini,& participet criminoſo. & adde
quod dixi.ſ̄.eodem,Inquiſitioni.ſuper ver.mortale.¶In
14 †gl.colligitur [*ibi,communicat.*]ſcienter.de hoc.ſ̄.eo.a no
bis.j.nec per hoc dicam iuſtam ſentētiam hominis, in
qua excuſat ignorantia.ſ̄.de conſtitu. c.ii.libro vj. nam
licet ignorantia canonis generalis non excuſet a ſentē-
tia canonis,ignorantia facti bene excuſat ab illa.ſ̄.eo.ſi
b vero.[b]ij.[*& ibi,canonis.*]Innocen. & Hoſtien. contra qui
dicebant hunc ligatum ſententia canonis, ſed illius
abſolutio reſeruata eſt proferenti,vel eius ſuperiori.idē
Boati.& hoc placet.& ſunt hæc multum diuerſa.nam
ſecundum dictum gl.ipſe excommunicatus commu-
nicans in crimine nō incurreret maiorem. ſecundum
aliam opinionem incurreret,quod etiam tenent prædi
cti expreſſe hic. & ſ̄.ca.proxi.& de hoc.ſ̄.eodem.ſtatui-
c mus.[c] li.vj.Item ſecundum dictum gl.ſi quis participat
extra territorium proferentis ſententiam,licet in crimi
ne damnato,non incurrit maiorem,de conſt.c.ij.ij.rū.
lib.vj.ſecundum aliam opinionem incurreret, ex quo
illa eſt ſententia canonis.idem de ſimilibus. Pro iſta
op.multum facit illa litera,quamuis enim & tunc &c.
ex vi illius copulæ & propter prædicta forte dictum eſt
hic de ſuperiore excommunicatoris,quaſi ſi ipſe excō-
municator communicaſſet in crimine, abſoluetur a
ſuperiore,vel forte de ſuperiore ſuo dictum ad ſupplen
dam negligentiam, vel impotentiam excommunica-
toris [*& ibi,animæ*]ſi.quod no.ſ̄.de excep. dilecti in vlti.
glo.[*& ibi, ab eo.*]dicit Hoſtien. quod hic non ſoluitur,
ſed repetitur ipſum,quare.ſi enim in indulgentia iuriſ
dictionem non habet,multo minus in pœna, quia o-
dia &c.Dicit autem,quod eſt ratio,quare indulgentię,
licet fauorabiles reſtringuntur,ne vileſcat eccleſiaſtica
iuriſdictio,& eneruetur pęnitentialis ſatisfactio,& quia
interdum fiunt indiſcrete.ſ̄.tit.j.cum ex eo. & ſimile.ſ̄.
tit.j.cum in partibus.Communicans vero excommu
nicato ſcienter, delinquit, & dignum eſt, quòd deli-
ctum non remaneat impunitum. ſ̄. eodem., vt famæ.
melius ſecundum ſuam opinionem dicere potuit Ho
ſtien.quod per indulgentiam ſoluit homo, quod non
poteſt in non ſubditos, per communionem ligat ca-
non,cui omnes ſunt ſubiecti,de conſti.c.j.& de excom
municatione minori nullus dubitat, ſed idem de ma-
iori,vt ſit canonis,ſicut ſila.[*& ibi,Ioan dixit.*] & Goffre.
15 hic.¶In †glo.ſimiliter.[*ibi, iubere.*] argumen. contra.ſ̄.
de voto.ex multa.vbi ius commune non exequitur ali
quis,niſi ei ſpecialiter delegetur. Lau. ¶ In gloſſa vlti-
ma.[*in fine*]vbi de hoc,& ſupra de offi. ordina. cum ab
eccleſiarum.

ADDITIONES.

b ¶ Libro ſexto. Et per Barto: in l.non ſolum. §. ſi quis mandato. ff.
de mu.

b ¶Verum.Vide gloſſ. ſuper ver.ſcienter,in clementina prima, de con
ſan.& affi.

c ¶Statuimus.In glo.ſupra eodem. nuper & vide Ioannem Andream
de exceptio.c.ij.lib.ſexto. & in Mercu.in c. cui licet, de regulis iu-
ris,libro ſexto.

S V M M A R I V M.

1 *Huius decretalis pars vbi locorum.*
Cum excommunicato participatio quæ, & quibus prohibita iunctio contextu ad dictio. præſumptuoſe, ſe nu. 2. excommunicatus quando vitandus, nu. 5. §. vlt.
Ex ea quandoque maior quandoque minor incurritur excommunicatio ipſo iure, quandoque per ſententiam hominis, numero 1. & 2.
3 *Epilogus, & ſuffragium glo.*
Certum quod dicatur.
5 *Additio gloſ.*

C A P. XXX.

1 QVod in dubijs. Pars† huius de
pœnis, quod in
dubiis. & de conſe. ec. vel al. & de renun. &
ſunt tria dicta, quæ ſe ſumant. [*Alioquin*] ſ. ſi
diceremus contrarium [*Præſumptuoſe*] hoc facit pro lo.
Vt intelligatur de communicantibus in crimine. T. cõ-
tra. Dicit Hoſtien. ꝙ dictum lo. eſſet verum de crimine
non damnato, alias verum eſt dictum. T. Remittit au
tem ad ſummam. c. ii. §. fi. ſub. §. quid ſi epiſcopus. verſi.
ſed pone, ꝙ epiſcopus, & ſe. Dicit etiam, ꝙ præſumptuo
ſam participationem intelligit, ex quo monitus non
deſiſtit, alle. de cle. excom. ſi celebrat. in fi. [*Perſonas.*] nõ
licet iſtis participare in delictis, licet minus peccent id
faciendo, quam extranei ſecundum Hoſtien. qui alle. ſ.
quod me. cau. ſacris [*Commonitis.*] nominatim. j. eodem.
conſtitutionem. lib. vj. [*Innodandi*] alias innodati. & tũc
intelligitur de maiori excommunicatione, ſi participa
uit in crimine damnato, vel de minori, ſi participant
extra illud crimen, & tunc ſuperfluit, quod de monitio
ne dictum eſt ſupra. Nam & ſi de excommunicato cũ
participalibus loqueretur, non tamen ſufficeret moni-
tio ſine ſententia. [*Secus*] per hoc dicit Ab. probari, ꝙ
is, de quo ſequitur, excõicatus eſt maiori. [*Participibus.*]
2 dicit Ho. ꝙ† cõmunicans excõicato cum participibus
& fautoribus qualitercũq; cõmunicet in crimine, vel
extra, excõicatus eſt maiori, vt hic, & j. c. ſacris. vbi vero
excõicatus eſt cum participibus tantum, non cum fau
toribus. participans cum tali in quouis crimine, maio-
ri excõicatione ligatur. Si vero in oratione, tunc mino
ri. vbi vero aliquis excõicatus eſt, ſed non particeps, cõ
municans illi in crimine damnato ligatur maiori. Sed
ſi in alio excõicandus eſt, vt hic. Si in oratione, non ex-
cõicatur, niſi contempſerit. Remit. tamen ad ſum. vt ſ.
Iſta vero non procedunt hodie per iura noua, niſi for-
ſan talis excõicatio proferatur a papa. [*Et ipſi.*] qui ſ. ex-
cipiuntur per canonem. hoc non placet Innocen. qui
dicit, ꝙ alij & ipſi ligantur ſententia canonis. Sententia
vero hominis non, niſi ſint de iuriſdictione excõicato-
ris. Idem dicebat hic in ipſo excõicatore, vt per com-
munionẽ ligetur ſententijs canonis, ſed non proprijs.
Dicit ergo, ꝙ ſi excommunicauit aliquem cum his,
qui dederunt auxilium, licet ipſe fuerit de auxiliatori-
bus, non eſt excommunicatus, cum iſta non poſſit dici
ſententia iuris, ſed propria, & nemo ſe poteſt abſolue-
3 re, vel condemnare. xxi. diſtin. inferior. ¶ † Prima gl. all.
duas concor. & obijcit. ¶ Vlti. glo. exponit, dat ſimile, &
4 opi. ponit. ſecundo quærit, & ſoluit. ¶ In vlti. † glo. [*ibi, nominatim.*] vide. ſ. c. a nobis. j. ſuper. i. gl. [*Et ibi, certum.*] ibi dr
certum, cuius ſpecies, vel quantitas oſtenditur nomine
ſuo, vel circumlocutione, quæ vicem proprij nominis
5 habeat, & no. de reſcrip ſignificante. in j. glo. ¶ In † glo. j.
[*ibi, tangere.*] hoc ideo, quia tangit non in ſui fauorem,
ſed in odium. Goffre [*& in fine.*] de hoc. ſ. de exceptio
nibus. cum inter. in i. glo. ¶ In glo. tertia. [*ibi, c. proximo.*]
j. c. proximo. in fine. ¶ In glo. iudex [*in fine.*] Idem in ſu-
ſpenſione, & interdicto. eodem titu. ſtatuum, libro vj.
¶ In gloſ. in crimine. [*in fine.*] adde, quod hic dixi in
textu. ¶ In glo. vltima. [*ibi, nominatim.*] iure tamen non
ſunt vitandi, niſi publicentur, vel ſaltem illa participa-
tio ſit publica, de hoc de clericis excom. propoſuit. ſe
cundum Hoſt.

S V M M A R I V M.

1 *Excommunicatis communicare qui teneant, vel poſſint, & nu. 2. & 3. & 5. & 8. & 9. & an opus ſit declaratione. eod. nume. 9.*
Excommunicati obſequium petere nunquid poſſint, & a quibus, ibi. & nu. 5. & 9.
Debitum, obligatio, & obnoxietas.
Obnoxietas quid.
3 *Conceſſo vno, & illud conceſſum intelligitur pro quod peruenitur ad illud.*
Damnum vitare differt ab vtilitate, in fi.
4 *Coniux coniugi excõmunicato an cõmunicare poſſit, & ſ. nu. 2.*
5 *Prædicatores an aſtricti ſint excommunicatis, & in quibus.*
9 *Epilogus, & additio gloſſarum.*
Allegare ſufficit capitulum, vel legem, & ſi non dicitur, vbi ſit.

C A P. XXXI.

1 INter alia. C.† Excõicatis commu-
nicare tenetur, qui prius
eis erant ad familiare obſequium obligati:
alij non licet communicare poſſint inter-
dum, non tamen tenentur ad hoc. & primo ponit va-
rietatem opinionum, & vnde ortum habuerint. ſecun
do illas determinat ibi, vt ergo. [*Poſtmodum.*] i. poſt latã
excõmunicationis ſententiam. [*Ad contrarium.*] ſ. ad oõ
obſequendũ. [*Debitum*] i. obligatio, & obnoxietas. [*Agente*] in perſonis illius. c. quoniam multos. & alijs, niſi eſſet
eadem ratio, vt no. de do. & con. veritatis. Inn. [*Obnoxietate.*] i. aſtricta & debita obligatione. Hoſt. [*Soluta.*] excõ
2 municati† tamen petere non poſſunt, ſed illi peccant,
niſi hoc faciant. Inn. & facit, quod no. xi. q. iij. quoniam
multos. & per gl. in Spe. de pe. & poſ. §. fin a. ver. ſed & in
cauſis. Hoſtien. tamen in ſum. de reſti. ſpo. §. quando fa-
cienda. ver. quod ſi vir. dicit petentem coniugem per ex
ceptionem excommunicationis non repelli. [*Sine qua.*]
3 cõmunione. [*Illud.*] obſequium. per quod not. vno† con
ceſſo & illud conceſſum intelligi, per quod peruenitur
a ad illud. ſ. de off. dele. præterea. & dicit Ab. per hoc ſol
ui quæſtionem de debitore, an teneatur ſoluere credi-
tori poſt debitũ excõicato. Nã dicit, ꝙ ſiue iurauerit, ſi-
ue non, cum duret debitũ, durat & cõio quo ad illud
ſoluendum neceſſaria. de hoc. xv. q. vj. iuratos. ſ. de hær.
c. fina. ad hoc principaliter inducit, quod hic dicitur de
b mercenario, cuius obligatio b temporalis eſt. [*Perſonarum.*] ſ. excommunicatarum. [*Neceſſitatis.*] vel vtilitatis,
de qua loquitur. xi. q. iij prędeceſſor j. eod. ſi vere. Inno.
& Ab. ſed Hoſti. dicit, ꝙ illa iura non probant de vtilita
te, ſed de damno vitando. [*Abſtinere.*] per hoc arguit
4 † Vincen. quod nullus debet de nouo intrare familiã
excommunicati. & quod mercenarius finito ſuo tem-
pore non debet reincipere annum cum excommuni-
cato. vnde nõ ſequitur, ſi heri communicaſti, ergo ho-
die communicare potes. Illud etiam dicit hic Abb. de
obligatione coniugis, ſi ſoluatur per diuortium, vel pa-
triæ poteſtatis, ſi ſoluatur per emancipationem. ſ. ꝙ nõ
poteſt poſtea eſſe cõmunio ſine pœna. [*Aſtricta*] Quid
5 de† prædicatoribus, nunquid ipſi aſtricti ſunt excom-
municatis in his, quæ ſpectant ad ipſorum officium? Di
cit Hoſtien. ꝙ ſic, ſi habent curam illorum. ad hoc de
offi. ordi. irrefragabili. ſed alij, qui mittuntur a papa, vel
diœceſano. eo. ti. inter cætera. de hæreti. excommunica
mus §. quia vero. neceſſe habẽt obedire ſpreta etiam tẽ
porali damnificatione, de maio. & obe. c. ij. & c. illud. de
temp. or. ad aures. & de talibus debet intelligi. j. eodem.
cum voluntate. [*quibus.*] omnibus perſonis prædictis,
quantumcunque ſint aſtrictæ. Hoſtien. [*Criminibus.*]
6 damnatis. de hoc. ſ. c proxi. ¶ † Antepe. gl. quærit, & ſol
uit. ¶ In glo. antepe. [*ibi, ſi aliter.*] alias incipit, Iulianus. ij.
7 vide de cle. q̃relã, in. j. gl. ¶ In † gl. j. [*in fi.*] & per hoc ꝓbat
Ho. ꝙ ſufficit allegare caplm, vel legẽ, & ſi non dicatur,
vbi ſit, ad idẽ. ſ. c. prox. de hoc remiſi de coha. cle. & mu.
veſtra. ¶ In glo. ij. [*in fi.*] j. tit. j. ex parte. j. & c. cum olim.

de ſimo.licet Heli.& c.per tuas.¶In gl.ad quem.[*in fi.*]
vbi de hoc.& ſ.de poſtu.c.i.¶ In gl.per declarationem.
8 [*in fi.*]dicit†Hoſt.hoc verum,ſi ſpecialiter prohibentur,
vt in dictis capitulis.ſed idem ēt hodie.ſ.de pœ.c.fi. per
quod dicit hoc non eſſe ius nouum,imo ipſi ruſtici &
& ſeruientes.in c.quoniam multos.ſpecialiter eximun
tur.ponderare debuiſſet Hoſt.ꝙ Tan.& Goſ.non dicūt
hoc ius nouum conſtitui per iſtud c.ſed per illud.¶ In
glo.nunquid.[*ibi,non capit*]ne dum ſuperioris iudicium
expectatur, viator fame pereat.v.d.baptizandi.Go.[*Et
ibi,ſi alter*]alias incipit, Iulianus. [*& in fi.*]ſ. de Iudæis.
quam ſit Goſ.Hoſt.remittit ad ſum.eo.ti.§.fi.ſub.§ ne-
9 ceſſe.¶In glo.pen.[*in fi.*]de vxore†an teneatur marito
excommunicato reddere debitum,& an pater filio, &
an dominus ſeruo excommunicato cōmunicare poſ-
ſit,& econuerſo,no.in c.quoniam multos.Inno.hic te-
net,quod pater filio,dominus ſeruo,patron⁹ liberto ex-
communicatis communicare non debent,imo debēt
illos præ alijs vitare.xxxvij.di.§.huic etiā.& c.præ.xcvij.
di.§.neceſſe.xxvij.q.i.de filia.vbi de filio videtur caſus.&
ratio diuerſitatis ibi no. & idem hic Pe. & Ab.poſſunt
tamen ab eis debitum obſequium in alimentis, & alijs
exigere.ſ.e.ſi vero.& c.relatum.Hoſt.remit.ad ſum. eo.
ti.§.fi.ſub.§.humile.vbi plene de hoc.

ADDITIONES.

a ¶Præterea.Et ibi uide plurimos concor.in glo.& uide Bar.in l.ij.ff.de iur.om.iudi.

b ¶Cuius obligatio.Vide Io.An.de dolo & contu.uerita.in glo.ma. & de excep.c.fi.in gl.& els vti.

SVMMARIVM.

1 *Excommunicatus pro manuum iniectione ſi recipit ordinem, vt puniatur.& nu.11.in fi.quis cum eo diſpenſet, numero 6. & 13.& 31.*

Quis ad ſedem apoſtolicam ire pro abſolutione non teneatur,nu.2. & 4.& nu.18.§.vlti.& nu.20.

3 *Inter negligentes,& contemnentes diſcrimen notatur, contemnē tes indigni miſericordia.*

In contemptum clauium dummodo factum non ſit, vnde ſit iſta clauſula.

4 *Ignorantia in facto ſuo non eſt probabilis,& in quibus,nu.15. & 17.& 22.*

Ignorantia iuris in delictis an digna diſpenſatione, num.13 an facti,nu.14.

Ingnorans excommunicationem an recipiat ordinis executionem, nume.14.

Per manuum iniectionem quis fiat irregularis,& nu.7.

5 *De inſcientia multiplici modos vbi tradatur.*

Multitudo magna delinquens vbi ſit,quid iuris.

6 *Minori vetito & maius vetitū eſt,non tamen conceſſo minori cōceſſum maius eſt.*

A minori argumentum non ſumitur affirmando,ſed negando.

7 *Pœna rigori attribuitur.*

Diſpenſatio æquitati.

8 *Regulares ſi ſe percutiant extra clauſtrum,a quo abſoluantur, & nu.11.quid ſi non ſint eiuſdem clauſtri,nu.21.& 80.*

9 *Monachatus excommunicati an teneat.*

In probatione monachatus qui fuit & in excommunicationem pro eiectione manuum inciderit,an ab abbate poſſit abſolui.

Nouitij an poßint abſolui ab eo.

10 *Enormis,vel atrox exceſſus quis dicatur,& nu.17.18.& 19.*

Locumtenens exæquatur ei,cuius quis locum tenet, ad dictio. abbatem.

In vicario an ſit idem,ibi.

11 *Cum ſcandalo nihil faciendum.*

Vero particula aduerſatur.

In abbatis defectum recurritur ad epiſcopum.

12 *Moniales pro iniectione manuum a quo abſoluantur.*

Non debent,ipſe & clerici ſub eodem tecto dormire.

Neque monachi cum clericis ſemul morari.

Pœnitentia parte peracta ſufficit ad obtinendum, quod poſt eam conceditur,cir.fi.

Diſpenſatio magis intelligitur inhibita, ſi inhibita fuit abſolutio, in fine.

15 *Simplicitatem quis nequeat prætendere.*

16 *Epilogus & ſuffragium gloſſarum.nu.17*

Iniuria quæ leuis, quæ grauis dicatur. §.iij. & qui eam facere dicantur.§.vlti.& in quibus quis eam patiatur§.pe.

18 *Additio glo.*

Edictum permiſſorium vel prohibitorium non ſimiliter accipitur apud iuris Cæſari, & canonici conſultos.

19 *Priores non benedicuntur.§.i.*

20 *Pro ſatisfactione quandoque ſuccedit ictus,in med.*

Abſoluendus a quo ſit percutiens,ſi ſit diuerſo iudicente vel prælato percuſſor.

21 *Abbas an diſpenſet cum monaco pro irrigularitate ante ingreßū monaſterij contracta.*

22 *Diſcretus quis dicatur.*

CAP. XXXII.

1 CVm illorum. C.† Qui excōicat⁹
pro manuum in-
iectione ſcienter recipit ordines, deponen-
dus, ſi eſt clericus ſecularis, ſi regularis, ab
executione ordinū eſt ſuſpenſus. Qui ignorans ius, vel
factum ſic excōicatus recipit ordines,ſi eſt clericus ſe-
cularis,diſpenſat cum eo ſolus papa.Si regularis, abbas
cum eo diſpenſat,ſi ignorantia eſt probabilis, & factū
non eſt graue.& in prima parte qō.in ſecunda reſpon-
ſio ibi circa quos.Et ibi diſtinguit.& primū diſtinuctio
nis mēbrum proſequitur ibi, primos.ij.ibi,quod ſi. vbi
primo tractat de talium abſolutione vſque ibi, ſi autē
2 ibi ſoluit.[*Quibuſdam†caſibus*]hos caſus no.Hoſt.in ſum.
eo. §.quem allegaui ſuper rub.& hoc de his ponit ver-
ſus,quos dicit fuiſſe Iacobi Serenæ Ebredunen. Regu-
la.ſ.eo.c.ſ.c.ij.Mors ſ.e.non dubiū.Sexus.ſ. e. mulieres.
Hoſtis.ſ.e.decætero.Puer.ſ.eo.quamuis.& c.fi.ſ.c.i. Offi
cialis.ſ.eod.c.iii.Delirioſus.hic prius conſulitur papa. ſ.
e.mulieres §.i Inops ſ.eo.quod de his.quod dic vt in c.
ea noſcitur.Senex.ſ.e.quod de his.Aegerque.ſ.e. quod
de his.& c.ea noſcitur.Sodal.de vi.& ho.cler.quoniā.vt
ait.Ianitor.ſ.ca.iii.i.reſpon. Aſtrictus.ptāti alterius.ſ.eo.
mulieres.ſ.e.relatum.Dubius.quod dic.vt ſ.e. cum deſi
deres.& c ſi vero.ii.Cauſæ.iuſtæ.ſ.ad nō eūdū.ſ.e. quod
de his.Leuis ictus.ſ.e.peruenit.Debilis.ſ.eo.ea noſcitur.
Abſolui.ſine ſumma ſede merentur. Atroces vero ſoli
papæ retinentur,vt ſ.e.c.relatum.& c.canonica.Ab. po
nit aliter,& minus plene verſus de his caſib. quos omit
3 to.[*Negligentes.*]non dicit†contemnentes, qui indigni
miſericordia deponendi eſſent,vt.ſ. vnde de ſtylo cau-
ſæ cācellariæ ponitur cl'a in literis,dūmodo non in con
temptū clauiū &c.& no.Ho. quod eccleſiaſtica cenſu-
ra non eſt contēnenda,de exceſ.præ.c.fi.nec vilipenden
da.ſ.de priui.vt priuilegia.§.i.nec frangenda,ſ. de ſuc.
cū inter,nec negligenda, vt hic. [*Apoſtolicam.*] ad quē
ſpectat dubia declarare.ſ.qui fi.ſint le.per venerabilem.
4 ver.tōnibus.[*Factum*]ſed†in facto ſuo eſt ꝓbabilis igno
rantia.de hoc.ſ.de reſcrip.ab excōicato,ideo non diſpē
ſat ep̄s.ſi vero ignorēt ſnīam in ſe latā.non eſſet irregu-
laris.ſ.de cle.ex.mi.apoſtolicæ.Inno.ar.ſ.eo.ſignificauit.
5 Hoſt.[*Neſciuat.*]†de multiplici modo neſciētiæ, & qūo
interdum eſt peccatum,interdū non,no.xv.q.i.merito
quær.[*Deponendos.*]niſi forte magna multitudo eſſet in
cā,quod dic vt ſ.de cle.ex.mi.c.iii.Ho.[*Reliquit.*]ſ.duob.
qn̄ neſciunt ius,vel non recolunt factū.[*Quibus.*]archi
6 ep̄is,& ep̄is.[*Minora*] quid ergo†de illis excōicatis a iure
vel ab hoīe,quos ep̄i poterāt abſoluere, & interim ſunt
ordinati.& poſtea per ep̄os abſoluti, nūqd cū illis pote
runt ep̄i in ordinibus diſpēſare? Ho.remit.ad no.de cle.
ex.mi.c.ij.& iii.De celebrante ibi tractāt,lꝫ de caſu nr̄o
nō.t ē a ꝯrio huius literæ, ꝙ poſſet quaſi deficiente iſta
rōne deficiat impedimentū. Contrariū puto, qa ſi cū
exercēte antea executionē ordinis iā ſuſcepti nō diſpē-
ſat,

ſat, multo minus cum tunc ordinato.de primo no. in
præ.iuribus.Vltra hoc ſatis eſt caſus de eo,qui fur.ordi.
ſu.per totum.ver.patet, ꝙ contra excommunicationē
ordinatus indiſpenſabilis eſt ab alio,quam a papa.Nec
ob.illa litera,quia non conuenitur ad literam.i.non ſe-
quitur,ſi vetito minori vetitum eſt maius.ergo cõceſſo
minori conceſſum eſt maius.ergo licet poſſit abſolue-
re,nõ ſequitur,ꝙ poſſit diſpenſare.ſed bene ſequitur, ſi
non poteſt abſoluere,ergo nec diſpenſare. Argumentū
enim a minori non ſumitur affirmando,ſed negando,
& de hoc ſ.de ele.cū in cūctis.[*Intimari.*]ſi ſ.e.mulieres.
7 §.i.[*Rigorem.*]vt†deponantur.[*Aequitatem.*]ſ.vt cum illis
diſpenſetur.& quid de clericis ipſis, qui dicunt ſe igno-
raſſe,dicam j. §.ſi autem.[*Licet ab Alex.*]vt congruen-
tius principalem quæſtionem ſoluat, vt circa id etiam
nos inſtruat,hoc interſerit,quid iuris,de abſolutione ta
8 lium.[*Clauſtro.*]no.ꝙ†videtur, ſecus ſi extra clauſtrum.
dicam de hoc.j.§. ſi vero.[*Ipſo actu.*]vt in caſu noſtro.
per c.ſi quis ſuadente.[*Nos tamē*]finita eſt decre. conſu
luit, & recte huic ſi.habes.ſ.de off.delega.ſuper quæſtio
num,vbi papa duabus decr.quæ videbantur contrariç,
ponit tenorem vnius inſertæ in compil.& alterius non
9 inſertæ.[*Etiam talibus.*]tenet ergo †monachatus excom
municati,ſed melius facit abbas,ſi hoc ſcit,ſi ipſum nõ
recipit,nec in probatione ipſum abſoluere poteſt. Inn.
& hoc placet hic abbati.cum enim ante profeſſionem
ille nec ratione criminis nec ratiõe perſonç ſit de ſuo
foro,nõ videt. quomodo illum poſſit abſoluere.& hoc
placet, alias facile quilibet excommunicatus euitaret
iter ad curiam.Hoſt.ſ & ipſe Inno.vr̄ dixiſſe contrariū
ſ.c.monachi. Sed illud dictum Inno. poteſt intelligi de
nouitijs.qui in probatione incurrunt hanc excommu-
nicationē,iſtud de his,qui prius incurrerāt.de hoc Hoſ.
in ſum.e.ti.§.quis poſſit ab hac.in fi.& vide Rai.in ſum.
a e.ti.in fi.[*Enormis*]vt † ſi offendatur oculus.lv.di.ſi euā
10 gelica.ſi quis vulneretur,ſi in theatro,vel foro,vel con-
ſpectu iudicis quis percutiatur, vt hæc omnia proban-
tur Inſti.de iniur.§.atrox.multo fortius,ſi in eccleſia,cç
meterio,ſeu dormitorio verberetur.ſ.e.cum pro cauſa.
xvj.qō.iiii.quiſquis.& §.qui autem.ſi quocunque mem
bro mutiletur.ſi ad grauem effuſſionem ſanguinis, &
ex graui ictu prouenientem perueniatur, ſi in epiſco-
pū,abbatē, vel clericū ſecularē per religioſum manus
iniiciatur.ſi ex manus iniectione ſcandalum oriatur,vt
patet ex ſequentibus.& ex his circunſtantijs iniuria ag-
grauatur,vt patet ex ſequentibus[*Epiſcopum.*] iſte exceſ-
ſus ſemper eſt enormis.xciii.diſtin.ille proculdubio. &
in laico punitur amiſſione omnium bonorum.xvij.q.
iiii.ſi quis deinceps.de clerico dic,vt xj.qō.j.ſi qui ſacer-
dotum.& ſ.de exceſſibus prælatorum. grauem.[*Abba-
tem.*]idem,ſi in priorem ſuum locum abbatis tenentē.
ſ.de ma.& obe.cum in eccleſiis.& ſ.verſi.eorum prælatis.
Et dicit Hoſtien.idem intelligendum, quoties infe-
rior & ſubditus in ſuperiorem ſuum manus iniicit,
argumen.literæ, quæ ſequitur. & facit, quod dicit glo.
& per hoc videtur ſolui quæſtio de monacho, qui ab-
ſente abbate percuſſit vicarium,quem abbas dimiſerat
in clauſtro,alium tamen clauſtralem.[*Et ſimiles.*]ſ. vbi-
cunque ſubditus ſuperiorem aggreditur.[*Sine ſcandalo*]
quintum exemplum,ſecundum Hoſtien.ſ. vbicunque
11 †imminet ſcandalum,quia nil faciendum eſt cum ſcā
b dalo,de præſcripti.nihil. [b] [*Si vero.*]aduertatur, quia ſu-
pradictum eſt de religioſo, qui percutit ſocium, nunc
dicit de religioſo, qui percutit non ſocium regularem,
vel ſecularem.[*Iniecerit*]non dicit in clauſtro.vnde vide
tur,ꝙ vbicūque percutiat,abbas poſſit abſoluere, quod
probatur, quia hoc caſu duo abbates concurrunt, &
impoſſibile eſt de facto, ꝙ i duobus clauſtris monachus
vno ictu percuſſus fuerit.Hoſtien.hic. & j.c. canonica.
vt ibi dicam, tenet, ꝙ abbas eo caſu non abſoluet, ſed
abſoluet epiſcopus,ad quem ſemper in defectum abba
tis dicit recurrendum.ſ.eodem monachi.& ſi diuerſo-
rum erat epiſcoparum.ambo epiſcopi concurrant, ar
gumen.eius,quod hic dicitur.Inducit ad hoc,quod ab-
bas non poſſit.lxix.diſtin.quoniam.de ætate & qualita.
cum contingat.de priuile.cum capella.& pro hoc facit
quia ne confundatur eccleſiaſtica iuriſdictio ſua cuiq;
epiſcopo iuriſdictio eſt ſeruanda.xj.q.j.peruenit.Ergo,
ex quo in ſuo territorio commiſſum eſt delictum, ipſe
abſoluat. Ab.hic approbat primam opinionem, ratio-
ne prius dicta, & quia iſtud eſt priuilegium abbatum,
& fauorabile, & ſic ampliandum. Ad vltimo dictum
reſpondet,ꝙ dato,ꝙ in clauſtro mon.non exempti fiat
percuſſio,tamen fit in territorio epiſcopi, & tamen ab-
ſoluit abbas Dicit ergo ſupplendum,maxime,per hãc
literam ad iura, quæ dicunt de clauſtro. pro hac opin.
bene facit litera ſuperior,ver.nos tamen. vbi abſoluit li
gatum ante ingreſſum.& ſic non habetur conſideratio
clauſtri.In hoc dubio quandoque ſeruari feci,ꝙ epiſco
pus commiſit abbati.[*&*] Repete abbatem eius,ſcilicet
monachi,qui &c.[*ſecularem.*]etiam eiuſdem mona. ſe-
cundum Hoſt.argumen.de ſta.monachorum.c. fina.§.
12 pen.Quod enim eo † caſu poſſint moniales abſolui ſpe
cialiter indulgetur.j c.j.vnde de monachis videtur taci
te prohibibitum.argumen.contra.ſ.eodem. ex tenore.
in fi.Sol.illud intelligitur,quando ſimul viuunt, & ſub
eodem tecto iacent ſecundum decre.quoniam.ſ. de vi
ta & honeſta.clericorum.conſtat autem, ꝙ moniales,
& clerici non debent ſub eodem tecto dormire.mixtu
ra enim eſſet ſuſpecta & periculoſa.xviij.q.ij.in nullo.&
c.ſequentibus.& ideo fuit monialibus ſubueniendum
ſpecialiter propter ſexum. ſed nec clerici cum mona-
chis ſimul debent morari,de ſta.monacho.c.fi. §. pen.
& cum mares ſint monachi, noluit papa illos priuile-
giare in hoc caſu in ſcandalum clericorum. patet er-
go ſecundum Hoſtiē.ꝙ diuerſa eſt ratio.Inducit etiam.
C.qui po.in pignore habe.l.fi.[*Poterit.*]dic vt j.c.religio
ſo.lib.vi.[*Si autem.*]redit ad propoſitum.nam cum prius
de ſecularibus clericis expediuiſſet,aggreſſus tractatum
regularium,ſuſpenſa reſponſione de ordinatis, dixit de
ipſorum abſolutione,nunc ſoluit de ordine.[*Hos*]clau
ſtrales, vel religioſos excommunicatos.[*Suſpenſos.*] in
hoc differunt a ſecularibus,quia ſupra dixit illos depo-
13 nendos.Quærit†hic Hoſtien.an diſpenſetur cum cleri
cis ſecularibus,qui ſcientes ſe excommunicatos recepe
runt ordines, ſi allegant iuris ignorantiam? Videtur ꝙ
no.ſ.ver.proxi.contra, quia pœnitentiaria indiſtincte
talibus dat literas, quod non fieret, ſi non valerent.ad
hoc de dona.per tuas.So.ſecundum Hoſt.hoc arbitrabi
tur bonus iudex, qui potius in hoc debet manum re-
ſtringere,quam laxare,vt patet in his,quæ ſequuntur. nā
ſi contra religioſum præſumitur,qui adultus erat,tunc
ergo erit fortius præſumendum contra clericum ſecu
larem.ſed dicit ipſe, quod pœnitentiaria neminem de
cipit, ſed iudicat, ſicut audit. Dixit tamen ipſe, quod
multum timet,nec impetrantes ſe ſeducant. iſta quæ-
ſtio Hoſtien.non placet. nec enim ius diffinit,nec offi-
cium inſtruit. debebat hoc non per modum quæſtio-
nis narrare,quomodo ſæpe ſic agunt, & impetrant cle
14 rici.[*facti memoriam.*]de † ignorantibus factum videtur,
quia & ſi non peccent tamen non recipiant ordinis
executionem ſecundum Innocen. argumen. xxxiiij.
diſtinctio. ſi cuius. ſecundum Hoſtien. quia non ſunt
ſuſceptibiles talis executionis. Innocen. de exceſſibus
prælatorum.capitulo fina. de clericis excommunica.
ſi celebrat. de ætate & qualitate. cum bonæ. de clericis
excommu. miniſt.apoſtolicæ. Innocen.quod dic, vt
legitur & notatur.de ordina.ab epiſcopo.capitulo pri
mo,& ſecundo.Hoſtien. [*Vtilitate.*] ergo nec aliter de-
bet diſpenſatio fieri.[*& peractam.*]vel ipſius partem. de
furtis.capitulo fin.cum concordantiis.[*Notabile fa-
ctum.*]propter quod fuerat excõmunicatus.tunc enim
cum ſit abſolutio inhibita, fortius & diſpenſatio, vt
ſupra poſt principium.[*violenter*]Hiero.ad Pamma.&

15 Mar. C. Simplicitatem † pretendere non poteſt arti-
fex, in quo malitia deprehenditur.[*Oblinionem.*] reſpi-
cit,quod dixit de facti memoria.quod ſequitur de igno
rantia, reſpicit, quod dixit de iuris peritia. [*Obſeruent.*]
tam in abſoluendo,quam in diſpenſando ſm Ho.qui
de hac materia remmittit ad ſummam.ſ.eod.ti.§.quis
16 poſſit,ſub.§ fi.¶ | Septima glo.quærit.& ſoluit.¶ Gl.[*im-
mo.*]obiicit.¶ Gl.[*quod ſi.*]quærit.& ſoluit.¶ Gl.[*ex perſo
na.*]ponit tres modos,quibus aggrauatur offenſa.¶ Gl.
[*multa.*]alleg.duas concordã. quærit,ſoluit,& prorogat.
¶ Glo. [*ſed nonne.*]obiicit,& ſoluit.¶ Vlti. glo. arguit,&
17 ſignat contrarium.¶ †In vii.glo.[*ibi,ꝙ eis.*]§.j.eſt,& vide
de iudi.at ſi clerici.ſuper gl.ar.contra. ¶ In gl. minora.
[*ibi, qui indignus.*]vide de torne.c.j.ſuper viii.gl.¶ In glo.
æquitatis.[*ibi, placuit.*]vide in c. fin. ʃ.alle.ſuper gl.ante-
pe.¶ In gl.ex perſona.[*ibi,atrox*]hanc & ſe.vide de caſũ.
c.j.in gl.ii.& ſuper ea.[*& ibi quod ait prætor.*]vide de exce.
exceptionem.ſuper vltima gl.[*& ibi, §.quadam.*]iniuria
facta per liberum dicitur quandoq; leuis,quæ facta per
ſeruum,grauis dicitur,quia creſcit contumelia ex per-
ſona facienti .¶ In gl.quia ille.[*ibi,§.ſi.*]patitur quis in-
iuriam in ſe,& in his,quos habet in ptãte.[*& ibi,proſpe-
xit.*]vide de fer.c.ii.ſuper j gl.¶ In gl.no. ꝙ [*ibi,naturali.*]
de non vocando patronos in ius ſine venia,vt l.ſe.¶ In
gl.pe.[*ibi,l i.*]inſpicitur,an minor,qui ſe læſum dicit,fue
rit diligens paterfami.& induſtrioſus.[*& ibi,cum de inde-
bito.*]vide de cauſa poſſeſ.cum eccleſia,ſuper iiii. gloſſa.
[*& ibi , de furtis*] de iniur.debet dicere,poſſet tamen ſic
ſtare.ff.de furtis,impuberem.& de iniur.l.illud.[*& ibi in
fine.*]ſequitur, vel furioſus.ſi occidit,non tenetur Cor-
nelia, cum alterum innocentia conſilij tuetur, alte-
18 rum infelicitas excuſat.¶ In† gl.[*ibi,prohibitorium.*] ſecũ
dum modum,quo vtimur nos iuriſtæ,potius debuiſſet
dicere permiſſorium , licet magis proprie loquatur.&
vide quod dixi de hoc de ſpon.cum apud.¶ In gl.ii. [*in
fi.*]quod fuit ſucceſſoris.¶ In glo.non habes. [*ibi in anti-
qua.*]in prima.ſ. ¶ In gl.immo. [*in fine.*] fauor eſt, quia
caſus iſte eſt de reſeruatis,& quia Alex.prohibuerat , &
quia latius loquitur.i.de prælatis,non de abbatibus tan
tum,ſm Hoſt.¶ In gl.hoc intellige.[*ibi,expoſuiſti.*]de ele.
pu.in du.c.i.in fi. Quid ergo, ſi vngula læda tur , forſan
poterit abſolui,ar.de cor.vi.c.fi.vel aliud in abſolutione
talium.de qua hic loquitur.& aliud in diſpenſatione ir
regularitatis,de qua ibi ſecundum Hoſt. qui tamen cre
dit cum Inn.hæc arbitraria , & diſcreto iudici commit
tenda.Dicit tamen Hoſtien.plus laxandum arbitrium
19 circa clericos, quam circa laicos.¶ In† glo.quid ſi.[*ibi,
quãq;.*]de naſo in ęſtate.Hoſt.Item,vt dicebat Ab.etiam
ſine ſanguinis effuſione poſſet eſſe percuſſio enormis,
& facit,quod no.de conſe.ec.vel altã. c.vno.lib.vi.in iii.
glo.¶ In glo.multa.[*ibi,c.j.*]vbi de hoc.[*& ibi,canonicos*]
qui non habent abbates, ſed priores. & ſic non poteſt
dici,ꝙ benedictio hoc operetur.ſic.ſ.de ætate & quali.
cum contingat,cum priores non benedicantur,de ele.
indemnitatibus.lib.vi.[*& ibi, crederem.*]Hoſtien.contra,
vt dicam.ʃ.eodem.canonica ¶ In gl.quia ille.[*ibi,filius.*]
de hoc in Spec.de iniur.verſi.ſed nunquid nocet.[*& ibi,
non poſſet.*]quod intellige,vt no.ſ.c.parochianos.in.j.gl.
20 [*& in fi.*]Dicebat† Hoſtien.quod hæc non eſt ſufficiens
ſolutio , cum per eam non reddatur ratio.dicit , quod
huius dicti ratio eſt , quia abbati monachi percuſſi de
iniuria ſatiſfaciendum eſſet etiam in pecunia , vt patet
ex no.ſ.eodem.parochianos.& ex his quæ dixi.ſ.eodẽ.
ea noſcitur.& percuſſor profeſſus careat proprio.xii.q.j.
non dicatis,nec mon.pro illo teneatur. quia delictum
perſonæ & c.de regulis iuris.delictum.lib.vi.& de hac in
iuria ſatisfieri oporteat. ſ. eodem. cum deſideres.papa
ad ſatisfactionem habendam fecit ius,quod potuit,ſci
licet,quod abbas prius abſolueret , & abbas offenſi ver-
beraret. Dicit ergo,quod ſicut vnus eſt Deus, vnus ba-
ptizans.vnus ordinans,vnus celebrans, vnus confeſſio-
nem audiens,quorum omnium eſt ratio vnitas ſacra-
mentorum,quæ non debet ſcindi vel diuidi,xxiiij.q.j.
loquitur.de conſecratio.diſtin.ij. quia paſſus.Item dicit
ꝙ vnus erit abſoluens,ſcilicet abbas percutientis,qui in
tamentum recipiet,& abſoluet,& ſaltem ſemel percu
tiet. abbas vero percuſſi illum egregie verberabit , cum
ictus illi ſuccedant ſatisfactionis loco. argumen. ff. de
pœnis.in ſeruorum.in.fi. ſ. de maledic.c. i. vnde expo-
nit per abbatem proprium , ſcilicet abſoluentem , &
eius,qui paſſus eſt,ſcilicet verberantem, fatetur tamen,
quod congruentius eſſet , ꝙ alter alteri committeret.
per hoc arguit ipſe Hoſtien.quod vbi vnus clericus ſub
ditus vnius epiſcopi, vel legati non de latere ſubditum
alterius epiſcopi , vel talis legati percutit eo caſu, quo
poſſunt abſoluere , iſto modo ſit abſoluendus ab vtro-
que,vel dic aliud in hoc caſu ſecundum eum,cum de-
ficiat ratio prædicta pro eo,ꝙ clericus ſecularis non ca
ret proprio.¶ In glo.quod ſemper.[*ibi,c.vlt.*]ſecundum
21 Io.& Vin.¶ In glo.poteſt† ergo.[*ibi,ordines.*]quod intel-
ligit Inn.de irregularitate tantum ante monachatum
contracta,quicquid dicat , verum eſt , vt dicit Hoſtien.
c ꝙ hic loquitur de contracta etiam poſt ingreſſum , nã
proximo dicta dixit incidenter,& præter principale ꝑ-
poſitum.quæſtio autem generaliter formabatur, vt pa-
tuit in princ.Dixit tamen Hoſtien. hanc gratiam non
extendendam ad alios caſus.ſ.pe priuile.ſanc.¶ In glo.
22 pe.[*ibi,indiſcretus*]in diſcretione rationis,alias,ex quo nõ
peccat,ratio ſufficit,ꝙ ſit adultus,licet non habeat ſapiẽ
tiam Salamonis.Nam, vt dicit Hoſtien. hoc ipſo quod
adultus eſt,pręſumitur diſcretus.i.ſanæ mẽtis.niſi aliud
probetur,de ſucceſ.ab inteſta. c. fi.ex quo enim excedit
infantiã,poteſt peccare, quamuis propter fragilitatem
ætatis mitius cum eo ſit agendum, de delictis puero-
rum,capitulo primo, & ſecũdo,quare merito præſumi
tur contra adultum , vt hic, & de clericis per ſaltum
promotis, capitulo vno. ¶ In gloſ.vltima.[*ibi, ſignifica-
ſti.*]& de conſecratione diſtinctio.ſecunda, tribus gradi
bus.Vincen.alias incipit, tanta. [*& in fi.*] dicit Hoſtien.
quod iſte non venit ad pœnitentiam, ſed in iudicio in
quiſitionis fuit hoc repertum.

ADDITIONES.

a ¶ In fi.Et vide Io.An.poſt Archi.& ibi & gl.in c.religioſo.e.ti.lib.vj ſ
dictum autem Ab.vt tex.in ver.& alibi & gl.ſuper ver.membri. & di
cit & glo.huius c. ꝙ illæ gl.intelliguntur poſt profeſſionem,quia tã
men de comm ſſo ante ingreſſum abſoluit abbas , hoc autem di-
ctum Inno.& Ioan.And.& Abba.intelligitur antequam ſit profeſſus.
b ¶ Nihil.Et omne delictum efficitur grauius propter ſcandalum,& po
puli notitiam,ad hoc.xxx.q. j.c.fi.de temp.ord.c.fi.
c ¶ De contracta.Pro hoc quod nota,ſupra , quia abſolutio excommu-
nicationis contractæ ante profeſſionem non videtur ita permiſ-
ſa abbati ſicut quando contrahitur poſt , vide Ioannem Andream in
gl.tenet ergo.

SVMMARIVM.

1 *Moniales excommunicata pro manuum iniectione abſoluet epi-
ſcopus,vel is ,cui commiſerit , & numero 3.etiam exemptas,
ibid.& ſi diuerſi ſunt monaſterij , epiſcopus vtrinſque abſol-
uet,ibidem.*
2 *Epilogus & additio gloſſa.*
*Gloſſa antiqua ſublatę,quæ erant,ad ſublata per compilatores,
hic autem relicta quadam.*

CAP. XXX.

1 DE monialibus. Caſus.† Monia-
les excommunicatas pro manuum iniectione abſol-
uet epiſcopus. Communis diuiſio , ſecun-
da ibi , ſuper quo.[*Clericos.*] etiam extraneos nedum
illos , qui cum eis morantur ſecundum Hoſtien.
ſecundum quem , ſi hoc eſt ſpecialiter monialibus
conceſſum , intelligitur monachis denegatum , de
hoc dixi ſupra capitulo proximo. §. ſi vero.[*Vt per
epiſcopum.*] in antiq erat auctoritate noſtra , hanc li
teram reſpicit glo. vt ibi dicam.& ſupp.vel eum , cui
2 commiſerit,de offi.ordi.c.fi. Aegy. ¶ † Pri.gl. reſpon.
per duas quæſtiones.ſ.quæ ſit ratio, quare abbatiſſa nõ
abſoluit

3 abſoluit,& quid de exēptis.finis quærit, & ſoluit.¶† In
glo.j. [*ibi, moniales*]& propter hoc dicebant Io. & Vinc.
quod abbatiſſa non adiungetur epiſcopo,ſicut adiungi
tur abbas.ſ.c.proxi.[*Et ibi,tanquam delegatus*]poſuit gloſ-
ſator antiquam glo.non aduertens, quod litera erat
ſublata propter quam ponebatur, de qua dixi in tex.fa-
cit ergo hoc epiſcopus ſuo iure.[*Et ibi,exemptas*] idem
Vinc.qui hoc no.j.e.canonica.& facit quod ibi dicam
poſt Ho.in fi.j gl.& Inn.hic.ad hoc.j.de ſtatu re. c.vno.
in fi.li.vj.quod etiam videtur facere contra,& in conci.
Viēnen.de ſta.mo.attendentes.[*Et in fi.*] concor.Inn.&
Ho.nec ob. litera, In cuius diœc. mon.fuerint,quia for-
mabatur hæc quæſtio , quando percuſſa, & percutiens
erāt eiuſdem loci,quod patet ibi ,ſe inuicē.Et ibi, ſuas.

SVMMARIVM.

1 *Excommunicato in opera locata quæ de cauſa poteris communica*
re,& cur,nu.4.& quibus exceptis,nu. 2.in fi.vel alias,nu.9.
Excommunicato domino,vel hoſpiti communicari nequit,nu.6.
Cum excommunicato contrahere an liceat non excommunicato,
nume.3.
Excommunicatus quę agere,alia facere poßit , & an obliget , &
obligetur,num.3.de eius damno non curatur,nu.5. ei dare non
excommu.
2 *Abſolui nolle qui dicantur,*
Factum pro oſtenſione facti,ad dictio.permittimus.
Permittere,indulgere.
Fortiora quæ ſint,ver.fortius.
Contrahentium contra ius, vel mandatum principis pœna, quæ
naturalis.
Ioannes Andreæ meminit adoptiui ſui,circa fi. ver.nouiſſime.
4 *Coarctari qui n n poßint.*
Peccatori,qui non corrigitur , an ſit amplius quid præcipiendum.
In excommunicationem qui incidit,debet refundere pretium , cū
non poßit perficere,quod promiſit.
6 *Dei,eccleſiæ,& hominum diuerſa quandoque iudicia, quandoque*
ſecus.
7 *Epilogus,& ſuffragium gloſſarum .nu.8.*
Poſſe illud dicimur,quod iure poſſumus.
9 *Additio gloſſarum.*
Communio mihi cum excommunicato quibus poſſit eſſe de cauſis,
& ſupra,nu.1.& 2.

CAP. XXXIIII.

1 SI vere. C. Si† locanti operam perſo-
nalem ſoluiſti precium, vel
eius partem , licet poſtea excommunice-
tur, ſi ad ſatisfaciendum non poteſt indu
ci, in opera locata ſibi poteris communicare. Primo
ponit permiſſionem,quam ſecundo probat tribus ratio
nibus.prima ibi,cum enim. ſecunda ibi,eſt autem.ter-
2 tia ibi,Præterea.[*Nec abſolui*] hoc ipſo† nolunt abſolui,
quod nolunt ſatisfacere,ſi offenſa,propter quam fuerāt
excommunicati,erat manifeſta.ſ.ti.j.ex parte.Ho.[*Per
mittimus*]hæc permiſſio iuris eſt.Inno.i.permiſſum oſtē
dimus ſecundum Hoſti. hoc verum ſecundum eum,ſi
cum eis conueniſtis ante excommunicationis ſenten-
tiam in eos latam:ſi vero poſt & ſcienter, ponitur pro-
prie.[*Permittimus*]i.indulgemus.[*Honeſte*]eis.ſ.abſolutis,
vel[*honeſte*]quia ſeparatim hoſpitabūtur,& eis præſen-
tibus non audient diuina,prædicationem vero ſic.j.eo.
3 reſpon.Vincen [*Conuenerit*] hic patet,quod† catholicis
non excommunicatis licet ad vtilitatem ſuam cum ex
communicato contrahere.Quidam tamen intelligūt,
quod hic iā conductæ erant naues,& arrhæ datæ,quini
mo & maior pars nauli iam data erat,ſed nondum ter-
minatum erat , ad quem portum deberent applicare.
De excommunicato tamen videtur,quod nullus con-
tractus cum eo initus valeat , & quia fit contra apoſto-
lum dicentem. Non commiſceamini fornicatis.i.no-
minatim propter fornicationem excommunicatis. ij.
q.j.multi.nec in domo recipiendi ſunt,nec eis,aue,dicē

dum eſt.xxiiij. q. j. omnis, nec verbo, nec facto aliquo alio modo communicandum.xj.q.iij. cum excommunicato,& c.placuit.& legitur & nota.ſ.e.cū deſideres.§.j.ver.fi.Sed ſi communio prohibita eſt,per conſequens & contractus,ſine qua expediri non poſſunt, ar.ſ. e.inter alia.§.i.in fi.Ergo quod contra legem apoſtoli, ſiue Dei fit, vel irritum eſt,vel irritari debet , quia quod minus,idem eſt,ſi contra l.humanam aliquid fiat.x.di.vides.C.de leg non dubium,& expreſſius.ff. de contrahē. em.ſed Celius.reſpō.j.& efficatius.C.de agri.& cen.quē admodum,li.x. fortius eſt enim mādatum Dei, quam hominis.j. eod.relatum.§.j.& xj.q.iij. qui reſiſtit. & lex naturalis,quam poſitiua,vt patet in eo quod le.& no.ſ. de conſue.c.fi. Sed contra. ſ.de excep.cum inter.c.dilecti,& c.dilectæ.c.exceptionem, & c.fi.ſ de iudi.intellexi mus.ſ.de re iudi.ad probandum.xj.q.iij. Iul.& c.quoniā multos.So.omnia,quæ agunt excommunicati in iudicio,& extra circa temporalia valent.tenent etiam ſpiritualia quantum ad ius, licet quo ad fructus eis ſubtrahantur.Spiritualia tamen de nouo acquirere non poſſunt.ſ.de excep.c.fi.ſ.de appel.paſtoralis,in fi.xj.q.iij.Iul. & c.quoniam multos.ſ.de æta.& qua. cum bonæ,ſ.de reſcrip.cum dilectus.Nec ob.præceptum apoſtoli,quia licet prohibeat contrahere,non tamē contractum ſeruare,maxime tempore, quo potuit ſeruari ſine peccato , f.ſi fuerit abſolutus, nec eſt naturalis pœna contrahentium contra ius, vel contra mandatum principis, ꝙ irritetur contractus, imo eſſet hæc pœna,ſi infligeretur contra ius dicens. pacta ſeruabo.ff. de pac.iure gen. §.ait prætor. Naturalis autem pœna eſt pecuniaria,ſiue corporalis,quæ ipſis inobedientibus debet infligi.prout in l.certa inuenitur, vel prout iudici videbitur, vbi non eſt certa pęna ſtatuta. ſ de officio delega. de cauſis.§.illis etiam.ſecundum Innoc. cuius eſt mens totius iſtius glo.& facit pro hac opi. quia temporalia non ſunt iudicanda iure poli,ſed iure fori.viij.di.quo iure. Dicit Hoſti.quomodo aliquis iuris peritus hanc opinio.amplecti potuit , quæ nullo iure comprobatur? Nam & iure, quæ pro hac via. ſ.inducta ſunt, ſi bene conſiderentur, potius contradicunt. fateor ergo,ꝙ vbi contraho cum excommunicato,ſcienter, pecco regulariter,ſed & obligor ei naturaliter tantum , vel ſi dicas, ꝙ naturaliter & ciuiliter,ad minus ciuilis adeo læditur,ſiue inficitur, ꝙ ex ea agere cum effectu non poteſt . hoc enim debet cadere in mente cuiuſlibet Chriſtiani,ꝙ adeo effectuoſa dēt eſſe prohibitio ex cauſa excōicationis facta,ſicut pactū de non petēdo,vel acceptilatio, vel aliud quodcunque adminiculum , per hoc ſecundum. l. actio in totum tollatur,& lædatur,ad hoc.ff.de ſolutio.ſtichū.§. naturalis.ff.de iure do. ſi pater.§.j.ff. de iureiur. l.fi.ff.de dona.l.j.inſti.qui.mo.tol.ob.§.itē per acceptilationē. & §.nouatio.ff.de pac.ſi vnus.§.pactus.etenim excommunicato contrahendo grauiter peccat , ſi ingerit ſe communioni hominum contra iura , vt patet in eo, quod le.& no.ſ.de cleri.ex. §.illud.Ergo ex hoc non debet cō modum reportare, vt patet in eo, quod no.j. e.reſpon. ver.cum enim, in fi.Sed dices,vtique nec damnum,ar. ff.de dolo.l.j.ff.de condi.inde.nam hoc natura. Reſpondeo hoc verum eſt de iure naturali , vt dicit proxi.lex, & ego ei naturalem obligationem reſeruo,vt patet ex præmiſſis.Porro de iure ciui.ſecus eſt.Sed & commodū ſentiret excommunicatus,ſi precium rei venditæ recuperare poſſit, ideo enim rem ſuam vendidit , quia magis expediebat ei habere precium , quam rem , vt patet ff.de contrahen. em.l.j.Dicas igitur, ꝙ & ſi excommunicatus non excommunicato poſſit efficaciter obligari, vt j. legitur & nota. ſuper quo etiam poteſt conueniri,& admittitur qualibet eius legitima defenſio,vt.ſ. de iudi. intelleximus. & de excep. cum inter, cum ſuis concor.e contrario tamen non ita ſentimus, ſcilicet ꝙ non excommunicatus excōmunicato efficaciter obligetur, immo ei agendi obſtabit excepto, ar. optimum

in

in decre.cũ inter,ver.fi.& in aliis concor.ſignatis.ſ.e.gl.
in prin.Nec ob.ꝙ ex ſola naturali obligat actionem da
mus,vt patet in eo, quod leg. & no. de pac.c.i.& iii. re-
ſpon.enim, vt no.ſ. de do.& contu.veritatis,ad fi. ſuper
ver,excommunicationem,ver.hoc nõ admitto. quod
eſt intelligẽdum de excommunicato notorio, ſiue pu
lice nunciato,ſecus de occulto,ar.ff.de of.prætoris,Bar
barius.ſ.de re iudi.ad probandum. Executionem ordi-
num,vel beneficia conferre,vel acquirere non poſſunt
ſecundum Hoſt. excommunicati etiam occulti, quia
nõ ſunt ad hoc habiles,ſeu capaces,vt patet in eo,quod
le.& no.ſ.de or ab epiſcopo.c.j.§.fi.& c.ii.ſ.de cle.ex.mi
ni.ſi celebrat,& c.poſtulaſtis. & vide quod ibi dixi ſuper
iii. glo. & quod ſtatim ſubdam, allegat etiã ſ. de æta.&
qua.cum bonæ,licet de facto teneat, quouſque eccleſiæ
exinde fuerit facta fides, quia non iudicat de occultis.
ſ.de ſymo,ſicut nobis,in fi.de hoc no,plenius de excep.
pia,reſpon.i.lib.vi.& ſ.c.inter alia.§.fi.& ſ.de do.& con-
tu.veritatis,in fi.Nec ob ſecundum Hoſt.quod hic dici-
tur,quia iſtud fit au ctoritate iuris,& ex cauſa,vt patet in
in eo,quod no.& le.ſ.ver.j.& illud.xj.q.iii. quoniã mul-
tos, & ſ.c. inter alia. hi. n. ſunt ſpeciales caſus contra
regulam ſupradictam,quæ ſemper niſi in caſu expreſ-
ſo a iure ſtricte & diligenter ſeruanda eſt. nec eſt reperi
re caſum ſpecialem in iure contra hanc regulam.quin
etiam ex tex.poſſit elici ratio ſpecialitatis ipſius.Nouiſſi
me adoptiuus meus tenuit diſputãdo, ꝙ collatio bene
ficij facta per occultum excommunicatum,qui com-
muni probabili opinione habetur pro ſoluto,potiſſi-
me ſi ſit ignoranti, valeat ratione publici officij, cuius
virtute confert,ſicut ea ratione teneret confirmatio,de
re iudi.ad probandum. pro eo facit, quod hic dixit In-
no. ſatis videri, ꝙ occulti non nominatim excommu-
nicati,quamdiu tolerantur in dignitate,poſſint excom
municare,beneficia conferre,& literas impetrare, quia
non perſona, ſed dignitas illud facere videtur. v. q. iiij.
nonne.facta enim illorum tuetur prætor, vt no.de ele.
nihil, & capitula.xxiiij. q.j.c. ij.& iij. loquantur de non
tolerato nominatim excommunicato. facit ad hoc,
quod poſt eum dixi de cleri.ex.c.fi.in glo. imo irrita,in
fi.[*Eiſdem*] nec ob. ꝙ cũ excommunicatis participatis.
cum enim &c.[*Induci*]monitis,vel precibꝰ, & quod ſe-
4 quitur[*coarctari*]dicit,† quia non timent cẽſuram,& de
ficit brachium ſeculare [*Coarctari*] ar. ꝙ cum peccator
non corrigitur, non eſt amplius ei aliquid præcipien-
dum. quod in multitudine poſſet habere locum, ſem-
per tamen captandum eſt tempus correctionis. xxiij.
q.iiij.nõ poteſt. & eſt ar.quod nauta,qui incidit in excõ
municationem, debet refundere precium, quia non
poteſt perficere, quod promiſit.ſ.de reſcript.ſciſcitatus.
Vinc.[*aliter ſieret*]ſ.quod ipſos vitaretis,& quod deliſtis
perderetis. & ponit hic vnam rationem, quare cõcedit
cum illis participium. ſecunda,quia forte commode,
vel nullo modo poterant cruce ſignati aliunde habere
5 nauigium. Et† eſt no.ſecundum Hoſti. quod de dam-
no excommunicatorum hic papa nõ curat.nec eis in-
tendit prouidere, ſed ſolum his, qui cum eis contraxe-
rant.[*Vobis*]q.non vos ipſis. Dicit tamẽ hic Inn. quod
ſi non excommunicatus petit aliquid ex aliquo contra
ctu ab excommunicato, quod non excommunicatus
tenetur & cogetur dare excõmunicato omne id,quod
tenetur ex eo contractu, alleg.de excep.cum inter.quid
autem hic dixit de percutiente clericum hæreticum,
vel excommunicatum, dicam ſ.c.contingit.j. ſuper.ii.
glo.[*Eſt autem*] ſecunda argumentatio.[*Præterea*]tertia
ratio.[*Illius*] ſ.patrisfamil. excommunicati. [*Nauibus*]
6 ar. † quod inquilinus domino, vel hoſpiti excommu-
nicato communicare poteſt ſine pœna. Abb.[*Apud*
Deum] vtique & apud eccleſiam, & homines,quamuis
7 q̃nq; iſtorum iudicia ſint diuerſa.ſ.e.a nobis.ij.¶ †Glo.
j.ſignat contrarium, & ſoluit.¶ Pen.glo.arguit,& illud
8 determinat, & contra id ſignat contrarium.¶ † In glo.

ij.[*ibi,ſed nemo*] hanc & ſe.vide plenius de collu. c.iij.ſu-
per vlt.glo.¶ In glo.vlt.[*ibi, ſilius qui in fi.*]non valet con
ditio inſtitutioni adiecta,quæ contra bonos mores eſt,
9 quaſi nec id fieri poſſit ¶ † In glo.ij. [*ibi, Seruus*] & j.de
præben.cum qui,lib.vj. ¶ In glo.pe.[*ibi ſocius meus*]non
ſolum in domo,ſed etiam in camera, dummodo non
ſimul cum illo iaceam, vel comedam, ſecundum Inn.
& Hoſt.ſ.e. nuper. nec ſecundum eos dicitur commu-
nio,vbi in domo aliqua eſt excommunicatus pro ſuis
factis,& ego pro meis. [*Et ibi,non poſſit*] Idẽ Vinc.Goſ.
& Phy.[*& in fi.*] illud ex ſuperabundanti iuſtitia. vel ali
ud eſt dimittere delitias propter pœnitentiam excõ-
municati, quod commendabile eſt, vt ibi. Aliud ius
ſuum dimittere, ad quod nemo tenetur, vt in iſto caſu
ſecundum Inn.& Hoſti.qui ſic ſoluunt.ſ.e.nuper.vel di
ſtingue ſecundum Hoſti.an quis incidat in cõmunio-
nem,vel ſocietatem excõmunicati ante excommuni-
cationem,& talis nõ ligatur,vt hic.an poſt.& tunc ſub-
diſtingue,an ex facto alieno,vt ſi ſucceſſit illi,qui com-
munionem habebat cum illo, nec tunc excommuni-
catus eſt,quia nil ſibi poteſt imputari, & iure ſibi acqui
ſito licite poteſt vti.an ex ꝓprio ſponte & gratis in com
munionem incidat,& tunc ſecus,nec ob.ſi dicas,quod
in illius voluntate fuit hæreditatem repudiare, vel adi-
re,& ſic ſponte communionem inducit.ſicut cũ ſpon
te cum illo communiter rem emit. Nam illa commu
1 CVm voluntate. C. † Alloquēs excommunicatum in his, quæ pertinent ad ſalutem, ēt ſi verba alia interponat, excommunicatus non eſt. Prædicatores præſertim qui aliter ſuſtentari nō poſſunt, ab excommunicatis, & detinētibus aliena eleemoſynas recipere poſſunt. iij. ponit quoſdam caſus, quibus percutiens clericum, excommunicatus non eſt. partes patent, & infra ſignabo. [*Excommunicationis.*] etiā minoris. [*ſalutem animæ*] videretur ergo. contrarium de ſalute corporali, quod poſſet intelligi de illo, qui negligit,
2 vel contemnit. ſ. ti. i. cum infirmitas, alias ſecus. [*In † locutione*] videtur ſecus in oratione, menſa, & aliis, de quib. ſ. eo. nuper. Sed caueat participans a cohabitatione. 24. q. j. omnis, ſecundum Hoſt. qui remittit. ſ. eod. cum deſideres. [*Incidenter.*] i. quæ incidunt, nec ad abſolutionem, nec ad ſalutem faciunt, Inno. [*Principaliter.*] ſecundum Hoſt. ſed tamen inducunt. Vt ſi quærit de vxore, filiis, recitat ei dilectionem, quam habuit ad genus ſuū, & his ſimilia. ſic verba ſtipulationis quamuis ſuperflua illam non vitiant. ff. de ver. obl. quæ extrinſecus. [*Prædicatores.*]
3 §. & pars. ii. [*Prædicationibus.*] quibus † oſtendunt, q̄ res alienas illicite occuparunt, & illicite detinent, & niſi reſtituant, comminantur eis pœnas æternas. [*Confeſſionibus.*] in quibus etiam dicunt non remitti peccatum, &c. de viur. cum tu. & hoc poteſt ſine calumnia intelligi de ſacerdotibus curatis. ſ. ti. j. omnis. item de vicariis, & legatis papæ, & de epiſcopis viſitātibus, & eorum vicariis ad hoc miſſis. ſ. de offi. or. inter cætera. Dicit Hoſt. q̄ pro fratribus Prædicatoribus, & Minoribus putat, q̄ hæc cōſtitutio fuerit ſpecialiter promulgata, qui habent vniuerſale officium prædicādi, & in hoc ſunt per papam appro-
4 bati, vt in Cle. de ſepul. dudum. [*Alecmoſynas.*] no. † eleemoſynas recipi ab excommunicatis, & peccatoribus, q̄uis notoriis. nam ad ipſas omnes tenentur. lxxxvj. diſtinctio. non ſatis. in fi. & omnibus maxime ſunt eleemoſynæ ſuadendæ, vt per eas mereantur ad pœnitentiam citius peruenire. xxvj. diſtinctio. deinde. in fin. Oblationes autem a talibus non recipiuntur. xc. diſt. oblationes, &
a cap. eorum[a]. Ratio diuerſitatis eſt, quia eleemoſina fit in occulto, de quo nihil ad eccleſiam. ſupra de ſimon. ſicus nobis, in fi. Oblatio vero in publico, quę prohibetur ne exinde peccator conſoletur, & ne peccatum illius videatur publice in eccleſia approbare ſecundum Innocen. Et quid dices, ſi eleemoſina fiat in publico? Reſpō. non mutatur propter hoc ſecundum Hoſtien. ius iſtud quia ſemper eſt natura ipſius conſideranda, quæ debet potius fieri in occulto, Matth. v. G. Decimæ etiam

a talibus licite exigitur, quod intelligas de realibus ſu
pra, de decimis, de terris. Sed nec decimæ, ne eleemoſi-
næ recipiendæ ſunt de illicite acquiſitis, vt ipſæ res
illicite acquiſitæ detinentur, licet ex fructibus earum,
cum ſint tales decimæ recipiatur, vt no. ſ. de decimis, ex
tranſmiſſa. Mortuaria vero quæ pro anima dantur, non
ſunt recipienda ab excõicato, cum nec pro eo orandũ
ſit. lxxxviii. di. c. fi. Si vero non pro anima, ſicut alij priua
to, excõicatus aliquid leget eccleſiæ, illud recipere põt,
quia nec teſtari prohibetur excõicatus, ſm Innoc. cuius
eſt mens totius iſtius glo. Tu vero dicas ſm Hoſt. ꝙ pro
excõicato non eſt orandum ſpecialiter, de cõ. di. j. cap. fi.
Nam in genere etiã pro hæreticis in paraſceue orat ec-
cleſia, ſed & oratio debet fieri generalis. xiii. q. ii. non exti
miemus, tñ nihil debemus recipere ab excõicato, nec cũ
eo cõicare in aliquo niſi in caſu a iure conceſſo, vt patet
in eo, quod legi. & no. ſ. eo. ſi vere, rñ. j. verſi. j. & c. cũ deſi
deres. §. j. in fi. ſm Hoſt. & no. de ſen. ex. decernimus, li. vj.
b vbi de teſtõ pleniſſime [b] dicam ſuper vlt. gl. [*Licite.*] fuit
dubitatio, quia ſcienter recipiendo eleemoſinas de alie-
no crimini participare videntur, ſed excuſantur, quia
procurant illorum vtilitatem, quorum eſt res, & ſalutẽ
detinẽtium. ex quo ſequitur, quod alias rẽ a talibus elee
moſina recipi non deberet. i. q. j. non eſt putanda. xvii. q.
iiii. miror, ſm Hoſt. [*Si quis vero.*] §. & ii. pars. [*Officii.*] ẽt
5 †ſine dignitate, qui non incidũt, licet ſubditos percutiãt,
& qđ infra dr̃ de prælatis reſpicit habentes dignitatẽ ſm
Inno. vnde Gof. exemplificat de cantoribus, & his, qui re
gunt chorum. [*Deuotionis.*] ſic. ff. de iniur. apud Labeonẽ.
§. adi. cit. Hoſ. [*Adoleſcentes.*] de his ætatibus in proœmio.
vi. lib. in prin. magnæ glo. [*Inſolentus.*] quaſi ſatuitatibus,
ſuperbis, & malis moribus [*Boniſque moribus.*] Plinius ſe-
cundus. li. iii. epiſtola ad Corneliam de filio, Trade illum
præceptori, a quo mores primum, & mox eloquentiã
diſcat, quę male ſine moribus diſcitur. Et Sene. vii. natu-
ra. qõ. Virtus ducem, rectoremque deſiderat, ſed ſine ma
giſtro vitia diſcuntur. Hiero. ad Athletam. C. quorũ vir-
tutes aſſequi nequis, cito vitia imitaris. & vide, quod ibi
6 præcedit in Hier. ¶ †Gl. no. [*quod.*] no. ratione officii &c.
cauſam reddit, & dat ſimile. ¶ Gl. [*ergo non.*] arguit a con
trario, & cãm reddit. ¶ Pe. gl. proſequitur, quod dicit de
correctione familiæ notans ex textu. vi. caſus, & quatuor
addit ¶ Vlt. glo. no a ꝫrio aliud in ſacris. ſecundo quęrit,
7 & ſoluit. ¶ In †glo. j. [*ibi. qui iniuria.*] loquitur in illo, qui
iniuriandi animo ianuam fregit, & per alios res amotę
ſunt, qui non tenetur furti. ¶ In glo. ſic. ſ. [*ibi. l. v.*] incipit,
ſed & ſi. vide. ſ. eo. veniens, ſuper vlt. glo. ¶ In glo. penul.
[*ibi ſi filius.*] caſtigat pater filium, quem in poteſtate ha-
bet, ſi debitam fidem ſibi non agnoſcit, & ſi perſeuerat
in contumacia poteſt acrius punire, & prętium offerre, q
8 dicet iniam, quam pater volet. ¶ † In glo. iii. [*ibi eleemoſi-
na.*] melius diceret, oblatio. & hoc tunc demum, cũ ſunt
manifeſti. Eſt enim drã inter hæc duo, vt dixi in tex.
¶ In glo. poteſt. [*ibi. pro maxime.*] Inn. exponit, pro tantũ,
quod eſt tutius ſecundum Hoſt. alle. in ar. ſ. eo. inter alia,
in fi. ¶ In glo. ſic. ſ. [*in fine.*] & ſ. de homi. presbyterum, &
c. ad audientiam. Hoſt. ¶ In glo. no. ꝙ [*ibi diſciplina.*] & ca.
cum beatus, vbi de hoc in prima glo. [*& ibi, negauit.*] l.
9 ad Ti. v. B [*& ibi, & † magriſtris.*] idem no. xxiii. q. v. ca. j. ad
fi. in glo. magiſtri. [*& in fi.*] Hoſt. dabat caſus per hos ver-
ſus. Officium ſ. eo. vniuerſitatis. §. laici. & c. iii. j. rñ. & j. §.
Scelus, etiam ſi percutiens aliquantulum motus ſit. ſ. e.
veniens. Pater, doctorq; propinquus, vt in hoc. §. de his
omnibus probatur affectus. i. matris, filiæ, ſororis, & vxo-
ris. ſ. eo. ſi vero. j. §. fi. Dominus, familiam corrigens, vt
hic. Vis. iſte caſus reſpicit inferentem vim. ſ. eod. c. iij. §. ſi
vero. & enormitatibus ſe immiſcentem. ſ. eo. perpendi-
mus. & c. cum non ab homine. Et correctio. iſte caſus
reſpicit leuitatem reprehenſibilem clericorum, & oẽs
caſus, qui ipſos incorrigibiles reddunt trina monitione
præmiſſa. ſ. e. contingit. & c. in audientia. Ludus. ſ c. j. §. j.
in fine. Quiſq; ſit exceptus. ſa pœna canonis. Si ſit mo-
deramine tectus. ideſt niſi ſit enormis exceſſus, & niſi in
defendendo excedatur modus. Hos autẽ caſus dicit ſpa-
cioſius exponi in ſumma. eo. ti. §. quis poſſit, ſub. § ſuper
illo autem canone. Abbas autem hic dabat alios ver.
Quinq; bis excipiunt cauſæ de canone latæ. Poſtera offi
ciũ, ſchola, ludus, pellere vim vi, Ordinis ignarus, ſoror,
vxor, filia, mater. primi placent. ¶ In glo. vlti. [*ibi. ſacrorum
ordinum.*] de hoc. ſ. de æta. & qua. indecorum, ibi vide In
& ſuper. j. glo. Bar. Brix. in fine quæſtionis, quæ incipit,
Quæritur, vtrum pater, dicit de patre percutiente cleri-
cum in ſacris eã correctionis, ꝙ non eſt excõicatus ſm
Da. & Ta. quia licet non ſit in eius poteſtate, tamen ma-
nus illa non eſt iniurioſa. dicit demum Laur. & legiſtas
tenere, ꝙ talis ſit in poteſtate patris, in auc. de ſan. epiſ. §.
presbyteros, & C. de epi. & cle. ſacroſanctæ. dicit autẽ ip-
ſe Bar. ꝙ ſibi vr̃ qõ ſoluta per hunc finem. [*& ibi, in cano-
nem.*] ad hoc. j̃ eod. ti. ſi ſacerdos, lib. vj. & idem Hoſtien.
[*& in fi.*] de hoc. de reſtitu. ſpo. olim. j. in vlt. glo.

ADDITIONES.

a ¶ *Iiorum.* Ibi vide glo. & contra iſta videtur tex. in c. 2. de rapto. vbi raptorum eleemoſina recipi prohibetur.

b ¶ *Pleniſſime.* & vide Feder. de Senis in conſil. 72. q. 113. vbi no. loquitur.

SVMMARIVM.

1 *Excommunicato communicans in crimine damnato, excommunicatus eſt maiori.*
Participare crimini damnato qui dicantur.
2 *Additio gloſſarum.*

CAP. LV.

1 SI concubinæ. C. †Cõicans excõi
cato in crimine dã
nato, excõicatus eſt maiori. [*Eoſdem.*] i. cleri
cos, & concubinarios. & eſt idem de quocũ
que alio. Si. n. mulier pp fornicationem eſt excõicata, q
cũque illam cognoſcit, in crimine damnato participat
cum eadem ſm Ho. illud puto verum de ſimpl̃r excõi-
cata, ſed ſi ſpecialiter pp concubinatum alicuius clerici,
tunc ille ſolus participat crimini damnato, & nõ alius,
& per hoc dico, quod ſi in genere pp fornicationem cle
ricorum, innominatim damnata eſſet, ꝙ ſoli clerici, &
non laici participarent crimini damnato, & maiorem
incurrerent. [*Non eſt dubium.*] hoc tñ videbatur dubitati-
ue dici. xi. q. iii. c. iii pp quod forſan fuit hoc declaratum,
ſm Hoſt. [*Communicat.*] publice, vt in prin. cap. ſm Vin. q
2 non credo. ¶ †In glo. j. [*in fi.*] & ſ. eod. nouerit, ad idem, ſ
eod. ſignificauit.

SVMMARIVM.

1 *Clauium poteſtatem minor ſacerdote non habet.*
Abſoluendi poteſtas a conſuetudine, vel a iure confertur.
2 *Epilogus. & ſuffragium gloſſ.*
Furioſi curator per interualla furoris habet effectum & actum.
3 *Suppletio gloſſ.*
Gloſſam reprehendit Hoſtienſis.

CAP. LVI.

DVobus. Breue eſt. & dic [*duobus.*] ſacer-
1 dotibus, quia † nec minor hẽt
poteſtatem clauium ſm Hoſt. [*Collata.*] a ꝯ-
ſuetu. de exceſ. præ. accedentibus, vel a iure.
2 ſ. titu. j. c. fi. vel a ſuperiore. ſ. titu. j. omnis. Hoſt. ¶ †Glo. j.
obiicit, & dupliciter ſoluit. ¶ In. j. glo. [*ibi. l. pe.*] ſi furioſus
habet dilucida interualla, curator eius tempore ſanæ
mentis habet nomen tantum, tempore furoris habet ẽt
3 actum, vel effectum. ¶ †In glo. i. [*ibi, reſpondeo.*] primam
illam reſponſionem reprehendebat Hoſt. dicens, ꝙ ſm
eam nil eſſet ſpeciale in minori, ꝙ tñ vult põderare tex.
tenebat ergo ſecũdam poſtea, dicens ſe audiuiſſe, ꝙ Ber-
nardus illam tenebat in additionibus, dicit ſe additiones
eius non vidiſſe. [*& ibi, ſacro.*] & qđ ibi no. in gl. ſed põne.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Hoc capitulum ſublatum.*
Miniſtri,ſeu curati per alios facere poſſunt,quod ipſi nequeunt.
Ex officio quod competit alij committi poteſt.
2 *Semel quod conceditur,pluries fieri poteſt imminente neceſſitate.*
Interdicti tempore quæ liceant & nu.3.& quare,nu.4.& 5.
quibus rationibus violatur,nu.3.
Euchariſtia ſeruanda, & quando renouanda, & quæ ſumenda non
denegatur, ſi poteſt haberi.
Vna in plures diuidi poteſt.
Ferraria quando interdicta.
4 *Epilogus,& additio gloſſ.nu.5*

CAP. LVII.

1 PErmittimus. Breue. & † hodie ſublatum.vt.ſ.dicam.[*Miniſtris.*]alii ergo nõ poſſunt,nec vñ,
ꝙ miniſtre alicti committere poſſit, arg.de
offi de le.c.fi.§.fi.vel dic ꝙ poſſunt, quia qui per aliũ &c.
ſ.eo.mulieres.Inno.non enim competit ex commiſſio
ne,ſed ex officio.de offi.or.c.fi.Abb.dicit Hoſt. ꝙ curati
ſi non habent ordinem,per ordinatos hoc fieri facient,
ar.vii q.i. pontifices, de con.eccl.vel al.aqua.[*Semel.*]vel
2 † pluries,ſi imminet neceſſitas.ff.de edẽ.l.veluti, & in eo,
qđ le. & no.de of.arch.mandamus.Quid enim ſi repen
te infirmantur tot, ꝙ non ſufficit euchariſtia reſeruata,
certe prouidendum eſt.ſ.de ec.iu.ꝙ non eſt,de tem.or.li
teras.debet autem miniſter diſcrete agere, vt.ſ.plures re-
ſeruet conſiderata multitudine populi, & loci infirmita
te.ſciat etiam vnam inter plures diuidere, nec illam ſer-
uet vltra hebdomadam.ne putreſcat, & ſi non occurre-
rit ſibi infirmus vltra hebdomadam,ſumat presbyter an
tiquam cum altera noua, quam conficiet, & alterã in-
nouatam reſeruet. & in omnibus tẽperatus ſit. ne quid
nimis,de of.cuſt.c.i.§.i.ſm Hoſt. [*Hebdomada.*] hodie dic
vt.ſ.eo.c.vlt.§ adiicimus,& §.ſe.lib.vj. ſed adhuc hodie ſi
papa iuſſiſſet exire clerum reſeruando ibi parochiales ſa
cerdotes pro ſacramentis, quæ conferri poſſunt tpe in-
terdicti,vt nunc Ferrarię,locũ haberet,qđ hic dr̃.& non
3 qđ dr̃ in præ.dec.vlt.[*Non pulſatis.*]iiij. ponit † per ordinẽ,
per quorum quodlibet tranſgreſſum violatur interdi-
ctum.ad idem.ſ.titu.j.ꝙ in te,ſm Hoſt. [*Non negatur.*]de
facto negaretur, ſi non poſſet haberi, nec haberi poſſet
ſine miſſa rite per ſacerdotem celebrata, de ſum.Tri.c.j.
§.vna.conceſſa ergo euchariſtia. & cõcedenda eſt miſſa
ſm Hoſt.qui per hoc arguebat licere conficere chriſma
tempore interdicti eadem ratione, quod eſt terminatũ,
ſ.eo.qm̃,lib.vj.immo volebat innuere, ꝙ id liceret tunc
alta voce pulſatis campanis,interdictis tñ. & excõicatis
excluſis,qđ poſtea correxit,dicens ſe non habere ius ex-
4 preſſum.¶ † Glo.j.duplicem cauſam ponit,quare tẽpore
interdicti iura celebrare permittunt,quandoque fauore
celebrantium,qñque aliorum.ver.ſed qñ,reſpon.per cõ
5 trarium. ¶ † In glo.j. [*ibi.perſonarum celebrantium.*]& per
hoc intelliges finem glo.[*& ibi tribus.*]al.incip.tanta.

SVMMARIVM.

1 *Satisfaciens clerico,quem læſit, ob hoc ab epiſcopo non poteſt abſol*
ui,niſi in certis caſibus.
Pro excommunicationis ob manuum in clericum iniect. onem ab-
ſolutione qui papam, vel eius legatum adire non cogantur, &
nume.2.
2 *Ab excommunicatione alia,quam pro manuum iniectione quis ab*
ſoluat.
3 *Epilogus,& additio gloſſ.*
Hoſtienſis arguitur iniuſtæ reprehenſionis.
Gloſſarum cum additionibus meminit.

CAP. LVIII.

1 QVamuis. C.† Satisfaciẽs clerico, quẽ
læſit,propter hoc ab epõ nõ
poteſt abſolui niſi in certis caſibus.ij ibi,ni-
ſi.[*Facultates.*]& conſiderata qualitate perſo
næ.& quantitate iniuriæ irrogatæ.ad hoc.ſ.eo. cum illo-
rum,ver.niſi exceſſus,& §.ſi vero, ſm Hoſt. [*infirmitate.*]
etiam præter mortis periculum,vt quia podagram pati-
tur,vel febrem quartanam.Inno.[*inimicitiam.*]quæ time
2 tur in via.Innoc.[*Senilis.*]dicit Inno. ꝙ ex quo ſenex eſt,[a]
licet videatur fortis ad ſubeundum laborem, tamen,qa
eſt periculum,abſoluetur.[*impotentia.*]dicit Hoſt.ꝙ ſ.ex-
preſſit.vii.caſus.iſte vero eſt.viii.& generalis, ſed nonus,
qui ſtatim ſequitur,eſt generaliſſimus ſm eum.[*Iuris be*
neficio.]decimus caſus. & dic iuris communis, vel priui-
legii in corpore iuris redacti.hoc pp religioſos dico,de q
bus.ſ.eo.cum illorum,& c.canonica,& propter eos,qui
non ſunt ſui iuris.ſ.eo.mulieres, vel priuati corpore iu-
ris non clauſi,vel mandati ſuper hoc ſpecialiter facti.ſ.e.
2 porro.ad fi.ſecundum Hoſt. [*Excuſetur.*]vt † dicit Innoc.
hæc locum habẽt in excõicato pro manuum iniectio-
ne,ſed ſi al.excõicatus ſit a iudice,vel a iure, licet abſolui
poſſit in mortis articulo, ar.ſ.eod. a nobis.ij.ad fi.in aliis
caſibus.qui hic ponuntur.non, ſed tantum ab excõica-
3 tore,vel illo.ad quem ſpectat,abſoluendi ſunt. ¶ † Glo.
[*ſi ſupra.*]ſignat contrarium,& ibi remittit. ¶ In glo.vlti.
[*ibi,inopia.*]Hoſt.hic reprehendit.G.de eo.ꝙ non dicit,di
cens ꝙ male dixit de ſenibus, & perpetuo impeditis. nã
primum non minuitur,ſed augetur.ſecundum vero,ex
quo perpetuum eſt,non eſt tpale. remittit autem ad ea,
quæ ſm eum dixi.ſ.eo.ꝙ de his, & fuit ſimilis iniuſta re
prehenſio,de qua dixi.ſ.eo.contingit,ſed forte fuit anti-
qua G.poſtea in additionibus cancellata,quod non cre-
do,quia antiquis gloſſis abſque additionibus ſtudui.

ADDITIO.

a ¶ Senex eſt.Quis dicatur ſenex, vide de hoc in.ca.quoniam, vt lit.con-
te.in prin.& vide.ſ.eo.quod de his.

SVMMARIVM.

1 *Excommunicatio ſimpliciter lata, intelligitur de maiori.& nu.4.*
eſt fauorabilis & medicinalis, duplex eſt,& uis utriuſque,nu-
mero 4.
Dubitandi & decidendi ratio & nu.4.
Pœna mitior eligenda fallit hic in excommunicatione.
Tutior uia in dubiis eligenda.
2 *Sententia iudicis,& iuris adequantur.*
Excommunicatus maiori, non poteſt abſolui a minori tantum,niſi
ſeparatim eſſet minori ligatus,& nu.3.
3 *Epilogus,& additio gloſſ.nu.4.*

CAP. LIX.

1 SI quem. Caſ.† Excõicatio ſimpliciter
lata intelligitur de maiori.re
probat autem hæc dec.opp. Lau. quam no.
olim de app.præterea.ij.per.l. ſi præſes. ff. de
pœ.per quam.l.& l.interpretatione.eo.tit.& regulam,in
pœnis,de reg.iur.li.vj.& eo.tit.in obſcuris, cum ſuis con
cor.videbatur potius ꝯrium dicendum, vt.ſ. cum iudex
dicit,excõico te,intelligatur de minori, cum ſentẽtia ſit
pœnalis.dicit Hoſt.illa iura vera in pœnalibus corpora-
libus,quæ ſunt odioſæ,& in pecuniariis,ſecus in hac pę-
nali,quæ fauorabilis eſt,& ad animarum ſalutem. inde
dr̃ medicina animæ.ii.q.j.multi.ſ.eod.c.j.lib.vj. iſta ergo
via tutior in dubiis eligenda. de cler. excom.mini.illud,
de homici.ad audiẽtiam.& regulare eſt fauores amplia
ri,& odia reſtringi,de reg. iur. odia, lib.vj. idem Vinc.&
Abb.remittit autem Hoſt. ad ſummam.eo.titu.§.quali
ter proferatur,declarando hanc rationem.dic per hanc
interpretationem contumaciam, propter quam fertur,
citius purgari q̃ per ꝯriam.Item communis vſus loquẽ
di facit pro hac interpretatione.cum.n.dicimus,iſte eſt
excõicatus,in cõi loquela intelligemus de maiori.ſic er
go debuit interpretari,facit.ſ.tit.j.quis, & c.cum clerici.
2 adde,qđ dicam ſuper gl.[*a † iudice.*]idem,ſi a iure,cum ea
dem ſit ratio. [*Sacramentorum.*] tantum. & tolle,ſeparat,
quod eſt.ſ.& dicit Abb.quod iſto caſu, quo excõicatus
eſt maiori,non poteſt abſolui a minori tantum,ſecus,ſi
ſeparatim eſſet minori ligatus.ſi.qđ no.in Salu.vj.li.in fi.
viii.glo.[*Quæ.*]ſup.etiam.[*Ligatum.*]de hoc.xi.q.iii.debẽt.
3 ¶ † Vlti.glo.tractans de maiori,& minori excõicatione,

de

de minori diſtinguit pœnitentem, & impœnitentem. de primo ponit duo mebra.de ſecundo.iii.& ſcdm ſub diuidit,& de cuiuslibet membri abſolutione ſubmittit, proſequitur demum de abſolutione illius, qui excõicatus eſt maiori.¶†In gl.i.[*ibi,præterea ii.*]& vide qđ ibi dixi
4 ſuper ver.cognoſcas. ¶ In glo.iii. [*ibi ſacramentorum.*]dixit Gol.ſ.de exceptio.a nobis,ꝙ duplex eſt minor excõicatio.ſ.quæ remouet a ſacris tantum,ſecũda,quæ remouet a cõione fratrum tm̃.ita,ꝙ non a ſacris.de prima in glo.de ſecunda allega.v.q.ii.c.ii.& q.iiii. in loco,xviii.diſ. placuit.xxxiiii.di.quorundam.l.iii. di. ſi quis de alterius, cõcluditur ergo.ꝙ maior priuat vtroque . minor priuat altero tantum,quodcunque ſit illud . [*& ibi quando a ſe.*] ſ.de homi.ſicut ex literarum. [*& ibi, a mente eius.*]in hoc dicebat Ph.li.& Gof.fundari rationem huius dec.cũ.n. nullus excõiceiur niſi pro mortali.xi.q.iii nemo,& mortale per ſe operetur remotionem a ſacramentis , vt minor excõicatio.i.q.i.ſacerdotes, de cohabi.cle.ca.ſi.vt excõicatio aliquid addat,debet ĩtelligi de maiori.a l qđ inducunt ſimile.ff.ne quid in loco publico.l.ii. quid dicat, vide in ſuſ.de matri.contra c.i ſuper glo.pe.[*& Et ibi,ſunt qui arbitrentur.*]de hoc membro ca.di.qui ſanctus.[*& ibi, niſi participet*]excipit ab eo qđ dixit,& ſic de illo,q excõmunicatus eſt a canone,& ſic facit pro op. Inn.& Hoſt. de qua.ſ. eo.nuper.ver. quamuis . [*& ibi,a canone.*]de his caſibus remiſi ſuper rub. [*& in fi.*] hanc glo. habes.xi.q. iii.ſi inimicus.

S V M M A R I V M.

1 *Pupillus factus pubes teſtificari nunquid poßit de his, quæ vidit in ætate pupillari.*
2 *Abſoluendus ab excommunicatione quis non eſt niſi poſtulet.*
In pupillari ætate factum non officit maiori facto.
3 *Epilogus,& additio gloſſ.*
Rigor quibus cauſis temperetur, remiſſ.

C A P. LX.

1 PVeris. Breue eſt . [*Poſt pubertatem.*] argu. Hoſt.ꝙ †ſ pupillus factus pubes teſtificari poſſit dr his, quæ vidit in pupillari ætate. & dicit, ꝙ quæſtio eſt dominicalis,& procedit hoc ar.ex eo ꝙ ligatur hoc canone, ſed eo reſpectu etiam ante pubertatem poſſet teſtificari,forte aptius arguitur hic ꝯtrium.cum enim hæc æquiparentur tẽpore ante pubertatem. & poſt , vt ſic inſpiciatur tempore, quo vidit,ſicut hoc tempore,quo deliquit,ſed dic vt dixi ſ.de corpo.viti.ex parte.i ſuper ver.iudicium animi.[*Poſtulent*]nec †.n.aliter vñr abſoluendi.ſ.de eo . qui dux.in matri ſignificaſti.[*In qua fuit.*]ii.ſ.de reſcrip.ſi eo tpe lib. v.t.alle.Gof.pro ti.ff.de bo.liber.qui cum maior.vbi filius patroni ſi accuſat libertum minor ,& poſtea perſeuerat factus maior,non perdit bonorum poſſeſſionem.all.ad
a idem.ff.de neg.ge.cum actum. ff.de mino. l.iii. §. ſcio [a]
[*Rigor.*]miſſionis fiendæ ad curiam.[*Manſuetudine.*]abſo
3 lutionis.l.fiendæ per ordinatium . ¶†Vlti.glo.ponit.iiii. cauſas,quibus tẽperatur rigor. ¶ in glo.ii.[*ibi.§.in delictis*] §.i.eſt.& vide de delic.puc.ca.i.ſuper vlti.gl. ¶ In glo.vlti. [*in fi.*]Hoſt.de hoc plene in ſumma de pœnis. §. a quib. & ex quibus cauſis extenuantur.

A D D I T I O.

a ¶Scio. Et latius per Io. An.in ſpecu.de teſte.§.i. ver. ſed nunquid factus pubes,& per glo.& Bar.in l.ad teſtamentum,ff.de teſta.& in l.ad notionem,ff.de uerbo.ſig.

¶De verborum ſignificatione. Rub.

S V M M A R I V M.

1 *Continuatio,vel ordo tituli.*
2 *De ſignificatione uerborum intra loquentia commemorat.*

1 ¶ Viſis†diuerſis conſtitutionibus circa iudices , iudicia, clericos,matrimonia,& crimina, quia de ipſarum conſtitutionum verbis, ac etiam aliis poſſet in iudicio dubitari,quid ipſa verba ſignificarent,io huc circa finẽ operis
2 de verb ſignif.ſubmittit ſm Gof. & Hoſt.huic †Rub.conueniunt prima,ſecunda,tertia, & quarta dictõ in decre is, reperiuntur in Sexto,& in Clementinis.coaptãtur huic rubricæ de reſcrip.cauſam.& c.olim,& c.Rodulfus,& cap. mandatum.& ca.literis,de coniuc.cum dilectus,de viu pal.c.i.de arbi.cum olim,de app.ad audientiam, de pbẽ. c.ſi.de ſepul.certificari.de deci.ad audientiam,& c.ex parte.iii.de ſpon.ex literis,de ſimo.c ſi.de priuil.quia circa,& c.vt priuilegia.& c.in his,& ca.ſi.de iniuriis,in noſtra,de ſent.exc.c.pe.i:em in.vi. de elec. ſi poſtq ii.rñ.de off.dele. ſi delegatus i.& ii.rñ.de præben.ſ̃uis.§.i. & c.ſe. de cõceſ. præben.c.vl.in prin.de deci.c.ii.§.ſtatuimus,de priuil.per exemptionem,& c.ſi papa,de ſent.excõ.ſi ciuitas,& Clemen.ne Romani.§. ſane , de elec. de ſta.mo.ne in agro, ver.verum.

S V M M A R I V M.

1 *Nouale quod dicatur.*
2 *Additio gloſſarum.*

C A P. P R I M V M.

1 INnouate. Breue eſt. & in ſuperſcriptione ibi. [*Oſea.*] v.c F. & idẽ verbum . Iere.iii. in prin.[*Primum.*] ſi igitur †ager al.ꝑcitus fuit, licet aliqua pars alias non iacta nouiter excolatur.non eſt illud nouale.quaſi illud trahatur ad principale, ſingulæ enim glebæ non ſunt colendæ.ff.de acq. poſſ.poſſideri ſm Innoc.[*Præciſus.*]i.cum aratro inciſus, hoc eſt de nouo cultus ſm Ab.dicit Vinc.ꝙ ſi laicus primo anno qđ præcidit,& coluit nouale , alienet illud in priuilegiatos,& illi etiam in eodem anno iterũ illud colant,& fructum inde percipiant,dabunt decimã,ex quo illud prius fuerat ꝓciſum & cultum per hãc decre.all.in ꝯtrium.xxxv.q.viii.de gradibus.vbi vr̃ probari eſſe nouale.qđ intra annũ colitur.& vide qđ no. de elec.gñali.lib. vi in.v.gl.& ſ̃.eo q.d per nouale.in glo.v.vnde cum eodẽ anno ẽt ter coli poſſet. ex quo intra primum annum ab eis colitur.vr̃ priuilegiatum,& nouale, ipſe tamen tenet primum hic.& ſ̃.eo.quid per nouale . vide quod ibi dicã in glo.ſed cui.de hoc & de eo,quod dixi in ꝑ.g.no.Guil.
2 in ſpe.de probatione.§.i.ver.quid ſi pars & ver.ſe ¶In gl.
a vlt.[*ibi,[a] fuiſſet.*]& eſt ſimile . quod de loco deſerto dicitur.i.eo.c.i.li.vi.ſecundum Hoſt.

A D D I T I O.

a ¶Fuiſſet. Dictio ergo,nunc,poſita in tex.non refertur ad tempus inſtãs ſed etiam ad longius tempus anno,quod facit ad materiam teſtium .

S V M M A R I V M.

1 *Patris nomine deſcendentes omnes dicuntur.*
2 *Additio gloſſarum.*

C A P. II.

NAm & rex. In ſuperſcriptione.[*Daniel.*]v.cap. & hoc dicit.
1 Omnes†aſcendentes patres dicũtur. [*Tuus.*] hucuſque verba reginę ad regem Baltaſar. nam & R.Na.pa.tu principem incantatorum,magorũ, Chaldæorum,& aruſpicum fecit illum , de conſe.diſt.i.
2 veſtimenta.habetur hiſtoria.¶In†gl.i. in fi. [*ibi,Danielis.*]
a ideſt in Daniele.¶In glo.ii.[*ibi filii.*[a] vide quod no.ff.eod. l.filii,& in Cle.de baptiſmo.c.vno,in glo.comprehendit [*& in fine.*]licet non fuerint verba prophetæ , tamen in. iiii.c.ipſe etiam vocat eum patrem.¶In glo.ii.[*in fine.*]ſecundum Ala.Mathæ.i.Luc.iii.

A D D I T I O.

a ¶Filii. Lata ergo interpretatio appellatione patris includit auum, non autem propria & ſtricta.vnde in ſtatutis non habent locum, vide pleniſſime Bar.in l.liberorum,ff.de ver.ſig.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Natus non dicitur, qui ſtatim deceſſit.*
In nomine nis ſit interdum, regulariter contra.
2 *Suffragium gloſſarum.*
Fecisse non dicitur, quod non durauit & nu.4.
Non eſſe, uel eſſe, ſed non idoneum, par eſt & nu.4.
3 *Additio gloſſarum.*
Frater conſanguineus qua de cauſa agat de inofficioſo fratris teſtamento, & qua repellatur, an idem in uterino.

CAP. III.

NAm & ego. In ſuperſcrip. [*parabo,*] iiij.c. & hoc dicit. Nõ
1 †dr̃ natus, qui ſtatim deceſſit. [*Scriptur.*]ii.
Rub,xj.G.& xii.[*Nomine.*] fit interdum vis in
nomine,de pbr̃. cũ ſm,cũ ſuis ↄcor.regulariter ↄ̃.de pro
2 cu.petitio.j.co.quis,ſm Hoſt.¶ In †gl.vlt.[*ibi, verſum.*] ver
ſum eſt,qđ durat verſum. [*& ibi.Li.ad fi.*]vide in c.proxi.
alleg.ſuper gl.malus.[*& ibi,de creationibus*]cum q̃ritur de
curatore furioſo dando, lex æquiparat agnatum non eſ
3 ſe.vel eſſe,ſed non idoneum.¶†In gl.i j.[*ibi,vtero.*] ex eiſ
dem vero parentibus dicuntur fratres cõſanguinei, pri
mi de inofficioſo fratris teſtõ non agunt, ſecundi agũt,
ſi hæres inſtitutus turpis pſona ſit,vel infamis.C.de inoſ.
teſt.fratres,qđ hodie ſm quoſdam corrigitur, quia non
eſt dr̃ia inter agnatos,& cognatos, in auc.de hæredi. ab
inte. ueni. coll.ix. Alij dicunt illud tm̃ ſeruãdum de his,
qui veniunt ab inteſtato, ſed nec agit frater conſangui-
neus,ſi fuit ingratus fratri ſuo.ar.in auc.de nup.§.ingra-
4 titudinem,coll.iiii.¶In†gl.vl.[*ibi,durauit.*] ↄ̃.C. de poſthu
mis.l.ij.& iij.[*& ibi,verſum.*] Ala.ad idem.j.q.j.ↄſtat, & qđ
ibi no.l.ꝙ non habet poſtliminiũ,q ſtatim reuerſus eſt.

SVMMARIVM.

Argumenti a contrario ſenſu non ualentis exempla.

CAP. IIII.

QVod dicitur. In ſuperſcriptione. Mathæi.j. cap. al.ii,
¶ In gl.j.[*ibi poſuerit.*]vel quod poſtea ſedem
deſierit,ꝙ magis placet Hoſt. R. dixerat, ꝙ
poſtea ſederit a ſiniſtris. [*& ibi,coruus,*]gen.viij.[*& ibi,ſiccarentur,*]vtique nec poſtea.Hoſt.

SVMMARIVM.

1 *Primogenitus dicitur, qui primo naſcitur, etiam ſi nullus,cum ſequatur.*
Eius iura qua olim,nu.2.
Donec,aduerbij uis.
2 *Fraternitas quadruplex,in fi.*
Ioſeph ſanctus virgo fuit.
3 *Eluidii hæreſis damnata.*
Suſpicionis multa genera,remiſſ.
4 *Suffragium gloſſarum.*
Supremus quis dicatur.
Proximus q' ſit.
5 *Additio gloſſarum.*

CAP. V.

IOſeph. In ſuperſcri.[*eodem.*]Matthæ.ſ.
1 j.al.ij.c.primogenitus † dr̃, qui
primo naſcitur,etiam ſi nullus eum ſequa-
tur.[*Donec.*]inducit Hoſt.ſimile.ii.reg. vi.in
fi.ibi,igitur Michol filiæ Saul non eſt natus filius vſq; ad
diem mortis ſuæ,vtique nec tunc poſtea.[*primogenitum,*]
2 habebant † olim primogeniti quædã iura, de quibus no.
vij.q.j.q̃ periculoſum, & vide.ſ.de voto,licet,ad finem.
[*quidam.*]Eluidiani.ſ.de quibus xxiiij.q.iii.ca.pe.ver.Elui-
diani.ſcripſit autem Hiero.valde pulchre ↄ̃ libellũ illius
Eluidii,& in princi. dicit ſe non diſtuliſſe, quia difficile
foret hominem ruſticanum,& vix primis imbutũ lite-
ris ſuper veri aſſertione ↄuincere,ſed ne rñdendo dignus
fieret,qui vinceretur. Rñdet demum ad id,qđ dr̃ Chriſtũ
fratres habuiſſe diſtinguendo quadruplicem fraternita-
tem,nã.ſ gente,cognatione,& affectu, quam plene pro-
ſequitur,demum ſic ad propoſitum ſubdit,tu dicis Ma-
3 riam virginem non permanſiſſe,Ego † mihi plus vendi-
co etiam Ioſeph fuiſſe virginem per Mariam,vt ex virgi
nali coniugio virgo filius naſceretur. vide ↄ̃.Eluidiũ.C.
[*peruerſiſſime.*] quia hæretice.hæc.n.hæreſis damnata, vt
proxime dixi, pp hoc de multiplici ſuſpitione loquitur
hic Hoſt.& no.de pſump.quanto.[*nocens.*] cum ſup.tm̃.
Vin [*Natus.eſt.*]arg.pro ali.vnici c.pro primo in contra-
rium facit,qđ no.j.q.j.Chriſtus,& xiij.q.i.§.ij.ver.laboran
4 tem,& in Hiero.ſuper Ephe.poſt prin.¶ In † gl.ij. [*ibi antecedit.*]ſequitur,ſuppremus eſt,quem nemo ſequitur,ſic
iacet lex proxim.[*& ibi.proximi.*] ſequitur, appſone etiã
5 ille continetur,qui ſolus eſt.¶ In † gl.ii. [*in fine.*]& in pœ
ff.§.in reliqua.adde quod no.lxxvij.diſt.c.j.

SVMMARIVM.

1 *Suffragium gloſſarum.*
Ad intentionem loquentis, non uerba recurrere debemus, & numero 1.§.1.
2 *Additio gloſſarum.*

CAP. VI.

INtelligentia. [*Cauſis.*] de acc.cũ dilecti. Abb.¶ In
1 † glo.j.[*ibi,in ambiguis.*] vide de teſti.cum cla-
mor, in gl.ii. ¶ In iij.gl. [*ibi, Nepos Proculo.*]
Si promiſit quis pro dote 100. tribuere,cũ poterit,ad id,
qđ actum eſt.redigitur interpretatio,alias intelligitur,cũ
ſine incommodo poterit. [*& ibi, ſemper in ſtipulationibus.*]
in ſtipulationibus,& ↄ̃ctibus ſequimur,quod actum eſt.
ſi nõ apparet,ſequimur,qđ in regione frequẽtatur, qđ ſi
non apparet,ſequimur minimum. [*& ibi.verum ij.*]vide
in p̃.c.cum dilecti,ſuper gl.cã.¶ In glo.pe.[*ibi.Labeo.*]vide
de priui.quanto,in.j.gl.& ĩ.c.ii.¶ In gl.vlt. [*ibi ſcire.*] vide
de priuile.quanto,ſuper.j.glo.[*& ibi,cum quidam.*] vide de
eleti.ex.mini.[*Iatores.*]ſuper gl.pen.[*& ibi.cum quæſtio*]li-
cet bis teſtator Titium nominet, & ſemel tm̃ Sempro-
nium,æqualiter diuidunt.¶† In glo.pen.[*ibi,reſtante.*]Ioã.
iiij.¶ In glo.vlt. [*ibi.ſeruire debet.*] vij.q.j. ſuggeſtum, ad fi.
Hoſt.[*& in fi.*]& ſ.duob.proximis capl.& C.de liber.præ.
l.iij.Hoſtien.

SVMMARIVM.

1 *Dicendi ordo duplex.*
Enallage figura tempus præſens pro præterito.
2 *Suffragium gloſſarum.*
Intentio teſtantis inſpicitur, in quolibet genere dicendi ſit,
3 *Additio gloſſarum.*
Teſtium dicta qualiter ſcripta ualeant.
Mos quandiu eſt ſit fas,nec audet Hoſt.reprobare.
Notariorum pigritia in non ſcribendis dictis teſtium reprehẽditur
Euridis Reginæ Panoniæ canonizatio quando facta.
4 *Sententia pronuntiantis,ſicut alius quidam pronũtiauit, an teneat*
Varietas narrandi non officit,ubi eadem dicuntur, iuncto contextu

CAP. VII.

1 NIhil obſtat. Dicit † Hoſt. ꝙ duplex eſt ordo dicendi.Nãlis,
ſm quem primo dicuntur, q̃ primo obue-
niunt.artificialis,vbi aliqñ poſtponuntur.in-
de Horatius,Ordinis hic vetus erat,aut ego fallor, vt iam
2 nunc &c.[*Dicere.*] i.dixiſſe. ¶ † Prima glo.arguit,all.ↄ̃riũ,
& ſoluit.¶ In.j.gl.[*ibi,quoniam indignum.*] in quolibet loqñ
di genere formata inſtitutio valet, ſi per eam liquet vo-
luntatis intentio.& no.de con.coniu. dudum.in.iii. gl.
3 ¶ † In glo.j. [*ibi, peribermenias.*] idem eſt ꝙ liber de interp̃-
tatione.peri,p̃poſitio Græca idẽ,ꝙ de,hermenia idem,ꝙ
interp̃tatio.[*& ibi,pro teſtibus.*]no.ẽt per hoc Hoſt.ꝙ ſi re-
ceptor teſtiũ ſcripto ſeriatim dicto primi teſtis ſcribi fa-
cit,vel ſcribit de ſecundo,idẽ dixit, & ſic de ſingulis.licet
quidã dicta hæc dicant nõ valere,argu.ff. de teſti.l.iii.§.j.
ver.verba epiſtolę,vr̃ tñ,ꝙ valeant,vt in dubio res potius
valeat.j̃ c.abbate,& vt ſalua ſit probatio,vt lit. non ↄteſt.
c.fi.in princi.& eſt ſenſus.idem dixit quo ad ſnĩam,non
quo ad p̃meditatum ſermonem, ꝙ ſi eſſet,deberet illud
ſcribi facere,vt in præ.l. & ſ. de fideinſ. conſtitutus,ad fi.
iõ,ex quo nõ ſcribit ↄ̃ teſtem, quo ad hoc omnia præſu-
muntur acta ſolenniter,Inſti,de fideiuſ.§.fi.melius tamẽ

facere

faceret totum ſcribendo, cum ſit magna vis in verbis.ſ.
de priuile.ſi papa, ſed quia ſic vtuntur omnes communi
ter,q̃diu exp̃ſſe reprobetur hæc pigritia, dicit Hoſt.ꝙ nō
audet reprobare,& ſit fas,q̃diu eſt mos.xxxij.q.iiij.obiici
untur.dicit tamen ꝙ Vrbanus.iiij. in inquiſitione ſuper
canonizatione S.Euridis reprobauit hãc pigritiam,quã
ſucceſſor eius Clemens.iiij.approbauit, qui dictam ſan-
ctam canonizauit.legi in chronicis de iſta ſancta duciſ-
ſa Poloniæ,ꝙ procuratori canonizationis ſuę in triſtitia
exiſtenti, quia pluribus annis protelabatur ipſius cano-
nizatio,reuelauit canonizationem, & diem. Item ipſe
Hoſt. dicit etiam hanc pigritiam hodie in curia repro-
batam,& merito, quia ſcribenda eſt lex per cōſequentiã
literarum C.de ve.iu.enu.l.i.§.ſi.& tamen pp exempla te
ſtimonii, quæ deſunt, eſt maius periculum in ſcriptura
ipſius,q̃ in ſcriptura legis, cuius multa reſtarent exem-
pla.remit.etiam ad ea,quæ no.ſ.de teſti.cum cauſam, &
ad hoc etiam remittit.G.in ſpe. de teſte.§. nunc tractan-
4 dum,ver.cautum quoque.de iudice†vero, qui dicit,pro-
nuncio.ſicut talis pronunciauit, vide in ſpe.de ſentētiæ
prola. §.qualiter, ver.qd ſi iudex.[*& ibi periculoſe.*]per qd
c.iſtud intelliges. ſi loquatur de varietate euangeliſtarū
circa horam mortis Chriſti. [*& in fi.*] adde qd no. xvi.
diſtinct.capitu.iii.

S V M M A R I V M.

1 *Gregorij mos loquendi de ſe numero unitatis, vel ſingulari.*
2 *Suffragium gloſſarum.*
Proprietas verborum non ſemper ſequenda ſi mens alia ſit,& numero 1.
3 *Additio gloſſarum.*

CAP. VIII.

1 PRopterea. [*Meam*] Sæpe† Gre.loq̃-
batur de ſe in ſingulari,
ſ.de præſcrip.nihil. [*Ad interpretandum.*]for-
te iſte,cui Grego.ſcribebat,erat notari⁹ prin
cipis,ad quem dirigebat epiſtolam.[*Rogo.*] precatiuo ver
2 bo ex benignitate vtitur Gregorius.¶ In†glo.ij.[*ibi.l.ult.*]
vide de priui.quãto,in.j gl. [*& ibi.§.quoties.*] ſi plures res
cōprehenduntur vna ſtipulatione, & promiſſor ſimplr
r̃ndet,dare ſpondeo,pp oēs tenetur,ſed ſi de vna,vel cer-
tis tm̄ ſic r̃nderit,pp illas tantum tenetur. [*& ibi.l.ul*]ibi
dn̄s domi conuenit ſeruum.i.verberando.[*& ibi.qui iniuriarum.*] ſi actutus iniuriarum ſtipulatus eſt aduerſariũ
iudicio ſiſtere. & ante lit.conte.commiſſa eſt ſtipulatio,
& moritur ſtipulans,hæredi non ꝯpetit actio ex ſtipula-
3 tu,cum iniuriarũ actio in eum non tranſeat. ¶ In†gl.ii.
[*ibi.domino ſancto.*]ad idem iura all.ſ.eo.intelligentia,in fi.
vlt.glo.[*& in fi.*]ad hoc.ſ.de reg.iur.quæ a iure. cum ſuis
concor.li vi.impropriæ locutiones habentur.xxxiiii.diſt.
ſi quis viduam.lxi.di. Carnēſis.i.q.v. præſentium.xv.q.i.
mulier.xxii.q.i.mouet te.ii.q.iii.mulier, & ca.innocens.
xxiii.q.v.excommunicatorum.xxxiiij.q.ij.in lectum.

S V M M A R I V M.

1 *Loquendi communis uſus conſiderandus.*
Prioratus interdum eſt dignitas per ſe.
2 *Additio gloſſarum.*
Maior domus quis, & vbi ſit in uſu.

CAP. IX.

QVamuis. [*Præſunt.*] cuicunque offō.
tacit.ſ.eo.ex parte.j.& quod
ibi dicam ſuper glo.ij. [*Vſus.*]conſiderandus,
1 †eſt cōis vſus loquendi. ff. de fluminib.l.i.ff.
de fun.inſtru.cum de lanionis.§.aſinam, de ſpon.ex lite
ris.j. [*Prioratus.*]eſt etiam prioratus interdum dignitas p
2 ſe ſic dicta,de præbē.niſi,& c.fi. ¶ In†gl.vlti. [*ibi.ſaluator.*]
de æta.& qua.c.j.de app.conſtitutus.ij. de ele. non reſi.ex
parte,de his quæ fi.a maio.par.ca.ex ore, cum multis ſi.
[*& in fine.*]ſicut & maior domus, quæ dicitur eſſe Ver-
cell.vt no.lxxxix.diſt.volumus.

S V M M A R I V M.

1 *Fori partes tres quæ eum ornent,nu.5.eius ſignificatus,ibid.*
Cauſæ nomen capitur multis modis.& nu.5.§.4.
Quæſtores unde dicantur.
Limitis definitio quæ,& ubi.
Et,pro aut.in fi.
2 *Iuſtus quis.*
Ratio non conſideratur in teſtib.
De hermaphrodito quædam remiſſ.
Semper,id eſt ſæpe,in fi.
3 *Epilogus,& ſuffragium gloſſ.nu.4.*
Litis nomen quid ſignificat.
Imeſis figura dictionis.§.j.
Fæmina varium & mutabile.§.ii.
5 *Additio gloſſarum.*
6 *Reus unde dictus.*
De antonomaſia.§.i.
Tapinoſis,conceptio figuræ verborum,ibid.
7 *Conditio perſonæ conſideratur,& qualiter.*
De aſcriptitio,& ſtatulibero remiſſ.
De reputato pro tali communiter quid iuris.

CAP. X.

FOrus. Nec ſummarius, nec literalis ca-
ſus hic ponitur, & ſunt hæc ety-
mologiæ Iſidori.[*Locus.*]vide qd̄ dixi, de ſo.ꝯ-
pe.ſup Rubrica.[*a fando*] i.loquendo a lor,ſa
1 ris.[*Iudicio.*]iſtę†ſunt tres partes fori,q̃ primo exponũtur.
[*Cauſa eſt.*]multos modos,quibus dr̄ cã, ſcripſi,de acc.cũ
dilecti,ſuper gl.cã.[*Quæſtores.*]non a q̃ſtu,vt.ſ.ti.ii.cum ex
eo,ſed a q̃rendo, vel interrogando.xxx.q.v. iudicãtem.ſ.
de fi.inſtru.cum lo.[*Limitis.*]vide qd̄ dixi poſt Hoſt.de pa
ro.ſuper eo.vbi ēt poſui diffinitionem limitis.[*Et fide.*] &
pro aut.[*Iuſte.*]ita magnum,vt paruum, de iudic. nouit.
[*Iuſticia.*] i.Io.iij.B.qui† facit iuſticiam,iuſtus eſt.[*Qua petitur.*] i.ſup qua impetitur,alias, q̃ petitur, & eſt planior.
Hoſt.[*& ratio.*]ratio vero nō ꝯſideratur. Vnde Teuton-
cus notus teſtificari poteſt ꝯ Gallicum, vt no.iii.q.v. ca-
nonica.[*Fæmina.*]quid de hermaphrodito,hēs.iiii.q.iii.§.
item in criminali,ver.hermaphroditus, vbi ēt de eo mō
ſtruoſæ qõnes no [*Semper.*]i.ſæpe.[*Producit.*]verſi.Virgi-
3 lij.lib.v. Aeneid.¶ †Glo.arg.ꝯ,ſignat ꝯtrium,& dupliciter
ſoluit.¶ Glo.hoc eſt,proſequitur de.xii. figuris.¶ Gl.hoc
4 intellige. ſignat ꝯtrium,& ſol.¶ In†gl.quia fecit.[*ibi,litis*]
ſeqtur, nomen actionem ſignificat ſiue in rem,ſiue in p
ſonam.¶ In gl.hæc eſt.[*ibi quod ſi de ſpeciali.*]ibi,ſatis iudi-
catum ſolui dare debebit. [*& ibi,ſi poſt acceptum.*] ibi, vſu
hominem ceperit.¶ In gl.C.de. [*ibi.filia*] ſi filia, mortuo
patre nupſit voluntate matris,pp matrē, cuius voluntas
eſt momentaria, pœnitentia diuertere nō tenetur. & in
l.ſe.rep̃hendendo dr̄, ꝙ ēt ſi ſub ea ꝯditione, ſi diuertat,
reliquit eã hæredem, hæreditatem habebit,licet non di-
5 uertat.¶ †In gl.ij.[*ibi,ornantibus.*]quali partiũ negocia,alle
gationes aduocatorũ,iudicia iudicũ adornēt forũ,ſcd̄m
Inn.[*& ibi,ex his.*]niſi exponas,forus.i.fori exercitiũ, ſm
ꝙ in eo loco ius redditur,ſcd̄m Hoſt. ¶ In glo. iij.[*ibi,caſualiter.*]non fortuite,ſed prout dicimus,q̃ritur de tali ca-
ſu ſcd̄m Hoſ.¶ In gl.iudicium.[*in fi.*]aliter deſcribitur in
ſumma de iudi.§.j.Ho.¶ In gl.qa fecit,[*in fi.*] vide in ſpe.
de Reſcrip.põ.§. rõne formæ,ver.itē ꝙ qõ. ¶ In glo.arg.
[*ibi,ſi quid.*]& de hoc plene no.c.di.turbat.vide in ſpec.de
aduo.§.nũc de exordiis,ver.vl ita,ſicut Boetius.[*& in fi.*]
ad idem.iij.q.v.accuſatores.ij.¶ In gl.argumentum,in fi.
vide qd̄ dixi de cle.pe.inter quatuor, ſup ver.argumentũ.
¶ In gl.hic æquiparantur.[*in fi.*]& ſ. de fide inſtru.cũ lo.
¶ In gl.nō notorio.[*in fi.*]ſ.de iureiu.ad noſtram iii.¶ In
gl.ar.ꝯ[*ibi,dici.*]ſm.R.& T. [*& ibi præmiſit.*] de hoc.iiii.q.
iiii.c.j.vel ꝙ dicit,tres,ſup.vel duo,vt in ꝯtriis ſm Hoſtien.
6 ¶ In†gl.nō a reatu,[*ibi.c.ult.*]& melius.q.vlt.c.vlti.in fi.ſa
ne intelligas gl.qa reus ſicut dr̄ a re,q̃ petitur vt hic.ſ.de
mu.pe.ca.ii. & in titul. de duob.reis, & p volumina legi-
ſtarũ,ſic ēt dr̄ a reatu,ſuper quo impetitur,& facit hic li
tera.[*ſceleris.*]ad id vide ꝙ ibi no.i l.j.ff.de adul.adult.poſt
quinquennium,

quinquennium,& l.q̃uis.ij.ff.de acqui. hære. Pantonius.
§.rei.& ad Silla.pp veneni.§.fi. intendit ergo gl. ꝙ nō dr̃
a reatu commiſſo,ſed a reatu de. ¶ In gl.hæc eſt figura,
[*ibi, Paulus.*]fallit interdum,vt.xciiij.di.c.vlt. [*& inf.*] itē
rapinoſis.i.nimia humiliatio, ſicut ſeruus ſeruorū Dei.
s̃.in proœmio.Item ꝯceptio, qñ plures pſonæ ſingula-
res ꝯprehenduntur ſub nomine plurali,vt tu., & ego le-
gimus.ſi c. s̃.de ꝯſti.cum acceſſiſſent,ſ'm Hoſt.¶ In gl.qa,
7 †ſeruus, [*ibi, non poteſt.*]de hoc,& quid de illo, qui cōiter,
vel a maiori parte.vel a pluribus habebatur liber, & qđ
de aſcriptitio,& ſtatulibero,vide in ſpec.de teſte.§.j.ver.
item quod eſt ſeruus,& ſequētib.Aegi.in dec. cum nos,
de his,quæ fi.a p̄la.per ipſam decre.dixit, ꝙ ſi ſeruus ma
numiſſus per abbatem ſine maiori parte capituli teſtifi-
catur, & poſtea maior pars ratificat, ꝓ valet teſtimo-
nium.Item dato,ꝙ non ratificet, valet, ſi cōi opinione
putabatur liber per l.Barbarius,ff.de offic.præto.& l.j.C.
a de teſta.[a] ¶ In glo.hoc intellige. [*ibi, ex eo.*] vbi de hoc,&
eſt l.q̃ habetur.ff.de teſti. ex eo, & no.a.i ea, quæ dixi.s̃.
de reſcri.c.ii.ſuper gl.pe. [*& in fi.*] quid de codicillis,vide
in ſpec.de teſte.§ j.ver. itē ꝙ eſt mulier,& ver. ſc. Accur.
no.ꝙ admittitur.ff.de teſta.qui teſtō.§.mulier.

ADDITIO.

a ¶ De teſta.Vide ibi glo.Bar. Bal. & plenius Sali.& an conditio ſuperue-
niens,& inhabilitans teſtem noceat teſtimonio,ibi vide, & per Bar.in
l.teſtium,ff.de teſti.

SVMMARIVM.

1 *Pacti etymon. fit ſine ſcriptura,niſi aliter conueniat.*
2 *Suffragium,& additio gloſſ.*

CAP. XI.

PActum. [*Moribus.*] quod†dic,vt.s̃.de
pac.c.fi. [*Factum.*] vel quaſi
pacis actus.ff.de pactis, conuētionum. Gre.
ſuper Iob.xl.c.in pacto diſcordantium par-
tium voluntas impletur, vt ad votum ſuum quæque p-
2 ueniat,& iurgia deſiderato fine concludat. ¶ † In glo.ii.
[*ibi, prætor ait.*] vide hanc & ſc.de pac.c.fi. ¶ In gl.j.[*ibi pa-
ctum fit.*]& valet.ff.de pigno.l.ꝯhitur, niſi ſic conuenerit,
vt fiat in ſcriptis,vbi quod non valet,niſi ſcriptura inde
facta ſit, & completa. C. de fide inſtru.contractus,[a] ad
hoc.s̃.de pac.c.ii.Hoſt.

ADDITIO.

a ¶ Contractus. Ibi vide plene de contractu in ſcriptis per Barto.Bal.&
pleniſſime per do.Bar.de Sali.

SVMMARIVM.

1 *Iuris nominis uaria acceptio.*
2 *Prætore auctore quod fit,valet interdum,quod non valeret.*
Poſſideri iuſte quod dicatur,& quod male,uel iniuſte, nu.3.§.j.
3 *Suppletio gloſſarum.*

CAP. XII.

1 IVs dictum. Non†loquitur hic Iſi-
dor⁹ de iure gñali, qđ
legibus,vel moribus conſtat, de illo enim di
cit,ꝙ dictum eſt ius,quia iuſtum eſt.hoc pa
tet.j.diſt.c.il.& v.Etimo.ſecundo ca. ſed ſumitur pro iu-
re,qđ competit priuato in re aliqua. vnde textus Iſidori
ſic iacet li.v.c.xxiij.de hæreditarib. in prin. res in noſtro
iure ꝯſiſtunt.Iura aūt ſunt, quæ a nobis iuſte poſſidētur,
nec aliena ſunt, dicta eſt autem res a recte habendo.ius
a iuſte poſſidendo,hoc enim &c. vt ſeqtur, vnde nimis
fuit deciſum,multas ſignificationes hui⁹.verbi, ius,dicā,
de reg.iu.li.vi.ſuper gl.Rubricæ,in fi.[*Iuſte, quod bene.*]pu-
2 ta †auctore p̄tore.ff.de acqu.poſ.iuſte.eius enim auctori
tas interdum facit valere,quod non valeret. ff. quod cū
fal.tu.l.j,& excuſat ab infamia.ff.de his,qui no.inſa.l.fur
ti.§.qui iuſſu; & quocunque modo non ꝯ Deum,& iu-
ra acquiratur tpalis res,poſſidetur iuſte. patent exempla
inſti.de rerum diui.& ff. de acqui.re.do. Spiritualia vero
nunq̃ ſine auctoritate iuris, vel ſui eccleſiaſtici iudicis.j.
c.i.Hoſt.¶ † In glo.ij.[*in fi.*]ſcđm Ala.¶ In glo.iii.[*ibi, aua
ri.*]vel prodigi,& de vtriſque no.s̃, de ꝯſue.c.pe. ¶ In glo.
vlt.[*in fi.*]vt p̄do,& s̃, de rapto.c. j. & per totum.l.j.ſubri-
pit vt fur.s̃.de fur.qui cum fure, vel iniuſte recipit vt vſu
rarius.s̃.de vſu.conſuluit, & per totum ſecundum Hoſt.

SVMMARIVM.

1 *Oblatio large,& ſtricte quemadmodum accipiatur, quando debita,
& a quibus.*
2 *Epilogus,& ſuffragium gloſſ.*
*Per ſeruum hæreditarium quæritur hæreditati, non adit tamen hæ
reditatem ſine domini iuſſu.*
3 *Suppletio gloſſarum.*

CAP. XIII.

1 CAuſa. Se ſummat.[*Offerunt.*]in†vita,vł
in morte.s̃.de ſepul. de his.& ſe-
cundum hoc generaliter ſumitur hoc ver-
bum,oblatio.ſic.j̃.eo.cum inter. ſtricte vero
dr̃ oblatio id, quod in miſſa offertur ſacerdoti,quæ de
bita eſt in præcipuis feſtiuitatib.s̃.de paro.vt dominis,&
ad huius æſtimationem tenentur etiam infideles.s̃.de
2 vſur.quanto,ad fi. ſcđm Hoſt. ¶ † Gl.ii.quærit,& tres op.
ponit.¶ In glo.ii.[*ibi, obtinet.*]in multis,ſed non in oībus,
vnde per ſeruum hæreditarium hæreditati acquiritur,ta
men ſeruus inſtitutus non adit hæreditatē,quia in adeū
a do requiritur iuſſus[a] dñi.¶ † In glo.ii.[*in fine.*] de hoc xii.
q.i.expedit,& xvi.q.i.quoniam quicquid. vide quod ſcri-
pſi de cauſa poſ.cum ſuper, in magna glo. ¶ In glo.iii.
[*in fi.*]& xiiii.q.v.in ſumma. ¶ In glo.viii.[*in fi.*] & ſupra
de pec.cleri.c.pe. in fi.

ADDITIO.

a ¶ Iuſſus. Vt in.l.hæreditas in multis,ff.de acqui.re. domi. & uide in l.ſi
quis mihi bona,per totum,ff.de acqui.hær.

SVMMARIVM.

1 *Vngere ſolus ſacerdos infirmum pōteſt, quod eſt unum ex ſeptem
ſacramentis,tunc an pluribus opus ſit ſacerdotibus, nu.4.*
*Mathiæ apoſtoli vigilia, & feſtum anno biſſextili quo die ſeruan-
da,& nu.2.*
2 *Vigilia ſanctorum ſi contingat die dominica,quando facienda.*
*Biſſextilis dies pro uno cum præcedenti capitur, & qui ſoluit in ſe
cundo dicitur antecedenti die ſoluiſſe,in fi.*
3 *Epilogus,& additio gloſſ.nu.4.*
*Anni ſpecies,vel genera multa & quæ quando incipiat,& quan-
do finiat.*

CAP. XIIII.

1 QVæſiuit. C. Solus†ſacerdos vngere p̄t
infirmum.ſcđo dr̃, ꝙ anno
biſſextili circa diem ſancti Mathiæ feſtan-
dum ſeruetur loci conſuetudo, dum tamen
vigilia ꝯtinuetur feſto.ſcđa ibi,feſtum.[*Inungere.*]ſ.oleo,
& eſt iſtud vnum ex.vii.ſacr̄is eccleſiæ, de hoc plene.s̃.
2 de ſacra vnc.c.vno.[*Dominica.*]dicit Hoſt. ꝙ in†anno bi-
ſextili vigilia huius apoſtoli non p̄ōt obuenire dñica,qa
ſi tunc occurrat in Calendario feſtum in die Lunæ, ea
die erit vigilia,& ſcđa erit feſtum.Si in die dñica, tūc nō
obſtantib. verſibus hic poſitis, prima die erit feſtum,&
proximo ſabbato vigilia.& dicit, ꝙ nec valet ꝯ̃ria ꝯſue-
tudo.Hoc ergo,vel illud accidat inter diem feſtum,& vi
giliam,nō erit dies intermedia. in aliis vero feſtis cū oc-
curreret vigilia in dñica,fieret, quod hic dr̃.vigilia ergo
ſcripta bene poſſet obuenire ī dñica, & ſic loquatur hic.
[*Celebretur.*]ſēt.n.ipſius ap̄li.licet forte fuerit electus, vi-
gilia ieiunari.s̃.de obſer.ieiu.ca.j. [*Pro uno.*] per hoc dixit
Vin.eum,qui illo die ſoluere debebat,excuſari, ſi ſoluat
in ſecundo. [*Teneatur.*] niſi occurreret in die dñico,vel
3 die Lunæ,vt dixi ſ'm Hoſt.¶ † Glo.j. ſignat ꝯ̃rium,& ſol-
uit.¶ Gl.pe.ſignat ꝯ̃rium, inſtruit in cognitione biſſexti.
Quærit,arguit negatiue,ponit ꝯ̃riam op. La. quam ap-
4 probat. ¶ † In glo.i. [*ibi, apoſtolo.*] Iacobo.v. & s̃.de ſacra
vnc.c.vno,in prin. [*& ibi numerus.*]& j̃.de regu.iur. plura
lis,lib.vi.[*& in fi.*]vel dic ſ'm Hoſt. ꝙ in auctoritate Iaco
bi plurale reſoluūt in ſingulare.Ia.dicebat, ꝙ illud intel-
ligitur diſtributiue in qbuſdam locis,vt Paduæ ſeruatur
ad literam,ꝙ plures presbyteri conueniunt ad vnctionē
extremam,vnus tamen inungit, alij rñdent. ¶ In glo.

pe.

5 pe.[*ibi, ſolaris.*]ad dr̄iam †lunaris,qui eſt vnius mēſis, vel
intra quod luna ambitum cœli luſtrat. vnde Græce lu-
na dr̄ mene.curſus aūt Martis fere biennium tenet. Io-
uis ſtella annos ſolares.xii. Saturnus vero annos.xxx.in
circuitione conſumit.eſt enim proximior firmamēto,
& ſic circulo maiori diſcurrit.econtra luna inferior mi
nori currit circulo,ſol autem inter.vij.ſtellas, vel plane-
tas numero medius eſt,ſed non dimenſione.annus aūt
mundalis dr̄ finitus,cum omnes ſtellæ,& omnia ſidera
a certo loco ad eundē locum ita remearint, vt nec vna
quidem ſtella alio loco ſit,q̄ tunc fuit, cum motum fe-
cerunt, quod ſecundum huius rei peritos poſt annorū,
xv.millia peracta cōtinget, qui,vt dicunt,ſi verus annus
ſecundum iura diſcernitur, non ſecundum vnius aſtri
curſum,ſed ſecundum omnium aſtrorum,q̄ in quocū
que cœlo ſunt,reditum ad locum, quo exierunt,iudicā
dus eſt,quia vero expeditius eſt,quod per ſe patet,annum
recipi ſecundum ſolis curſum, iō vſus omniū hunc cur
ſum recepit, qui fuit etiam philoſophis in diſcernendo
facilior,vt dixi in cle. ad quam j̄. remittam. curioſus ēt
in his videre poſſet Macrobium ſuper ſomnio Scipio
nis,li.j. c.xix.li.ij.c.xi.& vlterioribus,vbi inuenies,ꝙ ſtel-
læ non vagæ,ſed fixæ ita tardum habent curſum, ꝙ ho-
mo illum in ſui principio ętatis inſpiciens,etiam in ip-
ſius ętatis termino illarum motum non perciperet a lo
co primo fuiſſe,ibi etiam inuenies, ꝙ annus ſolaris, vel
alius nō habet certum principium. vnde nō ſolum Ca
lendis Ianuarij,ſed etiam in quolibet die, vel puncto in
choat,& finitur,huius ratio, quia per circulum currit,
cui deeſt finis,& principium[*& ibi ſtatur.*]niſi ſic fieret,
principium hyemis,qđ habemus.viij.exeunte Nouem-
bri,per curſum.ccclxviij.annorum haberemus in prin-
cipio veris,qđ eſt.vj.exeunte Frebruario. & ſic de ſingu-
lis.illis vero annis duplicatis haberemus principiū hye-
mis in principio ęſtatis, quod eſt.viij. exeunte Mayo. Si
vero ſingulis annis daremus Febru. xxix. dies, habere-
mus primum in cxiiij.annis,ſm̄ in ccxlviij.vnde ſcias,
ꝙ ante tempora Iulij Cęſaris,& Nūmę Pompilij quili-
bet menſis occurrebat quandoque in hyeme, quando-
que in ęſtate.de quo vide in cle.de reliqui.c.vno.§.licet,
in gl.ſ.Calendarium[*& ibi,Calendas.*]de his plene no. in
fi.vj.libri,ſuper data[*& ibi,minorem.*]vide qđ no. ff. de di-
a uer.& temp.præſ.l.ij.in vlt.[a]gl.[*& in fine.*]idem no.lv.di.
c.ij.ar.contra.ſ.ti.i.c.penulti Hoſt.ibi dixi in j.gl. & vide
quod dicam,de re iudi.c.4.lib.vj.ſuper glo.ex tunc.

ADDITIO.

a ¶Glo.Ibi etiam uide Bar in l.cum biſſextus, ff. eod. titu. & uide gloſ.
quæ incipit quid dicam,in cap.ſi propter,de reſcriptis, libro 6. & in il-
la uide extenſionem contra.l.iii.§.Sicuus,hic in glo, pro contrario ul
le.quod hęc glo.non ſoluit.

SVMMARIVM.

1 *Sententia definitiua per verbum ſtatuo, & præcipio,profertur.*
2 *In ſingulari numero olim dictabatur,poſtea ſuperbiti iudices utun-
tur ſemper plurali.*
*Super interpretatione fertur definitiua in præſentia partium, ſine
tamen litis conteſtatione.*
Quæ pertineat ad principem,nu.3.§.ij & nu.4.
3 *Epilogus,& ſuffragium.*
*Reſtituendi verbum plenam habet ſignificationem etiam fructus
comprendentem.*
Reſtitutus etiam recuperat patriam poteſtatem.
4 *Suppletio gloſſarum.*

CAP. XVI.

IN his. Per†verbum,ſtatuo,& præcipio,
diffinitiua profertur. ij. ibi, Antē-
dentes.[*& infra.*]continebat deciſa, ꝙ recur-
rendum erat ad papam.[*Eodem*]forſan con-
uerſi,& familia hoſpitalis non recipiebant illū pro ma-
giſtro,forſan fuerat electus ab abbate ſancti Simplicia-
ni.facit decre.de arbi. cum olim,& antiquā,in fi.[*Præci-*
2 *pio.*] iudices† noſtri temporis hodie ſuperbiti vtuntur
ſemper plurali.concor.ad hoc de off. dele. cum in iure.
[*Significat.*]tamen interdum ponitur conſultiue.ſ.de of
fi.dele.ſuper quæſtionum.§. verum. [*Diffinimus.*] no. ſu-
per interpretatione diffinitiuam ferri,& partibus pręſen
tibus.de hoc dicam.j̄.e.cap.proximo,non tn̄ requiritur
conteſtatio litis ſm̄ Inno.ne lites oriantur ex litibus. C.
de fide inſtr.l.fi.de re iudi.inter,& c.ſuborta.Hoſt.in an.
continetur,ꝙ appellatum fuit a ſententia, ꝙ non obſt.
3 ap.papa ſententiam confirmauit.¶†Gl.j. reſpondet per
ob.& no.& remittit.¶In j.gl.[*ibi.§.j.*]īcipit,ſi arbiter. vi-
de de accuſ.c.iii.& ſuper vl.gl.[*& ibi,præſes.*] canonizata
in præ.§.In glo.ij [*ibi,in fauiana.*]verbum,reſtituas,plenā
habet ſignificationem etiā quo ad fructus. [*& ibi.l.vlt.*]
reſtitutus recuperat etiam patriam poteſtatem. ¶In gl.
vlti.[*ibi l.j.*] ſolus princeps interpretatur inter æquitatē,
& ius ſcriptum.[*& ibi, quoties.*]vide in c.i.alle.ſup gl.ſic.
ff.[*& ibi,de verbo.obl.quoties.*]vj.de priuil.in his,ſup vlt.gl.
4 ¶In gl.vlti.[*ibi.l.j.*]vbi de hoc,& xj.q.j. §.ex his. & de po-
ſtu.c.i.quia decretalis iſta fuit vltima in compil. ſecūda.
Tan.narrato,ꝙ interpretatio generalis & neceſſaria ſpe
ctat ad papam,&ꝙ iudex eadem die interpretari,& ſup
plere poteſt, ſubdit, ꝙ ſummus interpres eſt Deus, qui
apoſtolo teſtante.j.ad cor.ij.poſt prin.gratiam interpre-
tandi, cui vult, concedit, & ſic concludit ſibi referendo
honorem,& gloriam per ſecula ſeculorum. & vide qđ
dicam.j̄.eo.abbate,in fine poſt gloſſas.

SVMMARIVM.

1 *Priuilegiorum verba largiſſime interpretanda,& n.2.ſed non ſem
per,nu.7.§.j.*
An ſit appellandum beneficium,nu.9.§.ii.
Eius deſcriptio,nu.10.
Pro ipſum fruſtra impetratur,quod iure communi cōceditur,ibid.
2 *Manualia bifariam accipiuntur, & qualiter hic.*
Priuilegij acceptio uaria,nu.4.& 8.§.ii. & nu.10.
3 *Moliri ſonat in uitium.*
Dubitandi ratio quæ hic erat.& nu 8.
4 *Interpretatio,& modificatio an & quæ fiat partibus præſentibus.*
Priuilegium facit quem cenſeri præſidentem, nu.5.
5 *Priuilegiati percipere debent id omne, quod percipitur a præſenti-
bus.*
Impropria locutio ad dictio.inimaximus.
6 *Epilogus,ſuffragium & ſuppletio gloſſ.nu.7.8.*
Decretalis huius intellectus quis,& nu.9.& ſupra 2.
9 *Beneficium multis ſumitur modis.§.ii.*
11 *Reſcriptum quid dicatur,& ad quid impetretur.*

CAP. XVII.

1 CLim. &c.Ca.†Verba priuilegiorū ſunt
interpretanda largiſſime, & pri-
mo ponit mandatum.ſecundo ipſius inter-
pretationem,& eius cauſam. ii. ibi, quia ve
ro.& erat olim ſub ti.de reſcrip.[*De communi.*]forte tunc
2 nil erat in eccleſia illa diſtinctum. [*Manualia.*]non†vo-
cat hic manualia, quas vocamus diſtributiones, ſed p̄-
bendam,quæ ſingulis diebus dabatur, canonici enim p̄
ſentes,etiam ſi diuinis non intereſſent,tantum ſingulis
diebus habebant de pane,& tantum de vino, & de pecu
nia, & forte certis temporibus certum quid pro veſtib.
Iſta ergo manualia æſtimabuntur,& iungentur cū ſum
ma veſtitus,& hæc percipiet priuilegiatus,ne ī tali eccle-
ſia ſit ſibi inutile priuilegium. & hoc poteſt eſſe verus in
tellectus,ad quem facit finis decre.ſecundum Hoſt.& fa
cit,quod no.de p̄bē.licet in fi.j.gl.alias dici oporteret,qđ
ſic placuit papæ,vel dic,vt dicam ſuper.j.glo.[*moliuntur.*]
3 ſonat † in vitium pro machinatione, vel ingenioſo co-
natu,& ſcribitur per vnicum.l.deriuatur enim a moles,
non a mollis,concor.de elec.quorundam, lib.vj. forſan
dicebant eos non debere habere manualia,quæ cōſiſte
bant in deoariis,vel forſan,quod illa ſola debebant hr̄e,
vel his ſimile.& concor. ſ. de priuile. in his,de decimis,
4 ad audientiam. [*Beneficia.*]no.quod †priuilegium hic dr̄
bene-

Dubitandi, ratio quæ hic.
3 *Epilogus, & ſuffragium gloſſarum.*
Exercitus quis militum numerus dicatur.
Odia amplicatur an hic, & fauores reſtingantur, et numero 4. §. j. odium non dicitur, quid ad ſalutem ſit animarum, numero 4. in fine.
4 *Additio gloſſarum.*

CAP. XVII.

1 CVm in partibus. Caſus. Generale † interdictum dicitur, quod generaliter fertur etiam in villam, vel caſtrum. communis diuiſio, ſecunda ibi, Cum autem. [*Reuocari.*] & ideo nos conſuluiſtis, ſicut & debuiſtis. [*Priuilegio.*] quod eſt hodie ius commune, infra de ſententia excommunicationis, capitulo fina. libro ſexto. [*Generale.*] hoc verbum inducebat dubitationem. [*Non teneri.*] quaſi in particulari more ſolito ianuis apertis, & campanis pulſatis celebrare poſſent a contrario eius, quod dicebatur in priuilegio, generali interdicto ſecundum Innocen. ſed mirabilis erat iſta concluſio, melius enim contra eos videretur concludendum, quod ſi priuilegiati erant in generali, ergo in particulari celebrare prædicto modo non poterant. quod eſt verum, non tamen ſumendo particulare interdictum, vt ſequitur. [*Caſtrum.*] etiam ſi in caſtro, vel villa vnica ſit eccleſia. &
2 idem, ſi nulla. [*Interdicto.*] & tale † generale interdictum ferri non poteſt per ordinariũ, vel delegatum ſine ſpeciali & expreſſa papæ licentia pro pecuniario debito. quod dic, vt in extraua. Bonif. prouide attendentes.
3 ¶ † Vltima glo. arguit, ſignat contrarium, & ſoluit. ¶ In glo. vltima. [*ibi, exercitum.*] licet exercitus non dicatur vna cohors, vel alia, ſed multus numerus militum, tamen & miſſus ab aliquo numero, quaſi ab exercitu miſſus accipitur. [*& ibi, cum quidam.*] illa forma recipitur in inſtituendo, quæ non recipitur in exhæredando,
4 vt in fundo hæres eſto. in fundo exhæres eſto. ¶ † In gl.
a vide qualiter. [*in fine.*] erit [a] autem particulare, cum interdicerentur eorum eccleſiæ, vel oratoria ſecundum Lauren. & Vincen. ¶ In gloſſa vltima. [*ibi, cum quidam.*] & infra de regulis iuris. odia. libro ſexto. vide, quod ibi dicam ſuper prima gloſſ. quoad §. exercitum. [*& in fine.*] vel dic ſecundum Hoſtien. quod pœna interdicti non eſt odioſa, cum ad correctionem animarum inſtigatur, ȝ. ti. j. c. pe.

ADDITIO.

a ¶ Erit. Quod ſit generale interdictum, & quod ſpeciale, vide in capitu. præſenti. de ſenten. excommunicatio. libro ſexto. & ibi per Io. An. neque. q. in nouella. & vide Ioan. Cal. in tractatu de eccle. interdi. in ij. membro, & in vj.

SVMMARIVM.

1 *Clericorum appellatione etiam canonici comprenduntur in indulgentijs.*
Priuilegium contra conſuetudinem iuri communi præiudicantẽ obtentum interpretandum eſt large.
Dubitandi ratio quæ.
2 *Epilogus gloſſarum.*
3 *Suffragium gloſſarum.*
4 *Suppletio gloſſarum.*

CAP. XVIII.

1 CVm tibi. Verbum † clericorum etiam canonicos comprehendit. dicit Abba. quod ſecundum caſum, quem poſuit. ſupra de teſtamen. cum tibi. quæ eſt pars huius decreta. hoc dicit. Priuilegium contra conſuetudinem iuri communi præiudican-
a tem obtentum interpretandum [a] eſt large. communis diuiſio, ſecunda ibi, Conſultationi. [*Clericorum.*] hoc eſt verbum, de cuius ſignificatione quæritur. [*Ad canonicos.*] & videbatur, quod non propter ipſorum maioritatem. ad hoc ſupra de reſcriptis. ſedes, infra de ſententia excommunicationis. quia periculoſum, libro ſexto. ſed contrarium reſpondetur, nec obſtat capitulũ ſedes, quod loquitur in reſcriptis ad lites odioſis & reſtringendis, ſecus in indulgentijs ampliandis, ſupra eodem, olim. nec obſtat decretalis, quia, quę ponit ſpeciale priuilegium epiſcopalis dignitatis, ſecundum Hoſtien. [*Etiam canonicos.*] concor. infra de priuilegijs, per exem-
2 ptionem. in fine. libro ſexto. ¶ Glo. † prima ponit duas lecturas, & primam approbat. ¶ Vltima glo. dat ſimile,
3 & ſignat contrarium. ¶ † In prima glo. [*ibi, quoties.*] vide de teſti. cauſam. ſecundo. ſuper vltima glo. [*& ibi, pro redemptione.*] vide in capitulo ſtatim allegat. in prima glo.
4 ¶ † In glo. prima. [*ibi, patrimonialibus.*] vel in caſu decre. ſecundæ, ſupra de pœnis, ſecundum Hoſtien. [*& ibi, melior.*] quia illud de iure communi competit epiſcopo, vt probatum eſt, niſi forte dicas ſecundum Innocen. ꝙ ibi de conſuetudine hoc ſpectabat ad alium, puta archidiaconum, vel quia concedebatur diſpoſitio, vt ex illis ſolueret debita eccleſiæ ſuæ. infra capitulo penulti. [*& in fine.*] quæ eſt pars huius. ¶ In glo. vltima. [*in fine.*] ibi ſoluitur in vlti. gl.

ADDITIO.

a ¶ Interpretandum. Quod ergo dicitur ſtricte interpretandum priuilegium, quod eſt contra iura, intelligendum eſt contra iura communia, non ſingularia, vt ſtatutaria, vel conſuetudinaria.

SVMMARIVM.

1 *Prælato, & eccleſiæ iurans obedire, non clero diœceſano, ſed capitulo cathedrali tenetur.*
Iuramentum fidelitatis a quibus præſtetur, & per ipſum ad quæ iurans obligetur, & nu. 3.
Canonicus fidelitatem præſtat.
2 *Eccleſiæ appellatio quos comprendat, & quibus ſumatur modis, numero 6.*
Etſi, quamuis.
Spiritualia iura non ſunt diuiſa inter epiſcopum, & capitulum.
3 *Epiſcopus, & capitulum ſunt vnum corpus, & in quibus rebus, & qui vni iurat, alteri tenetur, præterquam in ſegregatis.*
4 *Vni eorum præcipienti obediendum, ſi contrarium præcipiunt.*
Inter eos quid ſi lis vertatur.
5 *Epilogus gloſſarum.*
6 *Additio gloſſarum.*
Canonicis ſingularibus per iuramentum præſtitum prælato, & eccleſiæ quis non obligatur, niſi iuraſſet aliquibus non collegiatis.

CAP. XIX.

1 CVm clerici. Caſus. † Iurans obedire prælato, & eccleſię, non clero diœceſano, ſed capitulo cathedrali tenetur, communis diuiſio, ſecunda ibi, nos igitur. [*Clerici.*] in prælatione conſtituti, vel alij, ſi eſt cõ
a ſuetudo. [a] Innocen. & dicit, quod hoc iuramentum eſt debitum obedientiæ, non fidelitatis, vel homagij. quod pro ſpiritualibus non præſtatur. ſ. ti. j. c. fi. dicit Hoſt. ꝙ ſi homagium non reſpiciat, fidelitatem reſpicit. vnde ſequitur, fidelis vero, & per hoc obligatur ad multa. de quibus. ȝ. de feu. c. j. Item canonicus fidelitatem præſtat. de hoc. ȝ. de exceſ. præ. grauẽ. de iureiu. breui. [*Præſcripti*]
2 licet † ergo alias appellatio eccleſiæ comprehendat clerum diœceſanũ, & populum. xii. diſ. illa. ad fi. hic tñ ꝑꝑ periculũ, qđ imminere poſſet ex periurio, ſumit̃ ſtricte, vt patet. & facit. ȝ. de iureiu. c. pe. & qđ no. de ꝑb. q̃uis. ad
3 fi. lib. vi. [*& ſi.*] pro quãuis. [*Capitulũ*] † hoc iurm̃ ꝓ ſpiri

tualibus præſtatur. tenetur ergo per iſtud communi-
ter epiſcopo, & capitulo. ſpiritualia enim iura non
ſunt diuiſa inter epiſcopum, & capitulum, qui ſunt
vnum corpus, & illa ſimul exercent, de exceſſibus præ-
latorum, capitulo primo. de his, quæ fiunt a præla. alias
ſi quis clericus, vel laicus pro temporalibus aliquibus,
quæ teneret ab epiſcopo, ſegregatis a capitulo iuraret fi
delitatem epiſcopo, non teneretur capitulo, vel econ-
uerſo. de reſcriptis, edoceri. ſecundum Innocen. [*Princi
4 paliter*] quaſi dicat, ſi capitulũ † præciperet aliquid con-
trarium præcepto epiſcopi, epiſcopo obediat. xi. quæſti.
tertia, qui reſiſtit. quid ſi vertitur cauſa iter epiſcopum,
& capitulum? Dic vt plene no. in ſumma de poſtulan.
5 §. fina. ſub. §. illud in ſumma, Hoſtien. ¶ Glo. † ſecunda
ponit ſex modos, quibus dicitur eccleſia. ¶ Gloſſ. ter
6 tia reddit rationem. ¶ In glo. † ſecunda. [*ibi, canonicis.*] ſin
gularibus tamen canonicis per illud iuramentum nõ
obligantur. xij. quæſtione ſecunda, qui manumittitur,
ſecus ſi iuraſſet aliquibus non collegiatis. ff. de in ius vo
cando. communi, ſecundum Vincen. [*& ibi, ſcire.*] vbi
de hoc. & ſupra ne præ. vi. ſu. capitulo vltimo. [*& ibi, con
gregationem.*] cautius dixiſſet collectionem, vel conuo-
cationem per ea, quæ dixi ſupra de iudæis, iudęi. primo.
quatuor alios modos ponit glo. in præceden. decreta.
vltima. ſcilicet murorum ambitum, corpus Chriſti,
prælaturam eccleſiæ, & ipſius obuentiones. Fran. Ver.
de reſcriptis. eam te. addebat vnitatem totius eccleſiæ,
vel omnes eccleſias orbis, ſeptima quæſtione prima,
Nouacianus. ſupra de ſumma Trinitate. capitulo pri-
mo. §. vna. xxi. diſtinctione, quamuis. & clementi. de ex
ceſſibus prælatorum, frequens. §. verum. in hac autem
varietate dicebat eccleſiam ſumi, prout præcedentia &
ſequentia verba patiuntur per decre. intelligentia. ſupra
eodem titulo, bene facit infra eodem. nouimus,
verſi. pro quo, vbi, aliter ſumitur, quam ſupra de
hæreticis, excommunicamus, ſecundo, vt vtrobique
patet.

ADDITIO.

a ¶ Conſuetudo. Secus in curato, quia iuramentum illius conſuetudo non poteſt tollere. vide Ioan. Andre. in c. legebatur. de maio. & obe. ſuper glo. j.

SVMMARIVM.

1 *Cenſurę eccleſiaſticæ appellatio quæ complectatur, & quibus accipiatur modis. & nu. 3.*
Eſt fauorabilis, & ampliatur, licet interdum ſecus, numero 3.
Iudicat qui cito, ad pœnitentiam, alias ad pęnam properat, in fine.
2 *Epilogus, & ſuffragium gloſſarum.*
Correctionis, & coerctionis nomen quę contineat, iuncta gloſſa.
In incerto ſi fiat quod expediat, actio datur, verſiculo fideiuſſi.
3 *Additio gloſſarum.*
Pœna certa in iure ſi non eſt, quę poſſit infligi.
Additur aliquando, plus, quam ſit apud actorem, vnde quid ſumitur, circa finem.

CAP. XX.

1 QVerenti. Caſus. appelatio † eccleſiaſticę cẽſurę comprehendit
excõicationem, ſuſpenſionem, & interdi-
ctum. & huius pars, ſupra de officio delega.
quærenti. [*Interdictũ.*] dicit Hoſtien. quod de iſta prima
minus dubitatur. de ſecunda vero, & tertia magis, om-
nia tamen continentur ſub nomine cenſuræ, vt hic
dicit. per quod patet, quod cenſura eccleſiaſtica non
vt odioſa reſtringitur, ſed, vt fauorabilis ampliatur
quo ad has ſpirituales pœnas inuentas ad correctio-
nem peccatorum. de hoc ſupra titulo primo, capitulo
penultimo, alibi tamen cenſura ponitur pro rigore.
de bigamis, nuper. quandoque pro cenſura canonum,
qui cleri. vel vo. capitulo primo, in fine. ſecundum Ho-
ſtien. [*Indagatis.*] nam, vt ait Seneca, qui cito iudicat,
ad pœnitentiam, alias ad pœnam properat. ſi. xxx. quę-
ſtione quinta, iudicantem. Lau. [*Expedire.*] ideſt quam
2 videbit magis timeri. ¶ † Gl. prima allegat contrarium,
diſſolute tamen. ¶ In glo prima. [*ibi, legatus*] ibi dicitur,
quod legatus Cæſaris ideſt præſes prouinciæ, vel corre-
ctor non poteſt a ſe abdicare imperium. [*& ibi, memi-
niſſe, in fine.*] communiter eſt lex, & incipit, ſi quid. ibi, di
citur, quod legatus remittit ad proconſulem id, quod
animaduerſionem exigit, nec habet ius animaduertẽ-
di, coercendi, vel acriter verberandi. [*& ibi, ſi quis pro eo.*]
fideiuſſi pro illo, qui ſic promiſit, ſi Sticum non dabo
centum milia dabo, redemi Sticum, & dedi, agam
mandati, licet id non videatur mihi fuiſſe manda-
tum. nam id expediebat mandatori, ne commit-
teretur ſtipulatio, pro qua fideiuſſeram, non pro
Sticho. ¶ In gloſſa vltima. [*in fine.*] vide de iudicijs, at ſi
3 clerici. ſuper gloſſa penultima. ¶ In † gloſſa prima. [*ibi,
depoſitionem.*] dicit hic Hoſtien. quod appellatio cenſu-
rę non comprehendet depoſitionem, vel degradatio-
nem, illæ enim pœnę ſunt odioſæ, & ideo reſtringen-
dæ, infra de regulis iuris. in pœnis. libro ſexto. cum ſuis
concordantijs. illę vero, de quibus hic loquitur textus,
ſunt fauorabiles, vt dixi in textu. ſecundum eum. addę
rationem, quia illę ſunt temporales. Iſtæ vero perpetuę,
dicit etiam, quod licet ex vi huius clauſulæ alia pœna,
quam hic textus exprimat, contumacem punire non
poſſit, ex vi tamen commiſſionis iuriſdictionem, &
ſic coerctionem recipit, quare pęnam ſcriptam in iure
poteſt infligere, & vbi certa non reperitur, mulctare,
arbitrari, & punire & hæc patent ex his, quæ leguntur
& notantur de officio delegati. de cauſis in fine. & ca-
pitulo ſequenti. ſic dicit intelligendum, quod no. infra
de homicidi. pro humani. verſiculo nos tanto. [*& ibi,
argumen. contra.*] in Vincen. cuius fuit hæc glo. non eſt
verſic. iſtud. argumen. contra. & tunc melius continua
tur ad præcedentia, nec Hoſtien. etiam poſuit. alias dic,
quod reſpicit textum. [*& ibi, ſi præſes.*] dic vt ſupra. [*&
ibi, & cum quid.*] continuatur principio, non proximo
contrario. [*& ibi, ex ſoluta ſit.*] ſup. quam quę incrant
mandato. ¶ In glo. ſecunda. [*ibi, paſtoralis.*] & capitulo
ſecundo, libro ſexto.

SVMMARIVM.

1 *Nouale quod dicatur, in priuilegijs de decimis noualium non ſoluendis cui eius, vel contrarij incumbat probatio, & quæ ſufficiat, nu. 2. quandiu duret, num. 2. §. ij.*
Terra ceſſat anni ſpatio communiter, & vbi, niſi fimo iuuetur.
2 *Memoria quod non extet hominum, vt probetur.*
Probationibus ſubueniendum, ne pereat.
Teſtes qui præferantur vtraque parte intentionem ſuam probante, circa fi.
3 *Epilogus, & ſuffragium gloſſarum.*
4 *Additio gloſſarum.*
Nouitius in religione dicitur intra annum.
Priuilegium, quod incipit iniquum eſſe, perditur, §. ij. ad dictionẽ ſuggeſtum, iuncta gl. exemplum.

CAP. XXI.

1 QVid per nouale. C. † In priuilegijs de decimis noualium nõ ſoluendis illud dicitur nouale, de cuius cultura nõ eſt memoria,

memoria, & qđ prius nullam, vel modicum fructum afferebat.& primo ponitur quæſtio, ſecundo reſponſio ibi, Licet autem.in qua primo ponit duas opin.ſecundo ſoluit.tertio moderatur ſolutionem,vel declarat.ſecunda ibi, Nos tamen.tertia ibi,Sed nec.[*Annum ceſſat.*] quod commune eſt prędiorum iſtarum partium , niſi multum cum fimo iuuetur.[*Ad cultum.*]non diſtinguendo , an fuerit prius ſilua , vel an fuerint inde arbores extirpatæ,quod volebat ſecunda oppo.quòd fuerant paludes,vel loca campeſtria.de quo hoc ſuppletur , vel

2 gloſſatur decre.j.ꝫ.eodem.ti [*Memoria*]ſed cui † incumbit hæc probatio? Reſpondeo.agenti.ff.de probat.ei qui dicit. epiſcopus tamen , & eccleſia parochialis de iure communi fundant intentionem ſuam,niſi aliud dicatur,vt patet in eo,quod legi.& no.ꝫ.de priuil.c. fi. & de decimis. quoniã, & c.dudum.ꝫ.de præſcrip. ad aures.& c.ex tranſmiſſa.Quid ſi quondam fuit nouale,& locus religioſus ſemper percepit decimas in integrum per cẽtum annos,& amplius,nunquid neceſſe habet probare quod nouale fuerit? Reſpondeo non ſecundum Hoſti. dummodo de priuilegio fidem faciat, & de perceptione poſt priuilegium tanti temporis,cuius extat memoria,ſed ſufficit , ꝙ hunc titulum alleget , & hoc modo probet, vt dicat tale priuilegium ſibi fuiſſe conceſſum, & poſt priuilegium tale fecit nouale , ad quod probandum inducit patientiam perceptionis tanti temporis, argu.ff.de vſuris.cum de in rem verſo.ff.ſi ſerui. vend.ſi quis diuturno.C.de ſeruit.l.ij.& fi & in eo, quod legitur & no.ꝫ.de cenſi.peruenit. alioquin tempus ſolius , ſiue nudę perceptionis ſine priuilegio , vel alio titulo non prodeſſet,vt patet in eo,quod legitur & no.ꝫ.de præſcr. ſi diligenti.ꝫ.de decimis.dudum.hoc etiam no.eſt ſecũdum Inno.ꝙ talia priuilegia non extenduntur ad præ-

a terita noual a,ſed futura.[a]vide quod dixi.ꝫ.c.j. de cultis infra annum , niſi forſan & hoc de præteritis ibidem ſpecialiter caueatur,ar.in eo,quod le.& no.ꝫ. de conſti. cognoſcentes.& c.fi.& eo caſu,quando de prçteritis conceditur , putat Innoc. intelligi priuilegium de his,quæ culta fuerunt a decem annis citra, cum tanto tempore inducatur conſuetudo,& dicatur ſeruitus continua.ff. ſi ſerui.ven.ſi quis diuturno.& C.de ſeruituti.l.ij.& vlt. & tunc habebit priuilegiatus probare , quod ante illud tempus,quo infra decem annos cultum eſt,tanto tempore fuerat incultum,quod nõ extat memoria de cultura,ſecundum Inno.ſed omni caſu, quo probandum eſt nouale, ſecundum Hoſtien. eſt totum , vt in principio publicetur,quando primitus eſt nouale,vt no.ꝫ. de priu:le.c.fin. & in publicatione fiat fides non ſolum de eo,quod nouale eſt,ſed de priuilegio iam conceſſo. probationes enim de facili perduntur. vnde eis ſubueniendum eſt, vt patet. C. de rebus credi. generaliter.reſpon. j.& in eo,quod legitur & no.ꝫ.vt lite non conteſta. quoniam. reſpon.j. vnde & conſilium eſt,quod & de publicatione plura inſtrumenta fiant, & in diuerſis locis deponantur,aut reponantur , vt ſi forſan vnum amittatur,aliud reſeruetur, ar. Inſtit.de teſta.§.pe.argumen.in Auth.de conſan.& vte.fratribus.§. ſi igitur.coll.vj.ff. de teſta.vnum.ſed quid ſi in ipſa publicatione dicat eccleſia parochialis,quod talis locus cultus fuit,& de hoc extat memoria,quod vult probare per teſtes,nunquid eſt admittenda? Reſpondeo ſic,& in publicatione,& in iudicio probationes ſuper hoc admittendæ ſunt hinc & inde.nam & priuilegiatus volens probare,ꝙ non extet memoria. eſt admittendus. & eccleſia ſimiliter, ſi velit probare contrarium , & poterunt dicere teſtes priuilegiati,ſi tamen talem habeant conſcientiam,quod toto tempore ſuę memoriæ vſque ad hęc tempora viderũt locum incultum , aut ludis tranſeuntibus , vel paludibus expoſitum,& audierunt a parentibus ſuis,ſiue maioribus,qui & hoc a ſuis, & illi iſtud idem a ſuis audierunt,ꝙ ſemper fuit incultus , vel ꝙ communis opinio eſt,ꝙ ſemper fuit incultus. Econuerſo vero teſtes eccleſiæ poterunt dicere, ſi & talem habeant conſcientiam, ꝙ viderunt ipſum coli per multos vel aliquot annos ante datam priuilegij,vel audierunt a ſuperioribus ſuis ꝙ quãdoque cultus fuit,vel ꝙ comunis opinio eſt hęc ff.de prob.ſi arbiter.ff.de aqua plu.arc. in ſum.reſpon.j. §.fi.ff.de aqua quo.& æſti.hoc iure §.ductus aquę. Talis autem probatio,vel ſimilis locum non habet,niſi hoc vbi in iure expreſſum eſt, vel quando quæritur de tempore,cuius memoria non exiſtit,vt hic,& j̃.eodẽ. ſuper quibuſdam.§.j.in fin. & in prædictis iuribus,& in cauſa matrimoniali,nec ſufficit hoc ab vno audiuiſſe, quod dic vt le.& no.ꝫ.de teſti.licet ex quadam.Quid ſi vtraq; pars intentionem ſuam probet? Reſpondeo ſecundũ Inn.& Hoſt.illi teſtes præualent, qui digniores ſunt , & veriſimiliora dicunt. ergo & pauci idonei aſſerentes locum fuiſſe cultum negantium multitudini pręferentur,ar.vj.q.vlt.actor.& in eo,quod leg.& no.ꝫ.de proba. tertio.ꝫ.de teſtib.pręterea.§.fin.& c.in noſtra præſentia. quod dic vt ibi no.ſecundum Hoſ. Aliquid plus dixerat Inn.quod decido. & vide plene in Spe.de proba.§.j.ver. vlti.quęritur,qualiter.vſq; ad fi.§.tamen quicquid ſcribatur,tu dic breuiter formandum articulum ſuper cõmuni opinione de non extante memoria.& de hoc.de præſcri.c.j.lib.vj.in vl.gl.[*Conuentus*]vel quiuis circa hoc priuilegiatus.[*Incultus.*]vt ſilua,domus.paſcuæ.vel terrę

3 pratiuæ.ꝫ.de deci.commiſtum.¶ † Vlt.gl.arguit a cõtrario,ſig.contrarium,ponit opi.¶ In glo.vlti.[*ibi,ex facto.*]

4 vide de priuil.quanto.ſuper gl.ij.¶ In † glo.iij.[*in fi.*]& ff. de peti.hære.l.vtiles.La.¶ In gl.ſic.ꝫ.[*ibi,§.quoties.*] & religionem ingrediens nouitius dicitur.j̃.annum.ꝫ.de relig.ſtatuimus.Hoſt.[*& ibi,c.j.*]vbi de hoc,& j̃.de elec.generali.lib.vj.¶ In glo. pe.[*ibi,modicos.*]dato ꝙ aliquos.& idem Inno.[*& ibi,quod ſcripſi.*]licet ibi in nouitate fidei permiſſum non competat,ex quo fuerint in fide ſolidati,tamen quo ad illos, quibus competere cœpit , durat perpetuo.facit quod no. de iureiu. & ſi Chriſtus.in glo. pe.& illud contrarium fuit interpoſitum.hoc dico , qa quod ſequitur,cõtinuatur ad præcedentia.[*& ibi,ſuggeſtum.*]dic vt ibi in vlt.gl.ſ.ꝙ principis ſuper hoc erit æſtimatio.& facit quod dixi.s.eod. olim. per quod dicebat hic Hoſt.ſi totum territorium caſtri deſerti priuilegiati occupat,& ad culturam redigũt , & caſtrum poſtea populatur,& eccleſia antiqua reędificarẽ.vel de nouo alia fabricatur,ſubueniendum eſſet eccleſiæ,al.etiam quod le.& no.de no.op.nun.c.ij.j.rñ. Et facit de decimis. c.ij. §.vbi autem.lib.vj.

ADDITIO.

a ¶Futura.Contra no.Inn.de priui.dudum.& idem ibi Io.An.quod vide ſuper gl.j.& ille tex.idem probat.& c.ij.ꝫ.de deci.vbi vide.

SVMMARIVM.

1 *Matricis eccleſia nomine cathedralis ſignificatur,& qualibet baptiſmalis,nu.5.*
Protectio gubernatio.
Hac,& vnio.non praiudicat epiſcopo.
2 *Epiſcopalia qua ſint.*
3 *Taciturnitas vitiat indulgentiam,& qua hic.*
4 *Apoſtolica ſedis iuſtitia etiam contra ſe interpretatur , quamuis ius non debeat ſuum negligere.*
Romana eccleſia mater & magiſtra.
5 *Additio gloſſarum.*

CAP. XXII.

1 VEnerabili. Finem † decreta.tolle pro ſumma ,& pars.j. ponit epiſcopi querelam.ij.da iudices, & ſecunda ibi,Ideoq;.[*Fratres.*]canonici erant, vt ſeq̃. & forſan exẽpti. ad hoc de pri.cũ olim.ij.[*Protectione.*]i.gubernatione. & ꝙ ſibi de tpaliũ cura rñderet, Io.An.ſuper v.Decre.

& hoc fuit factum de ſpeciali mandato papæ. Inn. vel fuit poſtea per papam confirmatum, ſaluo iure matri cis eccleſiæ Hoſt. [*Receperunt.*] hoc non præiudicat epiſcopo. ſicut nec vuio. ſ. de relig. do. c. ij. Vin. [*Epiſcopalia.*]
2 in quibus † continetur obedientia, inſtitutio, & deſtitutio, de offi ordi. conquerente. allegabatur tamen circa hoc conſuetudo, vt ſequitur, quæ neceſſaria erat, ſi mõ. erat extra diœce. Colubrien. alias ſufficiebat ius commune, de reli. do. de xenodochijs. cum ſuis cõcor. [*Suis*] ſ. crucis. [*Suo*] ſ. epiſcopi. [*Ibi.*] in mon. de Argauil. [*Taci*
3 *ta*] iit † impetrando, quod poſſet in mon. illo, quod dixit ad ſe ſpectare, inſtituere vnum de ſuis fratribus, quod non habuiſſet, ſi dixiſſet epiſcopum ibi habere iura epiſcopalia, cum inſtitutio inter illa numeraretur, vt dixi ſecundum Inno. vel quia illud monaſterium erat ordinis S. Benedicti. vnde dicebat, quod per monachum, non per canonicum regeretur, ſecundum Hoſt. xvi. q. j. nemo. Ar. [*Compellatis*] vide conci. Vien. de cenſi. cum ſit. quod reuocat contraria priuilegia, quo ad eccleſias in poſterum acquirendas. [*Surreptionem,*] maxime. Hoſt.
4 [*Romanam.*] no. iuſtitiam † ſedis ap. quæ contra ſe interpretatur, vt ius ſuum cuiq; reddat, quamuis nec ſuum negligere debeat, de ſupple. negli. præla. licet. ſecundum Hoſt. [*Nec ſuorum.*] ad hoc de conce. præben. quia cunctis. ad fi. lib. vj. dicebant illi contrarium, quia Romana eccleſia mater & magiſtra, de foro compe. c. fi. cum ſi-
5 milibus. ¶ In glo. † j. [*ibi, cathedralis.*] & quælibet baptiſmalis, de tranſac. præterea ij. de præſcrip. ex tranſmiſſa. de ec. ædifi. ad audientiam. & cle. de ſen excom. c. j. & vi de quod ibi no. in gl. i. maiorem. [*& in fi.*] & ſ. de offic. archipresby. c. vltimo. Abba. de præſcrip. c. j. ¶ In glo. tertia. [*ibi præſcriptio.*] quam ipſe ſubditus allegaret nomine ſuo.

SVMMARIVM.

1 *Excommunicatus, vel interdictus quo caſu præſtita cautione, & quo prius ſatisfacto abſoluatur.*
Offenſa manifeſta quæ.
2 *In Carnotenſi ciuitate quæ poteſtas comiti, & quæ canonicis eius.*
3 *In latronem qualis debeat eſſe iuſtitia.*
Perſona pro re.
Mortuus homo an petatur, & qualiter fiat condemnatio.
Sententia formatur ſecundum petitionem, & aliquando ſecus.
4 *Sententia poſt appellationem lata non tenet, ſi poſt, tenet, etiam iniuſta.*
In cauſa ſua, vel eccleſiæ ſuæ, an & quibus caſibus qui poſſit eſſe iudex, ſi negetur iuriſdictio, an de ea cognoſcat, vſque ad numero 6.
In papam nullus habet poteſtatem.
Exemptum ſe allegant i ſtatuitur terminus ad exhibendum de exẽptione priuilegium, vel inſtrumentum, & eo exhibito, vel non exhibito, quid iuris, ei licet appellare, & quando, quo caſu cõparere non teneatur.
In notorio facti, vel iuris ordo non ſeruatur.
Subditi cauſa contra dominum agitur coram ſuperiore, & quid ſi non habet ſuperiorem.
Rei paruæ vtilius eſt agere.
6 *Pro ſumitur pro per.*
7 *Satisfactio ante abſolutionem a quo præſtanda, & quæ congrua ſit, & nu. 12. & 13.*
Cautioni iuratoriæ quando locus abſolutionem aliquo petente.
Offenſa remittitur facilius a Deo, quam ab homine.
8 *Epilogus, & ſuffragium gloſſarum, & nu. 9.*
Abſens condemnatur, & quis.
10 *Additio gloſſarum.*
Officialis quibus appelletur nominibus in Francia, & prouincia.
Bailiui, vel baiuli qui, ibid.
Præpoſiti qui ſint, ibi, ſunt eccleſiaſtici, & ſeculares, & ideo debet addi circumſtantia diſtinguens.
11 *Excommunicatio pro ſola feratur contumacia an etiam pro delicto, & ſ. nu. 7. ad fi.*
12 *Iudex an præcipere poſſit ſolutionem fieri ſub pœna dupli, vel quadrupli.*
An vt ſoluam, niſi intra tot dies ſolutionem probauero.
An condemnare reum in petitis, ſi actor probauerit.
13 *Offenſa dubia quæ dicatur.*

CAP. XXIII.

1 EX parte. C. † Excommunicatus, vel interdictus pro contumacia, vel offenſa dubia abſoluitur pſtita cautione de ſtando iuri, ſi pro manifeſta prius ſatisfiet. Et dicitur manifeſta per cõfeſſionem, legitimã probationem, & rei euidentiam. hoc dicit iſtud. & c. ſequens. in prima querela comitiſſæ. ſecunda inſtruit iu-
2 dices, ij ibi. Ad intelligendam. [*Comitiſſæ.*] quę in † comitatu Carno. dominatur, ratione cuius & in ciuitate Carnot. habet dominium generale, ſaluo tamen iure Carnot. eccleſiæ, ſecundum Hoſt. quia canonici in ciuitate habent certos terminos, j. quos nec comes, nec alius aliquam violentiam poteſt inferre. & idem ſibi vendicant in terris, quas tenent ſuæ iuriſdictioni commiſſis.
3 [*Iuſticia.*] qualis † fieri debuerit, de hoc vide, quod dixi de homi. iua. ſuper glo. pe. [*Latro.*] i. emenda occaſione ipſius. fruſtra enim peteretur homo mortuus, vel dic, quod recte peteretur homo mortuus culpa rei. ff. de ver
a bo. ob. ſi ſeruus. §. fi. fiet tñ condemnatio in æſtimatione. nec ob. de accu. qualiter. ij. ad fi. formatur enim ſententia ſecundum petitionem, quando hoc fieri poteſt, vt ibi, alias poteſt iudex a petitione diuertere. ff. fini. reg. l. ij. & iij. ſecundum Inn. dicit Hoſt. illud verum, cum natura actionis hoc habet, vt ibi, alias fatuus eſſet iudex, qui petito homine condemnaret in æſtimationem. C. de fidei. lib. l. fi. dicebat ergo, quod extra iudicium petebatur emenda. poſſet etiam peti ęſtimatio hominis ſerui, & pro libero peti poſſet pœna, & intereſſe, de hoc. ſ. de iniur. c. j. vel petebant emendam libertatis ſuæ violatæ, quod patet per ſequentia ſm eũ, vel dic, ꝙ facta fuerat iuſtitia verbalis, non realis, cũ eũ petebãt, vel realis
b non ad mortẽ, pone ad fuſtigationẽ,[b] & carcerẽ, vel ita de facto petebant mortuũ, ſicut parochialis eccleſia petit corpus mortuũ & ſepultũ, de ſepul. ex parte. & c. in noſtra. eo. ti. c. j. lib. vj. [*Offerret*] dicens ſe paratã ſtare iuri.
4 Sed ꝯ. ſ. de ap. dilectis. So. ibi poſt ap. lata † fuit ſnĩa, quare non tenuit, hic prius, vnde tenet, & ſi ſit iniuſta. Hoſt. offerebat aũt hæc comitiſſa parere corã ordinario iudice vt tenebatur, vel forte corã canonicis. & hoc ex ſuperbundanti, vel de iure, cũ delictũ cõmiſſũ eſſet intra iuriſdõnẽ ipſorũ, ſm Inn. [*Nihilominus.*] i. non ob. cautione pdicta. [*Fecerunt*] per vnũ ex archidia. ſuis, vt in integra, cui
5 ſuper hoc vices ſuas ꝯmiſerũt, ſed nõ ne hoc † ipſo ſnĩa iniuſta, ꝙ iudicauerunt in cã propria. C. ne quis in ſua cã. l. j. ſ. e. forus. iiii. q. iiii. c. j. So. ſi iniuria manifeſta ſit pa pę, põt illã iudicare, ar. xxiii. q. iiii. Guilliſarius. & c. ſe. ſed & de occulta põt facere inquiri. C. ſi quis impe. male. l. vnica. Si vero inferiori plato fiat, & eſt notoria, idẽ vr. ſ. quod illã vindicare poſſit in ſubditos, ar. ii. q. vii. ſi quis a proprio. vbi de hoc. & de maledi. c. j. vbi remiſ. de di. ſ. de of. or. irrefragabili. §. exceſſus. & §. cæterũ. & d c. Guilliſarius. Et eſt rõ, quia notoria probatione non indigent. ii. q. j. manifeſta ſ. de ap. cũ Ro. in fi. & iõ talẽ punire põt, de pœ. Ro. lib. vj. quia cũ ſm Inn. in crĩe, vel iniuria, quę notoria ſunt, non ſit neceſſaria ſnĩa, non dicet tunc iudex in cã ſua, ſed potius executor pœnæ, ideo recuſari non poteſt. ſ. de ap. nouit. quod dixit Inno. de ſententia, intellige ſolenniter, & in reſcriptis ferẽda, facit in Aut. vt iudi. ſine quoque ſuff. §. neceſſitatem, & quod ibi no. & de re iud. c. fi. lib. vj. in v. gl. tamen Hoſt. ponens iſtam gl. non poſuit illud verbum. Si vero occulta ſit illã non puniet, ſed ſi velit, agat coram ſuperiore, vt in ꝯ. ſ. ſig. & de of. dele. ſtatuimus. lib. vj. & hęc vera ſunt, quando agitur de

tur de iniurijs puniendis,verum,vbi agitur de rebus,vel
iuribus eccleſiæ,ſi papa agat ɔ alium,vel alius ɔ̄ ipſum
decens eſt,vt arbitri eligantur,vt iudicium ſine ſuſpitio
ne procedat,ar. xi.qō.i.ſi clericus aduerſus.iii.qō.v.quia
ſuſpecti.poteſt tñ papa, ſi vult cauſam delegare alij.n.ã
imperator cauſas ſuas, & imperij facit tractari per pro
curatores ſuos qui & ſi ordinarij ſint iudices, tñ ab eo
dati ſunt. C.vbi cauſæ fiſc. per totum.C.ſi aduer.fi.l.j.&
ij.nec occurrit rō,quare vitetur ſuſpitio, ſi ſunt ordina-
rij,& non vitetur,ſi ſunt delegati,ex quo ex certa ſcīa dã
tur a principe hi & illi,imo procuratores tãquam ma-
gis familiares magis pñt haberi ſuſpecti. & ſic ẽt obti-
net de cõſuetudine, ꝙ papa huiuſmodi cauſas delegat,
vel ipſemet audiet,ſi maluerit,vt no.ſ̄.e.glo.in fi.Si autẽ
aliquis papæ crimen obiiciat, de hoc nullus poteſt co-
gnoſcere niſi Deus.ix.qō.iii. facta ſubditorum.& c.alio
rum,excipitur hæreſis.xl.di.ſi papa.ꝙ ſi de pſtãte eius,vel
ſnījs,vel dictis,vel factis ſuis quæratur,nullus cognoſcit
niſi ipſe ſolus.ix.qō.iii. nemo. & c. ipſi ſunt.& c.cuncta
per mundum.& patet in eo,quod le.& no.ſ̄.de iudi. cũ
veniſſent.vbi vero eps,vel alius inferior prælatus agit de
iuribus,vel rebus eccleſiæ,vel contra eum agitur, corã
competenti iudice eſt agendum.C.ſi a non comp.iud.
per totum.xi.q.j.ſi clericus aduerſus. & ſi ipſe prælatus
in hoc caſu iudicet,vel arbitretur,non valet. C. ne quis
in cau.ſua iudi.l.fi.C.de arbi.l.pe.niſi notorium ſit,ꝙ ali
quis iniurioſe,vel violenter iura alicuius prælati occu-
pet,vel retineat.nam tunc licet non poſſit cognoſcere,
nec neceſſe habeat,ex quo notorium eſt.ij.q.j. maniſe-
ſta.hunc tñ notorium ſacrilegium monitione pręmiſ-
ſa poteſt excommunicare, & alſ punire.ij.q.vij. ſi quis
ergo epm.& c.ſi qs ab epo.vide quod dixi,de elec.noſti.
ſuper gl.ſed quid.ver.ſed adhuc.& ſ̄. de pœnis. dilectus.
quod ſi monitus, vel conuentus ſuper hoc dicat, Ego
non ſum de iuriſdictione veſtra, quia ſum exemptus,
vel nõ teneor dare,quod petitis,puta decimas,vel mor
tuaria,vel alia,priuilegio,vel compoſitione,vel alio iu-
re obſtante, poteſt prælatus ad priuilegium,vel inſtru-
mentum,ſi ipſum habet, exhibendum certum termi-
num aſſignare,quod dic vt de priui.cum perſonæ. lib.
vj.quod ſi exhibuerit,ſiue verum,ſiue falſum ſit, nõ de
bet pręlatus vlterius procedere, ſed ſuperſedere,& corã
ſuperiore de iure ſuo agere, ꝙ cum cauſa iam facta ſit
probabiliter dubia,non poteſt dici notoria,ar.C.quibus
ad li.procla.non licet.l.iij.& ideo non debet excommu
nicari,niſi cauſa probata coram ſuperiore.ij.q.j.nemo.
& ſi prælatus excommunicauerit ſnīa ſine difficultate
laxabitur,& quaſi iniuſte excõicans puniretur.ſ̄.ti.j.ſa
cro.& lib.vj.de ſentẽ.ex.cum medicinalis.§.ſuperior.&
præ.ẽt ſi in veritate erat ſubditus,& ẽt ſi in veritate iura
denegata debebat,ſed ſi erat exemptus,pronunciabitur
ſnīa nulla fuiſſe.In vtroq; tñ caſu tutius eſt, ſi conuen-
tus priuilegio exhibito appellet, ne prælatus procedat
vlterius ɔ̄ ipſum,nã lata poſtea ſnīa nulla erit.ſ̄.de app.
ad audientiam.& bene valet ap.ẽt a futuro grauamine
in hoc caſu,cũ extra iudiciũ appelletur,vt no.ſ̄. de ap.
cõſuluit.& c.bonæ.porro ſi nec priuilegiũ,nec inſtrm,
nec teſtes,nec ꝓbationes alias exhibet,ſed dicit,ꝙ alibi
ſunt,tũc ſi notorium eſt id,quod ꝑlatus petit deberi,pu-
ta quia petit decimas parochiæ ſuæ, poterit conuentũ
ſiue monitũ excõicare, non obſtante improbabili ne-
gatione,q̄ non facit rẽ dubiam,ſup.vel ipſius ap.vt dixi
de cenſib. ſignificauit.in gl.quia monachi.ver.& idẽ vr̄.
alioquin,ſi ɔ̄triuni diceretur,facile eſſet cuilibet iuriſdi-
ctionem ſuperioris ſui fraudare,& expediret negare,vel
mentiri ɔ̄ id,quod le.ff.de tribu.act.illud.in hoc tñ caſu
ſuperior iudex excõicatũ abſolonem petentem ad cau
telã abſoluere pōt, de parendo iuri, & mandatis eccle-
ſiæ pſtita cautione,& ipſo abſoluto q̄reret,quare nõ de
dit decimas, vel aliud, quod petebatur.& ſi probauerit
iuſtã cauſam denegationis,abſoluet eum a pceptis,alio
quin condẽnabit.ſ.ti.j.ſacro.§.j.& ij.& §.verũ. nã i hoc
caſu pręſumptio iuris transfert onus probationis in ex
communicatum,vt alſ no.ſ̄.de præſum.illud.& qui ne
gat id,quod de iure debetur,probare debet id,quod alle
gat.ff.de proba.ab ea parte, nec ſeruatur hic alius ordo,
niſi ꝙ hoc probet,vt in c.l.patet, q̄ nec alium ordinem
ſeruari pręcipit.Et eſt rō,quia notorium iuris eſt.In no
torio aũt iuris, vel facti ordo iudiciarius nõ ſeruatur.ſ̄.
de iureiu.ad noſtram.iij.Sed opponitur,vr̄.n.ꝙ in om-
nem caſum habeat prælatus cognoſcere,vtrum conuẽ
tus ſubditus ſit,vel exemptus,& an priuilegium verum
ſit,vel falſum,& an ſit ſua iuriſdictio,arg.ſ̄.de reſcrip.ſu
per literis.ff.de iud.ſi quis aliena.So.tunc habet locum,
quod iudex debet cognoſcere,vtrum iudex ſit,ſicut illa
iura loquuntur,quando de hoc contenditur inter par-
tes,quia vna dicit,iudex eſt,alia dicit, non eſt.in hoc.n.
caſu non in cauſa propria, ſed in aliena dicitur iudica-
re.ff.quando app.ſit.l.j.§.in propria.ſecus autem,quãdo
iudex ſuam cauſam proſequitur,vt patet in ſuperiorib.
caſibus,quando.ſ.quæritur,vtrum monitus per epm ſit
exemptus,vel non,vtrum priuilegium ſit verũ,vel non
vel aliquid aliud proponitur, quod tangit cauſam prin
cipalem.de his.n.vel ſimilibus cognoſcere non poteſt,
quia iam eſſet iudex in cauſa ſua, quod eſſe non debet,
vt ſ̄.no.hoc autẽ priuilegium,de quo hic loquitur dec.
reſtringi debet ad notorie delinquentes, argu.de of. de-
le.ſtatuimus.lib.vj. Sed nonne, vbi conuentus priuile-
gium non exhibet,eſt ad arbitros recurrendũ? Ita vide-
tur,ar.xi.q.j.ſi clericus aduerſus.ſed ibi loquitur,qñ prę
latus vult ſubditum ſuum conuenire, ſed in hoc caſu
ſtulte aget prælatus, ſi actorem ſe conſtituat. excõicet
ergo ipſum,ſi hoc cum bona conſcīa facere poteſt, &
magis eligat conueniri coram ſuperiore,quam conue
nire,quia fauorabilior eſt reus, q̄ actor, vt patet in eo,
quod le.& no.ſ̄.de prob.ex literis. exemptus ergo cõpa-
rere non tenetur,ſi notoria eſt exẽptio,ar.ff. qui ſatiſda.
co.ſi vero.ff.de fer.l. j. in dubio vero compareat, alleget
priuilegium, & recedat. ff. de iudicijs. ſi quis ex aliena.
alioquin tenebit ſententia in eum lata ex ea ſola cau
ſa,quod non comparuit,ſaltem ſuum priuilegium al-
legaturus,vt ibidem,vide quod dicam de regu.iu. ſcien
c ti. in ſol. quæſtionis. c vbi allegatur Speculator. Sed in
hoc caſu tutius eſt,quod appellet, vt no. ſ̄. eodem.glo.
ver.in vtroque.ſecundum Inn.cuius eſt quaſi hæc tota
gl. quam non per omnia approbat Hoſtien.nam cau-
ſa eccleſiæ non eſt prælati propria,vt patet in eo, quod
no.ſ̄.de teſt.cum nuncius.vnde etiam in ipſa poteſt eſ-
ſe teſtis,aut iudex,vt no.ibi,& in ſumma de ſententia &
re iudic.ſub rubri.de ſententia.§. quis debet ſentẽtiam.
ſub.§.proprius.quod dic vt ibi plene no.papa ergo, vbi
loquitur de iuribu. Roma. eccle. poterit eſſe iudex. de
centius tñ eſt,ꝙ alij hoc committat.quod dic, vt not.ſ̄.
de confir.vti.vel inuti. cum dilecta.§.quia vero.de iudi.
cum veniſſent.ſm Hoſt. [*Relaxare.*]probat iſta litera,ꝙ
6 ipſi idẽ tulerant ſnīam per ſe,vel alium [*Pro † canonicis*]
i.per canonicos. j. ad petitionem canonicorum. [*Con-
grua*]de hoc verbo erat dubitatio,quia dicebat comitiſ
ſa,ꝙ congrue ſatisfaciebat cauendo ſtare iuri, canoni-
ci Caront. eɔ̄,& prout continebat hic deciſa.ob hoc
appellatum fuit ad archiepm,& poſt multam diſcuſſio
nem archieps reſeruauit papæ hoc decidendum.[*Offen
ſa.*]ſimul & contumacia,vt ſequitur.[*In primo caſu.*]ho-
7 die† diſtingue inter contumaciam dubiam,& maniſe-
ſtam,vt ĩ.de ſen.ex.venerabilibus.§.ſecus.lib.vj.[*Maniſe
ſta.*]maxime q̄ illata eſt eccleſiæ ſm ea,quæ no.Io. ij. q.
vij.accuſatio.in gl.pe.& datur.viii.dierum terminus ad
hoc probandum.ĩ.de ſen.ex.ſolet.lib.vj.[*Sufficiens*] hoc
iudex arbitrabitur, & ſi male poterit appellari,ad hoc.
ſ̄.de pur.ca.nos inter.Hoſt.[*Competens.*]i.ſufficiens datis
pignoribus,vel fideiuſſoribus.& no.ſm Ho.iij.caſus.pri
d mo,cum quis excõicatus eſt pro ſimplici d cõtumacia,
vbi ſufficit iuratoria cautio.ſecundus,qñ excõicatus eſt
pro prægnante inobedientia,vel offenſa maniſeſta,ſiue

notoria,& hic requiritur congrua,vel ſufficiens emen-
da,vt ſ.tertius in offenſa dubia,in qua requiritur iuſ m,
requiruntur & fideiuſſores,vel pignora rõne offenſę,vt
probata veritate offenſæ,licet dubiæ,facilius diſtringa-
tur ad ſatisfaciendum,vt li.pen.eccleſia.j.ſ.ti.j.ſacro.ad
fi.vel dicit hic,competens,pp id,quod no.in fine.iiij.gl.
Dicebat hic Vin.ꝙ diſtinctio huius decre.locum non
hẽt in cribus publicis,quia ibi,& ſi crimen eſt notoriũ,
qñcunq;parere vult,abſoluitur non relata qõne de of-
fenſa manifeſta,quia eccleſia non claudit gremiũ, nec
publicam habet ęſtimationem niſi quo ad expenſas,
quod dic vt ſ.de iniu.& dam.da.c.j.dicebat Hoſt. excõi
catus ſi pro nuda contumacia,ſufficit , ꝙ iuret,ſi pro ꝑ-
gnante,ſatisfaciet de his,quæ in ſnĩa ſunt implicata,ſi-
ue de intereſſe,ſiue de expenſis agatur. de hoc de iud.c.
j.ſi pro offenſa,vel delicto,de quo Deus tm̃ offenditur,
nec eſt ibi ſpãle priuatum hominis intereſſe,vt qa Deũ
blaſphemat,vel de hæreſi eſt ſuſpectus,& tunc ſi noto-
rium ſit,niſi pœniteat,& oĩno deſiſtat,non eſt abſoluẽ
dus.ſ.de of.or.ſignificauit.Si vero pęniteat, ſtatim abſol
uitur.& ſi adhuc per pniam non ſatisfecerit,niſi aſs per
eum illuſum ſit eccleſię.ſ.de hær.ad abolendam.§.illos
quoq;.aſs pp longum pniæ tp̃s ſtare poſſet nimis excõi
catus.& ſm hoc loquitur, de eo,qui du.in matr.ſignifi
caſti.in occulto vero petens abſolutionem eſt abſoluẽ
dus.ſ.quod me.cã.c.j.ſ.ti.j per tuas.vbi vero quis excõi-
catus eſt pro furto,rapina, vel iniuria , in qua verſetur
ſpãle & pecuniarium hominis intereſſe , tunc non eſt
abſoluendus,niſi primo ſatisfaciat,de rap.c.j.de vſur.cũ
tu.& eſt diuerſitatis rõ,quia Deus nõ requirit pecuniã,
ſed ſolum cor contritum.hõ vero econuerſo , & quia
Deus benignior facilius remittit offensã, q̃ hõ, ad hoc
de cele.mi.de hoĩe. & licet hoc verum de rigore,dicit
tñ,ꝙ de benignitate tota die abſoluũtur ſine ſatisfactio
ne.ſ.ti.j.ex tenore.& c.ea noſcitur.& c.ſacro. & dicit ad
dendum,quod no.de ap.qua fronte.[*Satisfactio*]facit.ff.
8 de coll.bo..l.j.§.ſi frater.¶†Gl.iiij.ſucceſſiue ſoluit duas
obiectio. & vnam qõ. ¶ Quinta gl.arguit.ſig.ꝯrium,&
ibi remit.¶ VI.gl.obiicit,& dupliciter ſoluit.¶ In iiii.gl.
9 †[*ibi,generaliter.*]vide de don.poſt di.re.per veſtras.ſuper
gl.antepe.[*& ibi ſubtracto.*]vide de reſt.ſpo.olim.ij. ſuper
gl.ij.¶ In v.gl.[*ibi,contumacia.*]vide,vt lit.non conte. tuæ.
ſuper i gl.[*& ibi ſancimus.*]dicit ibi finis,condemnari ab
ſentem,qui licet non tacitus , ſed requiſitus mala con-
ſcientia abſuit.¶ In vj.gl. [*ibi , qui reſtituere.*]vide de do.
c.ij.ſuper j.gl.¶ In vlt.gl.[*ibi,quod iuſſit.*]vide de app. cum
ceſſante.ſuper j.gl. [*& ibi,ex ſtipulatione.*] vide de p̃ſum.
10 aſſerente.ſuper j.gl.¶ †In gl.ij.[*in fi.*]lo.ſ.c.quãuis.ſic vo
cantur in Francia,in prouincia bailiui,vel baiuli. vnde
ſm Ho.in rep.apoſtolicis,qñ de præpoſito eccleſiæ loq-
mur,exprimi deberet nomen eccleſiæ. vnde ſi ſcribere-
tur p̃poſito Parilien. intelligeretur de laico,niſi adderet
eccleſię Parilien. dẽt igitur addi circunſtantia, per quã
11 euitetur æquiuocatio.ſ. de reſcri.c.ſi ¶ In †gl.iiij.[*ibi,cer
tum,*]itẽ quia ab hoĩe nullus excõicatur niſi pro contu
macia.de hoc in p̃c.c.nemo eporũ.& c. qui epi [*& ibi,
iure cõi.*]de hoc.ſ.de reſcri.c.i.[*& ibi permittimus*]& j.eo.
dilecto.põt dici.ꝙ licet priuilegiũ ĩ iſto puncto,de quo
hic q̃ritur,non ꝯtineret gratiã,cõtinebat tñ in alio,quo
concedebatur capłō excõicare,vel interdicere pro pro-
prijs offenſis.ad idẽ.ſ.de reſcrip. ex parte decani.[*& ibi,
tunc iuret.*]de ſen.excõ.c.vl.§.illis ẽt.lib.vj. [*& in fi.*] & ĩ.
12 de hęr.ſuper eo.lib.vj.¶ In †gl.vlt.[*ibi , ſn̄ando.*]idem no.
ſ.de ele.dudũ.ij.in gl.ſed pone.& de hoc in Aut.de exhi.
& intro.reis.§.ſancimus ver.ſuſcepto.in gl.ſcilicet.& in
Spe.de ſen.prola.§.ij.ver.eſt quoq;.& de forma eius.§.vt
aũt.circa prin an vero iudex p̃cipere poſſit ſolonẽ fieri
ſub pœna dupli,vel quadrupli,vide ibi in §.ij.in ver. ſed
nunqd iudex.& an poſſit p̃cipere,vt ſoluã,niſi ĩ. tot dies
ſolonẽ probauero,ibi in ver.ſeq.an vero poſſit condem
nare reũ in petitis ſub hac forma, l.ſi actor probauerit,
vide e.ti.§.iuſta.ver.ſed ecce iudex.[*& ibi , hoc quippe.*]&
13 ſ.de p̃ſum.afferte.[*& in fi.*]Hoſt.legit plane,ꝙ† ſi quis ex-
cõicatus petit abſolui,& excõicans, vel is , pro quo lata
eſt,dicit eũ non abſoluendũ , niſi primo ſatisfaciat , ab
ſoluetur, niſi intra. viii.dies probetur offenſa notoria,q
bus lapſis reputabitur dubia quo ad abſolonẽ p̃bendã.ĩ.
de ſen.ex.ſolet.& hẽt hoc locũ, licet iudex prio habue-
rit illud ꝓ notorio. Multi.n.iudices ſnĩas ferunt vt,ꝓ no
torio,ſup quo poſtmodũ dubitatẽ. ſ.tit.j.ſacro.ad fi.poſ-
ſet ẽt eſſe dubia,licet excõicatus fateatur cãm,ſed aliqd
alle. pp quod non ſit ſatisfactio impedienda,vt ſi fateẽ,
ꝙ percuſſit clericũ,ſed dicit, ꝙ ad ſuã defenſionẽ , vel ꝯ
confeſſionẽ proponit rõnabilẽ excuſationẽ.ſ. de ac.cũ
dilecti.tñ his caſib.& ſimilib.ſine ſatisfactione non ab-
ſoluetur,donec de defenſione fidem fecerit, quia ſemp
ei,qui dicit,& non ei,qui nõ negat,incumbit probatio.
ff.de prob.ei qui. Sed an hoc caſu teneatur ꝓbare intra
viij.dies,alias p̃ciſe cogetur ſatisfacere? quod vr̃ pp ęqua
litatẽ iudiciorũ ſeruandã.Ho.putat ꝯriũ,quia in primo
caſu eccleſia per limitationẽ tpis prouidere voluit petẽ
ti abſolonẽ,q̃ ſine cã neganda non eſt.j.q.vij.ſi quis om
nem.in ſecundo ſatis ſufficit illi,pro quo lata eſt ſnĩa,ꝙ
excõicatus non abſoluitur,niſi ſatisfaciat, vel defenſio-
nẽ ſuã probet.& ſi hoc caſu p̃ciſe cogeretur ſatisfacere,
poſſet nimis ex hoc grauari,quia nec ſolutũ de facili re
cuperaret,putat tñ,ꝙ ſi contẽneret ſnĩam,nec defenſio
nẽ probare curaret,poſſet illi tp̃s a iudice limitari.ĩ.qđ
de intẽtione ſua probaret,quo lapſo poſſet cogi,ad hoc
ſ.de pę.c.fi.de prob.licet.ĩ.de reſt.ſpo.frequẽs.§.pe.li. vj.

ADDITIONES.

a ¶ Seruus. Ibi vide Bar.& plenius in l.ſtipulationes non diuidun.ff.eo.ti. & ibi ponit formam petitionis,& ſententiæ , & vide l.ij. ff. de confeſ.

b ¶ Carcere. Petit ergo iudex loci, vbi commiſſum eſt delictum a laico iudice delinquentẽ ſibi remitti,quod an poſſit,vide gl.in ver. de more,in cle.paſtoralis.de re iud.& Io.An.in cõmento.c.j.de rap.Et Bar. in l.j.C.vbi de cri.agi op.& ibi Bar.& Bal.in l.ſi an.§.fi.ff.de accu.

c ¶ Quæſtionis. Ibi ponit etiam de clerico,& laico iudice citato. & vide Archi.xvi.q.iiii.c.ij.in fi.

d ¶ Simplici. Hanc ter.in c.venerabilibus.§.idem notat. præſumptam & ſequentem vocat manifeſtam,in §.ſe.

SVMMARIVM.

1 *Capitulum pro articulo,vel clauſula.*
Per quæſtionis minoris ſolutionem incidit fortior quæſtio.
Contra confeſſionem nihil opponitur.
2 *Probatio legitima facit quid notorium.*
Notorij modi qui per remiſſionem, quod facti eſt,non requirit accuſationem , neque probationem , & iudicis in hoc arbitrium ſpectatur,nu.4.§.j.iuncta gl.
Per legitime,dictio,appoſitam eſt ad iudicis arbitrium recurrendum.
Tergiuerſatio debet eſſe probabilis.
3 *Epilogus ſuffragium,& additio gloſſarum,numero 3. & 4.*
Iudicis , coram quo agitur , arbitrium ſpectatur , donec appelletur.
Ex quo vero eſt appellatum, vel alias ad ſuperiorem recurritur, ipſius ſuperioris arbitrium eſt ſpectandum.

CAP. XXIIII.

CVm olim. Summatum eſt.ſ.c. pro
xi.& communis diuiſio
1 ij.ibi,Quia †vero. [*Capitulum.*]i.articulus, vel
cla.[*Dicebant*]canonici.alias [*dicebat.*]ſ.capi-
tulum.de hoc vide,quod dixi de reſcri.capłm. in princ.
[*Soluimus.*]i.ſoluere intelleximus.[*Dicimur*]a peruerſe in
telligentibus . ſm Hoſt. [*Ligauiſſe.*] ver. Grego.ſecundo
moralium.vide ſi.in Hiero.ad Dama.v.B.hoc intendit,
ꝙ per ſolutionem minoris quęſtionis incidit fortior
quæſtio.& eſt ſi. de vo. ex multa. de baptiſmo.maiores.
§.verum.[*Confeſſionem.*]contra quam nihil opponitur,
alleg. contra,de accu.cum dilecti. & dixi.ſ.c.proximo.
2 ſuper finem vltimæ.gl.[*Probationem.*]ergo† patet , quod
probatio legitima facit quid notorium.& eſt hoc adde
re alios modos notorij,qui hñr.ſ.de coha.cleri.& mu.
veſtra.

veſtra.& ibi dixi.Item patet per hoc ſm Hoſ.ſuper hoc
eſſe ad iudicem recurrendum,quod ſonat verbum, le-
gitime,quod ſtatim ſequitur.Item ſm Vin.per hoc in
cludit deprehenſionem illam,de qua no. de iudi. cum
non ab hoīe.in j.gl.[*Tergiuerſatione.*] probabili.& ponit
hoc de notorio facti,quod nec accuſationem,nec pro-
bationem requirit.de hoc ſatis in præced.decre. veſtra.
3 ¶ †Gl.iiii.iuſtificat textum,obiicit,& ſol.¶ In gl. pe.[*ibi,*
l.j.& vlt.]vide.ſ.e.in his,ſuper vlt.gl.& c.venerabili.in gl.
4 vlt.¶ In†gl.j.[*ibi,ſcyphi.*]ff.de rei ven.in rem.§.ii.& ff.de
ſur.cum pignori.§.ſi quis eſſet.[*& ibi,curſilis.*]Goffr. vo
cat hunc ſeminodum.¶ In gl. & hoc.[*ibi,deferri.*] quaſi
non,vt valeat,vel non valeat appellatio,facit quod no.
in præc.decre.vt debitus.in gl.colligitur.& quod ibi di-
xi,& c.ſæpe.ver. ꝙ ſi forſan. Dicebat Hoſt.circa caſum
noſtrum ſpectari iudicium,& arbitrium illius, coram
quo agitur,donec fuerit appellatum,etiam ſi inique ar
bitretur.ff.de iuſt.& iu.l.fi.ſ.de re iudi.ꝙ ad conſulta.Ex
quo autem eſt appellatum,vel aliàs ad ſuperiorem legiti
me recurſus habetur,ipſius ſuperioris arbitrium eſt ſpe
ctandum,vt in præ.decre.vt debitus.& ſ.de pur.canon.
inter.& quārumcunq; probatum ſit coram primo iu-
dice,ſi corā ſuperiore aliquid rationabile proponatur,
quare prima probatio non ſit ſufficiens, hoc ipſe diffi-
niet,qui ſi probationem minus legitimam inuenerit,
vel quia ordo ſeruatus non fuit, vel quia cauſa non cō
ſtitit,abſoluetur excommunicatus.ij.qō.j.nemo.& per
hoc.& ea,quæ ſunt dicta.ſ.c.proxi.dixit Hoſt.ſuperfluā
quandam magnam gl.quam hic poſuerat Inn.& ma-
xime etiam per decre.ſolet.de ſen.excom.lib.vj. quam
ob eandem cauſam decido,& per ea,quæ habes.e.ti.ve
nerabilibus.§.ſimiliter.cum.§.ſe.

S V M M A R I V M.

1 *Priuilegiorum verba largam habent ſignificationem.*
Iuxta, & ſecundum præpoſitiones in eis cauſatiue poſita viden-
tur.
2 *Apoſtolica ſedes eſt finale refugium oppreſſorum.*
3 *Diſpoſitionis vocabulum poteſt intelligi diuerſis modis, & quomo*
do hic, & nu. 7.
4 *Conſuetudo inducitur per eos qui intendunt vti iure ſuo.*
Seruitutem non inducunt, quę libera voluntate fiunt.
5 *Per æquipollentem dictionem quid conſignificare, non refert.*
Additio, vel mutatio prohibetur, per quam veritas ſubuerti-
tur.
6 *Infinitiuum infinitiue intelligitur, & ei addita conditionaliter in-*
telliguntur.
Verbo meditatiuo quid iunctum cauſaliter intelligitur, exem-
plum hic.
Interpretatio gramaticalis in priuilegijs valet.recipienda, quæ iu
ri congruit, nu 7.
7 *Reconuentio videtur in caſu huius decre.fuiſſe.*
8 *Priuilegium non tollitur per nouam conſtitutionem, niſi expri-*
matur.
